6
15-A
18
μ

6
21 N
31

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

72.2.1.

6 - 15 - A - 18

JACOBI PALMERII

à

GRENTEMESNIL

GRÆCIÆ ANTIQUÆ

DESCRIPTIO.

Bibliothecæ Semi. Coll. Rom. Soc. Iesu



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud DANIELEM à GAESBEECK.

CIↃ IↃ C LXXVIII.

ILLUSTRISSIMO VIRO

CAROLO

à

SANCTA MAURA

DUCI MONTAUSERIO.

Franciæ Pari,

NORMANNIÆ PRÆFECTO,

ET

Sereniſſimi Delphini Moderatori

STEPHANUS MORINUS

S.P.D.

DUX GENEROSISSIME

EN antiqua illa Græcia, quam, ut tuis morem gereret monitis adornare ſategit Palmerius; ſuſcipe illam benigniter ob illud in te obſequium, & ob ipſam etiam poſthumi partus orbitatem: ſane nihil non valet flectere ad favorem miſerrima orbitas, & præſtantiſſima è ſummo Cælo auxilia valet accerſere; hinc ex rupe, aut quercu procreati, aut ipſis feris expoſiti inſtantem mirabiliter effugerunt mortem, & in heroes ſæpius evaſerunt.

*At eſt imperfectus hic partus, nec dumtaxat informis, ut urſini, quos dicunt,** lambendo paulatim figurari; *ſed pluribus partibus deficiens, quare cum monſtris abjiciendus quibuſdam forte videbitur:*

* Plin. l. 8. c. 36.

abſit

abſit contumelioſa monſtrorum, quæ naturæ Vitia ſunt, comparatio, liceatque ſaltem aſſimilare truncis ſtatuis, & veterum inſcriptionum fragmentis, quæ quamvis mutila in pretio ſunt, nonnullamque ab ipſis partibus deſideratis, quas æqua proportione referunt, ſortiuntur commendationem; imo eo potior hujus operis ratio eſt, quod nihil ipſi perierit, & ſit veriſimillimum, quod contra temporis injurias prævaluiſſet, ſi perfici contigiſſet: neque porro inauditum, licet † rarum etiam ſuprema opera artificum, imperfectaſque tabulas, ſicut Irin Ariſtidis, Tindaridas Nicomachi, Medeam Timomachi, & Venerem Apellis in majori admiratione quondam fuiſſe, quam perfecta. *Fortaſſis eadem felicitate gaudebit hæc Græciæ adumbratio; ſane in ea, ut in illis,* * Lineamenta reliqua, ipſæque cogitationes artificis ſpectantur, atque in lenocinio commendationis dolor eſt. *Præſtaret tamen*

† Plin. l. 35. c. 2. * Id ibid.

 Palme-

Palmerii induſtriam non videri inimitabilem, & perficipoſſe, quod optime incboavit: ſane ita totum opus delineavit, partimque abſoluit, ut qui veſtigiis illius accurate inſiſteret, quod deeſt poſſet feliciter adimplere.

Quidquid ſit, optato fine non omnino excidet Palmerius, modo propenſiſſimum in te, Dux Illustrissime, *illius animum perſpicias; id enim unice ſpectavit, & regiis illiciis, quæ omnium fere doctorum ſtudia in Arctum, non minus potenter, quam ipſa Arctos marinas acus trahebant, prætulit: ſic unum Laudum tuarum præconium ſupererit, quod præ cæteris, & lubentiſſime peregiſſet; verum non tuliſſes, nec pro merito explere valuiſſet, præſtatque nobile illud argumentum manere intactum, quam inperfectum deponi; ſi quidem virtutes, quibus fulges, ſat ſplendidum ſibi ipſis ſunt ornamentum, neque nativum illarum decus mutuato à laudibus*

dibus ſplendore unquam indigebit: partes itaque Palmerii ſuſcipiens non temere aggrediar nobilitatem longa majorum ſerie ad te delatam, fortitudinem egregiis facinoribus inclytam, ſapientiam incomparabilem, ſingularem prudentiam, & magnanimitatem proſpera, & adverſa æqualiter moderantem celebrare; nam hoc ipſo quod hæc ornamenta ſaltem diviſim aliis tribui ſoleant, quoniam propriis gloriaris dotibus, infra tuam dignitatem æſtimabuntur: dicam dumtaxat te unum Regi ſapientia, ſicut fortitudine, & majeſtate omnes principes ſuperanti dignum viſum, qui Chariſſimi Delphini inſtitutioni præficereris; hoc eſt ſupra omnes laudes, hoc longo poſt ſe intervallo reliquit eos, quos mortalium encomia ad cœlum uſque videntur extuliſſe: Auguſtiſſimus itaque ille Delphinus vera tua laus nunc & impoſterum ſemper erit, virtutumque tuarum decus & ornamentum, in illius decore, & ornamentis illuſtribus

longe magnificentius, quam in laudationibus diſertiſſimorum oratorum conſpicientur: mente igitur conceptam virtutum tuarum, Magne Montauſeri, admirationem, etſi in lucem erumpere geſtientem comprimam, ut venerabundo ſilentio eas recolam, quandoquidem nulla oratione poſſunt ſufficienter enarrari. Cadomi 16. Calend. Jun.

JACOBI

JACOBI PALMERII GRENTEMESNILLÆI

VITA.

QUandoquidem virtus, & præclara, quæ edunt homines facinora, iis dumtaxat non proſunt, ſed alios etiam, quibus innoteſcunt, juvant, & ad vitam optime inſtituendam ducunt; operæ pretium eſt eniti, ne ſimul cum auctoribus moriantur, ſed ad ultimam poſteritatem cum laude perveniant, ut cuncti perennis famæ illecebris allecti, viam per laudabilia facta ſibi ad immortalitatem ſternere, ignaviamque & ſpurca libidinum examina debellare expeditius valeant: ſane præſtantiſſimus diſciplinæ morum præceptor † Plutarchus teſtatur, quod in hiſtoriis illuſtrium virorum, quas deſcribebat, ſuum quaſi in ſpeculo officium agnoſcebat, iiſdemque ad illud ſuaviter deducebatur.

† *In Paul. Æmil.*

Nemo itaque miretur, quod Palmerii Grentemeſnillæi vitam honeſte, & cum decore peractam optemus æternitati conſecrare. Licet enim privatus vixerit, nec inſignia munera ambiverit, quæ ſuo ſplendore ſolent animi dotes reddere illuſtriores, ſat ſplendidi ipſi fuerunt mores, ut multis præluceant, eoſque efficacibus exemplis ad omnia generoſorum civium munia cohortentur.

Cum proprium ipſi ſufficiat decus, longe petitis ornamentis illum non onerabo: ſed piaculum foret ſilentio premere tres illas palmas nobiles nomini affines, quas in ſcuto gerebat, ut totidem fortitudinis à majoribus contra Muhamedanos in Hieroſolymitanis bellis quondam exhibitæ monumenta eo illuſtriora, quod inde primam ſtemmatum originem peti debere teſtetur Fauchetus de orig. equit. l. 1. c. 2.

Illius etiam intereſt, ut de parentum virtutibus aliquantulum delibemus, quia

† *Fortes creantur fortibus & bonis.*

† *Horat. car. l.4. Od.4.*

Primam autem hanc à Deo obtinuit felicitatem, ut eos habuerit parentes, quorum hæreditas non ſolo conſtabat patrimonio, ſed laudem integritatis, pietatis, eruditionis, & fortitudinis omni patrimonio

præſtantiorem complectebatur. Pater ipſi fuit Julianus Palmerius in agro Conſtantienſi ex antiqua proſapia natus, ut teſtantur Eccleſiæ Conſtantienſis archiva, & capitula abbatiæ B. Mariæ de montis Burgo jam ab anno 1251: in illis enim legitur: *Joannes Palmerius tenet unum feodum apud Bardrevillam, unde debet exercitum, de equitatu* & in his vero: *6. idus Novembris Andres le paulmier miles, & ejus uxor centum octo buſſellos frumenti dedit in pitanciis.* Barbaries antiquitatem redolet, & anniverſarium centum octo modiorum tritici ad monachorum cibum liberalitatem eorum arguit. Plura & ampliora antiquæ Palmeriorum nobilitatis argumenta ſuperaddere non ſinit rara Juliani noſtri, generoſitas, ſciens enim quod *ἡ δ' εὐγένεια, ἐντιμότης προγόνων ἐστὶ, nobilitas nativa, eſt majorum dignitas, & decus*; partam propria virtute ei longe præferendam cenſuit: quare pro more Gallorum nobilium, qui variis diſcriminibus ad gloriam nituntur, relicta à teneris annis domo paterna plurimas percurrit regiones, & ſtudio, doctorum hominum Commercio, experientiiſque incredibilem diverſarum ſcientiarum acquiſivit cognitionem, naturæ imprimis arcana rimatus eſt, † & in medicina regina illa artium, quam celebriores philoſophi, tot principes, & imperatores excoluerunt, quamque ipſemet Achilles armorum ſcientiæ, & cæteris ſuis virtutibus voluit ſuperaddere, ingentes fecit progreſſus quorum libri editi fidem faciunt: quin ipſis regibus profuit rara ejus eruditio, nam Carolo 9. immodicis vigiliis ad extremum periculum redacto ſalutarem tulit opem, quam fruſtra à ſuis medicis diu expectaverat; fratri vero Andium duci in expeditione Belgica generoſam præſtitit operam, & illuſtriſſimum Matignonium Franciæ mareſcallum Laudi fanum Donfronumque obſidentem etiam ſequutus eſt, & ubique adeo fortiter ſe geſſit, ut ejus induſtria, prudentia, & magnanimitas coram Henrico 3. rege celebrari meruerint; quapropter in album regiæ domus cum dignitate adſcriptus eſt, variis etiam muneribus donatus, & authentico diplomate declaratus nobilitate digniſſimus: ſic mutuatum à majoribus ſplendorem parto propria virtute decore renovavit, atque illuſtravit: licet Guillielmus Palmerius à conſiliis & ſecretis cameræ Henrici 3, & Nicolaus Palmerius Veuillæ dominus conſiliarius etiam, & elemoſynarius ejuſdem regis, timentes, ne recens hic ſplendor veteri eorum familiæ officeret, aliquantiſper

† *Ælian. var hiſt. l.9. c.22. Plutar. in Alex. Cal.Rhod. l.28. c.2. Papin. Stat. in fine Achill.*

reclama-

reclamarint; ſed cedendum fuit pertinaci conſanguinei propoſito, omnia ſua ornamenta ſibi ſoli debere optantis, affectantiſque hoc, quod † Catoni in ejus laudes excurrens Livius tribuit elogium *fortunam ſibi ipſi fecit.*

† *Lib.* 39.

Virtus, & individua illius comes fama ipſi conciliarunt nuptias nobiliſſimæ virginis Margaritæ Calvimontiæ, quæ publico contractu ſunt conſtitutæ 6. julii ann. 1574. illuſtriſſima eſt Calvimontiorum proſapia, habent enim inter majores ſuos Hugonem Calvimontium magnum ſtabuli comitem, & Emericum Calvimontii & Vulxini Comitem, Hugonis Franciæ Comitis Veromandorum Comitis filium, Henrici primi vero Gallorum regis nepotem, qui arma nomenque Calvimontiorum ab uxore hærede ſumpſit, pro more tunc uſitato, ut docet Tilletus in familiis Veromanduanorum, Courteniacorum & Claromontanorum; attamen hanc Calvimontiorum nobilitatem quantumvis clariſſimam ſupergreſſa eſt Margarita Calvimontia Juliani Palmerii uxor magnitudine animi, ſuavitate morum, prudentia, pietate, & rerum omnium, quæ ad vitæ ſanctimoniam inſtruunt, mentemque exornant cognitione, cujus certiſſimum argumentum proferre poſſum, eximium ſcilicet opus ab ipſa elaboratum, ejuſque manu eleganter exaratum, quod ad ultimum finem, & perfectam beatitudinem pandit iter ſecuriſſimum, vitiorum præcipitia ut vitentur detegendo, voluptatum illecebras deſcribendo ne ſeducant, & virtutum candorem mirabiles amores excitantem exornando; denique in toto illo opere præſidentem, ut in tribunali, vim rationis lector animadvertit, ubique gratiſſimam exemplorum copiam ex antiquis, & recentioribus ſcriptoribus ſelectam ſuſpicit; quamobrem dolendum eſt hoc theſauro non fuiſſe potitum præcedens ſæculum, noſtrumve delicatius eſſe, quam ut gratam habeat eloquutionem, quæ centum dumtaxat annis abhinc in aula obtinebat; multa enim emolumenta ex eo prodirent, & ſapientiſſima matrona eadem auctoritate etiam nunc polleret, quam dum vixit habuiſſe teſtatur Michaël Montanus, qui rigidus licet & alieni ſuffragii contemptor, ejus tamen judicio *ſuos conatus* vel tentamenta ſubjecit, commendatque litteris ſua manuſcriptis in exemplaris, quo ipſam donavit, fronte, & quo nunc frui gaudeo.

Par illud egregium, vir conjuge ſua dignus, ut ipſa marito poſt

tranſactam vitæ majorem partem Pariſiis, poſt varia damna magnoſque labores ob religionem, quam profitebantur, exhantlatos verſus patriam remeare, & Vandoperano agro ſuo amœniſſimo frui conſtituerunt; id circo Cadomum petierunt, urbem pacificam & ab omni tumultu factionum, quæ cæteras fere omnes tranſverſas agebant, prorſus liberam, *quod præfectus urbis regi fidus eſſet, & præcipue opidanorum familiæ proteſtantium doctrinæ olim addictæ eſſent*, † inquit Thuanus. Hoc in ſeceſſu tranquille degentes Grentemeſnillæum noſtrum ſuſcipiunt; Cadomo tamen multis doctorum virorum natalibus ſuperbæ fœlix ille partus ereptus fuit, proximum enim mater præſagiens, patris villam decem milliaribus Cadomo diſtantem petiit, ut, quas ibi ante triginta tres circiter annos primo hauſerat, auras munere tanto remuneraretur: his itaque natalibus hanc villam, unaque nonas decembres anni 1587. inſignivit.

† *Hiſt. l.* 91.

Hoc gaudebat pignore mater ignara futuri, poſtremum enim fuit maritalis amoris, & eodem in exitum vergente anno ad meliorem vitam evectus pater eam reliquit viduam, totiuſque orbæ familiæ cura oneravit:. quatuor ipſi erant liberi, duo mares, & totidem fœminæ, quorum inſtitutioni, ſimul atque per legitimum luctum licuit, tota incubuit:

† ---- *non ſic philomela penates*
Circuit amplectans, animamque in pignora transfert.

† *Papin. Stat. Syl.* 3.

Sed imprimis in fovendo & excolendo recenti partu ſuum exercuit ſtudium, & ſicut altera Volumnia ſuum Martium, & Cornelia ſuos Gracchos, quo ad virtutem formaret, ante oculos ſemper habuit: cæteræ mulieres telis, penſis, & periſtromatibus deditæ ea ſecum deferunt, & confabulando in amicarum cætu ſatagunt promovere, at hæc filio exornando unice intenta, quoquo properaret ſecum eum deducebat, ut in tenera indole ingenuos mores, & rerum honeſtarum ſtudium paulatim effingeret: idcirco ut olim Ariſtippus † *μητροδίδακτος à matre eruditus* dici meruit, quod plurium præſtantiſſimorum virorum fatum videtur, Deo, qui * *pupillorum pater, & viduarum protector* amat dici, pios earum conatus ſecundante, & larga benedictionum copia orbitatis miſerias compenſante.

† *Clem. Alex. ſtrom.* 4. * *Pſ.* 68. 6.

Hac ratione prævertit ætatem puer, & à tenerrimis annis ſtudiorum,

rum capax viſus litteris operam dare cæpit; vix dici poteſt quanta celeritate diſciplinarum percurrerit limina, ſed ſufficiet obſervaſſe adhuc impuberi peregre eundum fuiſſe ad idoneos præceptores diſquirendos, quamvis in Academia celeberrima degeret. Non debet in dubium revocari, quin maternus amor, & timida conſuetiſque tenaciter adhærens puerilis ætas huic diſceſſui diu obſliterint; verum omnia vicit ingens diſcendi cupiditas, & vix duodecimum compleverat annum, cum per Rothomagum iter direxit, ut materteram, domini *Altæ Sylvæ* uxorem, ſalutaret; hæc vix affectu cedens matri currentem detinuit, pro remora utens doctiſſimo quodam præceptore, qui Græcæ facundiæ blanditiis eum ſibi ſuaviter annexuit; ſed dum gratos ex hoc fonte haurit latices invida mors præceptorem abſorpſit, amariſſimiſque diſcipulum perfudit lachrymis: ſed eheu luctus ille lene dumtaxat fuit rudimentum acerbioris proxime imminentis, mala ſcilicet malis ſuccedunt, & quaſi catenata ſolent ingruere; lachrymantem enim luctuoſiſſimus oppreſſit nuncius de morte Cariſſimæ matris, matris, inquam illius, quæ patris vices ſuppleverat, cujuſque propenſiſſimo ſtudio deberi omnia ſua ornamenta ſæpius fatentem audivi: merito itaque lugubri illo perculſus nuncio obſtupuit, diriguit, & quaſi ejus anima maternæ fuiſſet alligata, viſus eſt expiraſſe, donec angor, querelæ, plantuſque & ſimiles acutiſſimorum dolorum motus pungendo, & agitando eum excitarent; ah quoties erumpere in has querelas auditus eſt:

† *Eheu Theſſalici conjux penſare mariti*
Funus, & immitem potuit Styga vincere ſupplex
Thracius! ah quanto melius pro matre liceret!

† *Stat. Syl. l.* 3. 3.

Sed cum nulli ſint colores, quibus triſtiſſimus ejus ſtatus poſſit depingi, ei velum neceſſario obducendum eſt, & ſimul agnoſcendum, quod niſi generoſa indoles, teneroque animus maturior ævo ipſi fuiſſent, tantas calamitates eluctari non valuiſſet.

Quamprimum ſenſit pietatis auxilio luctum ſubigi, ut Muſarum commercio ſenſim recrearetur, Pariſios ſe contulit, tuncque præclaro exemplo Deum ejus curam gerere patuit, ut enim diſciplinis libere vacaret, matrem, quæ res ejus curaret, conſervavit ad annum vigeſimum ſextum fratris natu majoris Vandoperæ domini, qui defunctæ matri in hac cura ſucceſſit, fratrique de ſuis ſtudiis dumtaxat

ſollicito proſpiciens à celeberrimo Petro Molinæo impetravit, ut illum exciperet domo ſua, quæ laudabilium morum, & omnigenæ doctrinæ ſchola erat illuſtriſſima; omnia enim in Molinæo docebant, ejus humanitas ſingularis, ſuavis facundia, jucunda urbanitas, variaque & excellens eruditio, quæ omnes ſuperant laudes: huic ſummo viro totum ſe dedit adoleſcens, & velut βιβλιοθήκην ἔμψυχον, & περιπατοῦν μουσεῖον colens, ex ejus conſuetudine ſtuduit proficere; pluribus tamen præceptoribus interea utebatur, quos in omnibus diſciplinis urbs illa celeberrima ſuppeditare ſolet, nullumque, apum inſtar, quæ ex innumeris vernantis prati floribus mella ſua colligunt, negligebat, à quo ſperare poſſet quoddam emolumentum; ſed imprimis magnum Caſaubonum Herodoti illuſtrationi vacantem audire ſatagebat, ut in ſuo critico epicheremate ipſe teſtatur.

Sic ſecundis elatus ſucceſſibus præcedens tranſegit ſeculum, & ſexto decimo ætatis ſuæ anno demum adventante Sedanum profectus eſt, ut diverſos magiſtros frequentaret, & ex diverſis eorum methodis ſententiiſque omnigenam eruditionem adipiſceretur: recens quod ex clariſſimi hoſpitis conſuetudine perceperat commodum admonuit de altero hoſpite iterum eligendo, ex cujus ſocietate novos faceret profectus; quare Bercheti Græca eruditione conſpicui hoſpitium cæteris aliis prætulit ob amœnitatum Græcarum amorem; aſſiduam inſuper Philoſophiæ dedit operam, & ſive domi ſive foris omnibus vacavit ſtudiis, quibus eruditior, & melior redderetur.

Hactenus felicem, & optatum ſtudia ejus curſum tenuerant, verum, ne, quæ de Syrenibus referuntur, meram duceret fabulam, inſidioſas medio in itinere offendit blanditias, quavis Sirene pernicioſiores, quibus allectus non exiguam temporis jacturam fecit, *Romantios* intelligo, ſive libros à Romano ſermone, ad quem vernacula noſtra lingua, qua ſcribi cæperunt, antiquam Gallicam deſerens proxime accedebat ſic dictos: quidam nobilis Brittogallus has Palmerio incauto pernicioſas nugas obtruſit, quibus, ut pote ad nativum hominum ingenium artificioſe compoſitis, ita captus eſt, ut per integrum fere anni curriculum ſui compos eſſe non valuerit; ſed eo tandem elapſo ad ſuam mentem reverſus ingemuit, acerboque dolore perculſus animadvertit, ſe pro veris hiſtoriis, quibus admiranda Dei providentia agnoſcitur, figmentis libidinum incentivis memoriam

riam ſuam oneraſſe, & pro heroibus, egregiiſque eorum facinoribus veritatem hiſtoricam illuſtrantibus, ineptos thraſones, & vana imaginationis otio ſuo abutentis ludibria coluiſſe; ſimilis itaque factus iis, qui convivia lauta ſomniant, excitati autem conficiuntur inedia, indignatus eſt, & implacabile contra illas furaces temporis affanias concepit odium, quod poſt 47. annos vim ſuam adhuc fortiter exeruit: tunc ſcilicet P. Fortin dominus de la Hoguette *teſtamentum ſuum* ſeu *fidelia conſilia* an. 1648. typis mandare conſtituit, & antequam in lucem emitteret, exemplar ad eum pro ea quæ inter eos erat amicitia deferri curavit: probavit amici propoſitum Palmerius, ſicut nobili viro convenientiſſimum, gravem eloquutionem laudavit, & prudentiam, candorem, generoſitatem, cæteraſque in ejus præceptis micantes virtutes exoſculatus eſt; at *Romantiorum* caput ferre non potuit, licet eorum lectionem non commendet auctor, ſed tantum non interdiceret, propria enim experientia, quæ exclamare cœgit: † *è del mio vaneggiar, vergogna il frutto*! edoctus tot argumentis fallacem horum librorum futilitatem probavit, ut in poſtremis editionibus, quæ multæ fuerunt, auctor adverſarium addiderit corollarium, quo eos *noſtri ſeculi morbum* nuncupat, eaque ſe laboraſſe *vanitate* ad Palmerii verba alludens fatetur.

† *Petrarch. Son.* 1. §. 1.

Quemadmodum torrens ſtrato obice, quo ad tempus fuerat repreſſus, latius occupat iter, celeriuſque fertur, ſic Palmerius majoribus animis & impetu generoſiori impedita, aut etiam interrupta ſtudia repetivit, deincepſque oblectamenta nulla elegit, quæ utilia non eſſent, nec ullas probavit illecebras præter illas, quibus laudabiliter ad officium noſtrum rapimur: quare communem omnibus diſciplinis limitem mox aſſequutus, ut quamnam cæteris præferret, opus fuit eligeret: omnes mutua æmulatione excitatæ ei ſeſe illico obtulerunt obviam, ſuaſque ſeorſim protulerunt opes: facile fuit Herculi in bivio conſtituto honeſtos virtutis labores poſtpoſitis mollibus voluptatis blanditiis eligere; ac quocunque ſe vertat Palmerius præſtantiſſima bona videt, nihilque ipſi offertur, quod ſine crimine repudiari poſſe videatur, anxius igitur, & Paridis erroris memor, nullam recuſat, omnibus gratificatur, ſed dum ab amplexu moralis Philoſophiæ, quam ultimam excoluerat, ſe expedit, quæ propior erat juriſprudentia eum ſinu excepit, ea conditione, ut cæ-

teris

teris ſuo quoque ordine poſtea reſtitueret, nullique ſeorſim mancipaietur.

Aurelianum igitur auguſtum juris ſacrarium profectus eſt, ubi Joachimus Molinæus Petri pater, verbi divini præconio etiam celeberrimus, ut doctrina & integritate ſpectatiſſimus illum domo menſaque ſua dignatus eſt; conſultiſſimo autem juris doctorum ductu ad intima legum adyta penetravit, totumque Romanæ juriſprudentiæ, quæ Græcam à qua fluxit complectitur, corpus mente cepit, adeo ut ad illam ſolam ſcientiam natus videretur.

Sed dum leges ſtudioſius rimatur, cariſſimi fratris litteris accitur in patriam, ut mutuis amplexibus diuturnam abſentiam compenſarent, & communi conſilio rebus domeſticis ſimul conſulerent. Nondum annum adeptus erat vigeſimum, quo per leges licet ſui, & bonorum curam ſuſcipere, at multis experimentis comprobata Palmerii prudentia privilegio meruit donari, quare regio diplomate 31. auguſti an. 1606. cum decimum nonum annum ageret, hoc jus eſt aſſequutus: complures impotentia peccandi facit innocentes, ipſæque feræ in caveis cicuræ ferociam cum libertate reſumunt, ſic efferuntur, & in omnes libidines ruunt ſæpe numero juvenes qui effractis tutelæ repagulis, quibus inviti coërcebantur, ſuo poſſunt genio indulgere; hic longe aliter, licentia conſtanter ei improbata, quam virtus & recte vivendi inſtitutum improbavere. Suam auſpicatus eſt libertatem ab amica ob tutelarem geſtionem, tranſactione, & officiis beneficiiſque tota inter utrumque diſceptatio terminata eſt; immo iiſdem quibus antea oculis facultates ſuas, & annuos reditus deſpexit, ſuiſque laudabilibus inſtitutis inſervire, non obeſſe voluit; quapropter non diutius, quam oportuit domi commoratus eſt, ſed Pariſios repetiit, ut ſtaret promiſſis, ſuoque erga reliquas diſciplinas fungeretur officio; quippe qui ſciret omnes diſciplinas ſibi invicem ancillari, *Muſaſque* ob arctam inter ſe connectionem, quaſi ὁμῶσας dictas.

Intactis hactenus Mathematicis toto animo incubuit, nullaſque habet † Euclidis figuras, quarum minutulos angulos non fuerit rimatus: Muſicæ etiam cæteris diſciplinis ab Arcadibus prælatæ numeroſas modulationes diſcere non neglexit, non tam ut dulce caneret, quod vitio * verſum Philippi filio, quam ne tantum ornamentum vi-

† *Polyb. l. 4.* * *Plutar. in Pericl. in Cimon.*

deretur

deretur contempſiſſe, quod Cimoni exprobratum: ſed poſſet ex aliorum cantu ſcitam capere voluptatem; ſane ars illa amæniſſima, quæ præ cæteris animum curis gravioribus fatigatum recreat, etiam ad generoſa facinora valet animare; † quam ob rem Lacedæmones Muſis ſacrificabant, antequam pugnarent &:

† *Plut. in Lyc. Stat. Syl. 4. 4.*

---- Cantata Briſeide venit Achilles
Acrior, & poſitis erupit in Hectora plectris.

Sed Palmerius Muſas coluit antequam ad arma tractanda ſe accingeret, & impetrata demum ab illis licentia ad belli artes ſe convertit.

Tandem itaque regendis equis ſeſe aſſuefecit, & ad gladiorum uſum adeo ſe exercuit, ut ſuo totum corpus non ſecus ac ingenti clypeo facile protegeret, unaque in adverſarium certos dirigeret ictus. Unde non minus fortis manu evaſit, quam eloquio gratus erat: his præſidiis inſtructus noſtram peragravit Galliam, ne diutius in ſua patria hoſpes eſſet, civiumque ſuorum ignoraret mores, cum Romanorum, Græcorum, & Barbarorum ingenti ſtudio conſuetudines didiciſſet.

Ex hoc itinere plurima ornamenta eſt conſequutus, ſicut enim lapilli in agris affixi rudes ſunt, exagitati autem in rivis mutuo attritu poliuntur, ita hominum ingenia converſatione mutua fiunt politiora; quamobrem artium inventores, & promotores ſcientiarum ſuam ſolertiam totum percurrendo orbem ſibi comparaverunt, hinc poëta Ulyſſem ſuum vocat † πολύτροπον quaſi πολλῶν τρόπων ἔμπειρον *diverſorum hominum mores expertum*, additque quod πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω *variorum populorum urbes luſtravit, & mores cognovit.* Contra autem Ægyptii ſapientes capite aſinino inertiam hominum inſtar τῶν Ζωοφύτων *glebæ ſuæ affixorum*, & domeſtico otio ignorantiam foventium deſignabant.

† *Odyſſ. a.*

Extra propoſitum meum expatiarer, ſi quæcunque celebratione digna obſervavit, deſcriberem; ſingulæ provinciæ cum campis, ſylvis, & montibus fluviiſque; urbes cum ædificiis, templis, mœniis, & propugnaculis; celebreſque antiquitatum reliquiæ, puta Nemanſenſium amphitheatrum, triumphales Arauſicanorum arcus, aquarum Tarbellicarum aquagia, mihi eſſent deſcribenda: ſed in geographorum & topographorum meſſes imprudens falcem injicerem;

ſufficiat igitur dixiſſe, eum curioſiſſime perſcrutatum quæcunque ad rerum naturalium notitiam illuſtrandam, vel ad vitam optime inſtituendam valere videbantur: nec ſprevit proprias cujuſque provinciæ linguas, rudes licet & inamœnas, quin plurimarum proverbia, & ſelectiores cantiunculas diſcere non eſt dedignatus, quod incredibilem ipſi ad eruendas vocum Gallicarum origines facilitatem præſtitit. Sic quo longius proceſſit eo ampliorem omnigenæ eruditionis copiam comparavit.

Dum Maſſiliæ eſſet Johannem Baptiſtam Palmerium Maſſilienſis theſaurariorum curiæ præſidem, neceſſarium ſuum, filiumque Gullielmi Palmerii, quocum pater ejus in aula Henrici 3. conjunctiſſime vixerat, ſalutavit: hic ſedem fixerat, uxoremque duxerat Margaritam Andreanam ex illuſtri Andreanorum ducum Neapolitanorum proſapia, quæ unicam ipſi peperit filiam Carolinam Palmeriam, viro illuſtriſſimo Ludovico Fourbino Oppedæ baroni nuptam: ſæpiſſime audivi noſtrum Palmerium celebrantem plurima benevolentiæ officia tunc ab illo accepta, quæ totidem erant argumenta nullis temporum, aut locorum intervallis arctiſſimum conſanguinitatis vinculum poſſe relaxari: mihi etiam retuliſſe memini, ſe tunc conveniſſe celebrem feroci audacia Grillonem prætorianæ cohortis tribunum, cumque offendiſſe domi ſuæ poſt longos militiæ labores placida quiete fruentem; multa ſenex juveni perhumaniter excepto de vita ſua anteacta narravit, multiſque exhortationibus animum ad virtutem pronum impulit; ſed rem verbis longe potiorem tandem ſuperaddidit, pectus enim, & totum corpus nudavit, longamque honeſtarum cicatricum ſeriem vix ullis interſtitiis diſtinctam oſtentans: hac, inquit, via itur ad gloriam, vel ut ipſiſſima illius verba uſurpem: *voici le chemin de lhonneur.*

Saturatus tandem proſperis peregrinationum ſucceſſibus, & natalis ſoli dulcedine allectus Vandoperam repetiit, ut libris ſuis incumberet, & parta doctorum virorum commercio ſolertia uteretur ad comparandam ex cunctis auctorum generibus omnimodam eruditionem; nec enim ita Græcis, Latiniſve litteris operam dedit, ut recentiores, & vernaculas ſperneret, ſed omnes Italorum blanditias, & gravem Hiſpanorum faſtum callebat, elegantiſſimaque poëmata utraque lingua ſæpe edidit; mitto Germanorum & Anglorum linguas ſatis ipſi familiares, ut multa arcana ex iis erueret.

Hoc

Hoc in ſeceſſu proficiebat in dies, & paucorum annorum ſpatio ingentem collegerat obſervationum doctiſſimarum meſſem, qua reſpublica litteraria poterat non mediocriter augeri; verum cæpit inter ea quibuſdam motibus agitari Gallia, quemadmodum debiliores humani corporis partes, noxiis cum excitantur humoribus, affici ſolent; ſic proteſtantes in ſummo timore fuerunt, ne libertas, quam Rex Chriſtianiſſimus conceſſerat à turbatoribus opprimeretur: in Neuſtria maxime id timendum fuit, quod ne minima quidem præter edicta regia haberent præſidia: quapropter Palmerium ſuo in regem obſequio conſpicuum, ſuæque religionis ſimul obſervantiſſimum communibus elegerunt ſuffragiis ad jungendam cum iis operam, qui nomine Eccleſiarum eamdem religionem profitentium omni obſequiorum genere ſolita clementiæ regiæ beneficia impetrare conabantur; in qua legatione ſuam fidem & induſtriam omnibus probavit, patefecitque luculenter pietatis officia, & debita poteſtatibus obſequia mirabiliter concordare. Trigeſimum tertium tamen ætatis annum nondum compleverat, quamvis ſenilis prudentiæ decus in omnibus ejus conſiliis eluceſceret, adeo certum eſt, magna ingenia facile annorum defectum ſupplere: propterea valde idoneus jam ad militiæ munia videbatur, ſed felix Ludovici juſti providentia ab omnibus regni finibus hoſtes arcebat, & in fructibus florentis pacis colligendis fortiſſimorum Gallorum occupabat otium; quare, ut hoſtes, quibuscum vires experiretur, offenderet, in fœderatum profectus eſt Belgium, ubi fortitudo, labor, ſtratagemata, diſciplina militaris, & omnes bellicæ virtutes, tanquam in eminentiſſimo theatro ob totius Europæ oculos ſuas partes agebant: ex una parte totum late dominantis in utroque orbe Hiſpaniæ robur, cum ſelectiſſimis imperii & Italiæ copiis Belgas ſub jugum feliciter excuſſum redudúcere conabantur; ex altera acerrimi libertatis ſuæ vindices Belgæ fortiſſimis Gallorum & Anglorum nonnullorumque Germanorum auxiliis fulti hoſtiles retundebant impetus, novaſque clades minitabantur utrinque præſtantiſſimi duces, hinc Mauritius Naſſavius, qui Neſtoream prudentiam cum fortitudine Herculea arcto adeo nexu devinxerat, ut nondum patuerit, an cautius agenda prævideret, an prævisa fortius perageret, illinc magnus Spinola tot victoriis inclytus. Mauricium, quem ſupra omnes ſui ſeculi duces celebrabat Henricus 4. elegit Palmerius ut ſub eo militare diſceret, uni illi adhæſit,

hæſit, cumque in plurimis expeditionibus ſequutus eſt, Bredanæ etiam omnium poſtremæ, qua invictus heros ſeipſum, & mortem omnia ſuperantem ſuperavit, interfuiſſe honori duxit. Mauricius ſchirro immedicabili obſeſſus viribus ſenſim labaſcentibus, & morbo invitis Bredæ obſeſſæ opem ferre tentavit, & per munitiſſima Spinolæ caſtra, & hoſtium ſtragem ſibi viam ſtraviſſet ad conſervationem illius urbis, quæ leonis belgici cor conſtituit, niſi fata obſtitiſſent, voluiſſentque, ut domi animam Deo, clavum autem reipublicæ Henrico Naſſavio fratri traderet; hic ejus virtutum ſicut muneris hæres in Bredæ oppugnatores illico movit exercitum, & fortiſſima impreſſione facta docuit hoſtes potuiſſe profligari, niſi obſeſſi ſibi defuiſſent, & præſtaſſet urbem cedentem cedere, ut intra totidem ſeptimanas, quot in ea expugnanda menſes conſumpſerat Spinola, illam nunquam impoſterum amittendam Henricus Naſſavius recuperaret.

Sub his principibus rudimenta militiæ ſuæ poſuit Palmerius, eorum præclara facinora ſuis vidit oculis, & ſi militibus aliquid è laude imperatorum decerpere licet, ſe in aliquam eorum gloriæ ſocietatem offerre poteſt, cum non otioſus ſpectator, ſed actor inſuper fortis & ſtrenuus extiterit.

Dum pro more voluntariæ Gallorum militiæ honorarius miles pro fœderati Belgii libertate pugnabat, & partes ſuas ſtrenue agebat inter numeroſiſſimos exercitus, qualeſque vix ulli viſi ſunt, nam in utroque exercitu numerata centum quinquaginta certiſſimorum militum millia referuntur, rumor ſocietatis inter Francos, Anglos, Danos, & proteſtantes Germanos initæ contra Hiſpanos & Auſtriacæ domus aſſeclas, expeditioniſque Italicæ ad aures ejus advolavit, & amantiſſimum patriæ civem repetere Galliam compulit, ut regi ſuo, cui ſe & ſua omnia debebat, fidele præſtaret obſequium: ſed pax prævertit ejus reditum; verum dum ea domi inter libros & cum amicis frui gaudet, in pacatiſſimo patriæ ſinu grandes inimicitias ſuſcipere coactus eſt ob generoſitatem omni prædicatione digniſſimam, qua ignotum, & omni præſidio tunc deſtitutum ab eminenti periculo eximere, vimque potentiſſimorum adverſariorum, & ſibi cariſſimorum propulſare non dubitavit. Erat in ejus vicinia vir amicis, facultatibus & nobilitate potens, cuique officiis & conſiliis prodeſſe optabat; hunc audit parare inſidias Eccleſiaſtico nobili, quocum nullam

nullam habebat Palmerius conſuetudinem ; factum improbat, & quamvis peregre adveniret, & fatigatus eſſet, ne tamen facinus, quod averti poſſe ſperabat, perpatraretur, recentem conſcendit equum, ad vicinum properat, perhumane adoritur, monet, rogat, obſecrat, nulliſque parcit precibus, ut ſpirantem minas, vindictamque molientem demulcens à cruento propoſito abduceret; ſed fruſtra occupatos ab ira mentis aditus ratio, & conſilia tentant, irritant potius, & ut ipſa aqua flagranti incendio ſuperfuſa illud auget, vehementius inflammant: vixque abfuit contumelia. Quid quæſo ipſi in tanto diſcrimine agendum fuit? ſi ſuam audit utilitatem nobili, diviti, potenti, amico morem geret; ſed jus faſque obſtant; ſi jus autem faſve conſulit, inermi, & omnibus deſtituto præſidiis opem ferre conabitur, ſed graviſſimas contrahet inimicitias, gratiſque ſe in certiſſimum conjiciet diſcrimen, cum pauci & imparati multis omni armorum genere inſtructis contraſtare poſſe non videantur. Media forſan via tutior videbitur? ac neutris proderit, & vel ipſius Solonis incurret indignationem, nam notandos infamia cenſuit eos, qui in civium diſſidiis in neutram partem inclinant, ſed ancipites ignave quieſcunt; his igitur in minimo temporis articulo perpenſis, nullas enim patiebatur moras, qui inſidiarum ignarus ad illas incogitanter ruebat, ei ob viam currit, ſibique cum illo occumbendum, vel ſimul evadendum per aggreſſorum, qui evitari non poterant, ſtragem fortiter ſtatuit. O generoſitatem admirabilem! applaudo eorum laudibus, qui pro amicis obire mortem voluerunt, ſed ſanctiſſima amicitiæ jura hoc officium efflagitabant; hic vero nihil præter inſtans periculum, & inopis præſidium ingentem Palmerii animum ſollicitaverunt, obſtupuit ad inauditum magnanimitatis illius exemplum, qui eo ad ſalutem ſuam indigebat, vixque credidit periculum, quod tantopere ab ipſo deſpici cernebat; ſed illico fecerunt fidem ſclopetarii per ſepes diſpoſiti. Et globulorum ignitorum, quibus impetebantur, grando; Palmerius illico armatus gladio, unicoque comitatus ſervo, & paucis illis, quibus certam tot armati intentabant mortem. In hos incredibili ardore facit impetū, terret, & partes pariter diviſus in omnes ita turbat, ut aberraverint fere omnes ictus in ſuos directi, experientiaque conſtiterit hoc Euripidis effatum eſſe veriſſimum: ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ *unum ſapiens conſilium multas manus ſuperat*: denique nemo ex ſuis cecidit, at ex adverſa parte plures, & ipſe cer-

 taminis

ſaminis auctor, unde ingens Palmerio dolor & moleſtæ lites: ſed cum tota provincia celebratæ ejus fortitudinis fama reſonaret, opus fuit arte litigantibus ſolita extraneum quemdam adſciſcere, qui provinciæ tribunalia declinaret, cogeretque ad regium conſilium confugere, ut judices convenientes daret: verum quo longius delata eſt illa controverſia, eo ampliorem ipſi comparavit gloriam, tandemque aggreſſores jure cecidiſſe, pronunciatum eſt.

Licet moleſtiſſimum ipſi fuerit hoc negotium ob adverſarios, quorum benevolentiam omnibus officiis demereri optaſſet, & ob inæſtimabilem temporis jacturam, interdum tamen litteris operam dabat, & à foro in Muſarum ſinum ſe recipiebat, teſte *critico Epicheremate*, quo Lucanum cum Virgilio confert, ipſe enim ab initio refert, quod ad reficiendum ingratis litibus animum fatigatum illud an. 1629. compoſuerit: cum doctiſſimis etiam viris ſolebat converſari, immò illius ipſius litis occaſione plures ſibi amicos comparavit; prolixam eorum amicitiam facere non aggrediar, ac omnes ſilentio prætermittere foret iniquum: ut juſto itaque officio fungar, præcipuos commemorabo, eodem fere ordine, quem memini ipſum obſervaſſe, cum accepta ab illis beneficia recolebat. Ob ſingularem in Palmerium benevolentiam Chenalliæ dominus Pariſienſis theſaurariorum curiæ præſes integerrimus agmen debet ducere; quandiu enim vixit familiariſſimam fovit cum eo conſuetudinem, & quocunque tempore Pariſios peteret, domi ſuæ libenter excepit. Clariſſ. Sarravius Pariſienſis ſenator vix tamen ſine contentione illum ſibi præferri, quoniam officiis & amore ſingulari proſequebatur Palmerium ut ejus epiſtolæ editæ, & plures quæ lucem non viderunt luculenter teſtantur. Haud exiguum etiam litterarum numerum à DD. Ameloto ſupremi conſilii præſide, Huillerio, Aſnierio, & Bernerio graviſſimis ſenatoribus ad ipſum habeo, quæ ipſam redolent amicitiam; Muſæ præterea, & litterarum ſtudia jucundiſſimam conciliarunt benevolentiam ipſum inter, & celeberrimos humanitate, & doctrina fratres Puteanos, quorum unus eximium *de inſignibus Galliæ* tractatum Palmerio noſtro inſcripſit, ut antiquitatum noſtrarum accuratus indagator, † & Palmerii amicorum non poſtremus Roquæus idem argumentum tractans judicavit obſervandum. Amiciſſime inſuper cum eo vixerunt S. Petitus, Monmorius, Guietus, ſuaviſſimus

† *Du Blazon c.* 8.

Capel-

Capellanus, Conrartus abſolutiſſima elegantiarum norma, illuſtreque omnium virtutum exemplar, & inexhauſtum omnigenæ antiquitatis penu Blondellus, quod plurimis illorum epiſtolis poſſem confirmare.

Inter alia quæ ſæpe de præſtantiſſimis illis viris narrare ſolebat, memini controverſiam ipſi fuiſſe cum Blondello ob Normannorum noſtrorum indolem: cuivis notum exteros nonnullos, ut Normannorum gloriæ, quæ ſive armis, ſive litteris totum replevit orbem, detrahant, quaſdam conſuetudines noſtras calumniari, ſubleſtamque nobis exprobrare fidem: illius autem iniquæ injuriæ occaſio eſt, quod legiſlatores noſtri ſanctiſſimam, & inviolabilem fidem ducentes, ſub conditione dari per aliquod tempus, intra cujus interſtitium poſſet revocari, conſtituerint, obtrectatores vero volunt eos faviſſe levitati, atque litigandi libidini; ea quidem iniquitate non laborabat Blondellus, ſed probare dumtaxat ſatagebat, ea ſuſpicione gentem noſtram à primo illius adventu jam gravatam, quia Theobaldus Blæſarum, & Carnutum comes vulgo dicebatur *le tricheur*, ut refert Tilletus; nemo autem neſcit hac vernacula voce deſignari *tricatorem*, vel *triconem* ut Julius Capitolinus de Vero imperatore vocat hominem litigioſum & rixarum inventorem; hincque deduci *intricare* & *extricare*, omnia autem à tricis, Græci dicunt τρίχες. † ſive capillis, quæ, ad quævis impedimenta deſignanda, uſurpantur, quia pullorum pedes ſoleant impedire: Contra Palmerius probandum ſuſcepit, illum comitem non *tricheur* tricatorem; ſed *treſcheur* ſive treſcatorem dictum à voce *treſcare*, quæ hodie etiam apud Italos *tripudiare* & *ſaltare* ſignificat, quod ſaltando, & tripudiando certamina iniret, & hoſtes aggrederetur; nec propoſito excidit, ſive enim dirimenda controverſia auctoritate, habuit auctorem Fauchetum noſtrarum antiquitatum promum condum, qui lib. 8. 2. vol. c. 16. dictum revera *treſcatorem* ſive ſaltatorem aſſerit; & alterius denominationis, originiſve dubitanter dumtaxat, & laudem diligentiæ minima quæque obſervantis affectando, meminit: ſi vero ratione res agenda, ſufficiet perpendiſſe indolem, & fortitudinem gentis noſtræ, quæ magnam orientis partem, nempe imperium Conſtantinopolitanum, & totoccidentis regiones ſubegit, ut ab omni litigioſarum fraudum, quæ ignaviæ ſunt ſtratagemata, ſuſpicione liberetur, neque ea laboret Theobaldus dux

† *Nonius Marcel. in trica.*

fortiſ-

fortiſſimus, cujus generoſæ alacritati contra optime conveniet ſaltatio, & inſtante certamine tripudium ad animum bellicæ gloriæ cupidiſſimum ſignificandum: ſane ad eundem modum generoſi Lacones πρὸς αὐλὸν, καὶ ῥυθμὸν, καὶ εὔτακτον ἔμβασιν τοῦ ποδὸς *ad tibiam numeroſque, & quamdam pedum modulationem certamina inibant* teſte Luciano de ſaltat. qui inſuper addit eos à Caſtore, & Polluce heroibus didiciſſe καρυατίζειν *ſaltare ea ſaltationis ſpecie, quæ a Caryis Laconiæ urbe dicta eſt*, impoſterumque curaſſe, ut eorum ephebi æque ſaltatione ac armis exercerentur; immo Theſſali bellica laude clari adeo conjunctam cum imperatoria majeſtate ſaltandi peritiam putarunt, ut ſuos duces προορχηστῆρας *præſaltatores* nuncuparent, & in titulis ſtatuarum eis erectarum ſcriberent, eos εὖ ὀρχησαμένους τὴν μάχην *probe pugnam ſaltaſſe*, ad ſignificandum eos illuſtrem retuliſſe victoriam. Æthiopes etiam ſaltando pugnam auſpicantur, neque ullus eorum tela in hoſtes mittebat, niſi prius ſuam ſaltatione excitaſſet alacritatem, & hoſtibus terrorem incuſſiſſet. Sic Dionyſius ſaltando Lydos, Indos, Tyrrhenoſque & innumeras alias gentes ſubjugaſſe legitur; ſed ut ad Lacedæmones redeam verſus † Tyrtæi Poëtæ recitabant, & numeroſo paſſu pugnaturi gradiebantur, immo pyrrichen ſaltationem militarem & ad fortitudinem adeo utilem, ut cum ea bellicæ fortitudinis ſtudium deſiſſe putetur, Lacedæmonum eſſe inventum volunt; ſed alii ad * Pyrrhum Achillis filium ſic à capillitio dictum, ut Neoptolemus ob militiam à teneris annis exercitam dicebatur, quod illam ſaltationem magis commendat, cum Ilium ea expugnaverit. Quin Homerus Merionem Cretenſium ducem fortiſſimum, quem Iliad. β verſ. 651. Marti ſimilem facit, vocat ὀρχηστὴν *ſaltatorem* Iliad. π. verſ. 596. ut pateat ſaltationi eximium eſſe in pugnis uſum: quod agnoviſſe † Cadurchos, & Chalibas cantu & ſaltatione hoſtem invadentes ex Xenophonte conſtat; ſed Martis ipſius ſacerdotes id imprimis confirmant, à tripudiis enim, & ſaltationibus *Salii* dicebantur, hymniſque & ſaltationibus ſacra ſua menſe Martio peragebant, pugnaſque imitabantur, unde * *Agonales* dicti; ſi quis tamen eos deduceret ex Salica gente, & Saliis illis, quos primos Francos A. Mercellinus vocat, vel ut † Zozimus ἔθνος Φράγκων ἀπόμοιρον *gentem Francorum partem*, à quibus noſtra lex Salica dicta, propius ad inſtitutum noſtrum accedet, & inter Theobaldi comitis finitimos à longo tempore ſaliendi

† *Athen. l. 14. c. 7.* * *Serv. ad Æn. 2. Plin. l. 7. c. 56. Lucian. de ſalt.* † *de Cyri exped. l. 4.*
* *Dionyſ. Halic. l. 2.* † *Lib. 17.* *

inter

inter arma viguiſſe inſtitutum probabit; quod aliis etiam exemplis facile eſt confirmare: Carpeſii enim Iberi fluvii accolæ ſecundum Stephanum, nec Gallorum duntaxat vicini, ſed propago, totus enim ille tractus Celtiberia dicitur, conſtatque, eſſe

---- à gente vetuſta
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Hi autem Carpeſii *erumpunt à caſtris tripudiantes more ſuo, repentinaque eorum audacia terrorem hoſti paulo ante ultro laceſſenti incuſſum*, apud † Livium. Sic Ambrones etiam Gallica gens apud Plutarchum in Mario: κρούοντες ῥυθμῷ τὰ ὅπλα, καὶ συναλλόμενοι πάντες ἅμα *ad numerum concutientes arma, & ſimul omnes tripudiantes præliantur.* Immo tota gens Gallorum, unde hæc Manlii conſulis oratio ad milites ſuos manus conſerere cum Gallis varias Aſiæ regiones occupantibus paratos: * *non me præterit, milites, omnium, quæ Aſiam incolunt, gentium Gallos fama belli præſtare, inter mitiſſimum hominum genus ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum, ſedem cepit; procera corpora, promiſſæ & rutilæ comæ, vaſta ſcuta, prælongi gladii: ad hoc cantus ineuntium prælium, & ululatus, & tripudia* &c. Denique is mos inter Normannos imprimis viguit, & *cachinnis, exprobrationibus cum inſultatione, & deriſu* hoſtes ſolebant laceſſere teſte Abbate Reginone de Normannorum geſtis ante Rollonem ad an. 891. Theobaldus igitur veteribus ferocis patriæ inſtitutis morigerus tripudiando, & ſaltando inibat certamina, proptereaque *treſcatoris* ſeu ſaltatoris cognomen obtinuit inter Gallos, quorum antiquam ferociam politior Romanorum conſuetudo jam cœperat temperare, & reddere mitiorem, ſic ſuam potuit ſtabilire ſententiam Palmerius, & ab errore amicos revocare: iis etiam potuit exquiſito judicio prodeſſe, unde non raro conſultus à clariſſimo Malherbæo; Malherbæus, inquam, Gallicarum Muſarum deliciæ, & ſeculi ſui, ejus decus judicio multa ad litteras pertinentia ſæpe permiſit; ſic aliquando dubius, & fluctuans inter duo ſymbola, quæ excogitaverat, & ita convenire Ludovico 13 judicabat, ut quodnam præferret, dubitaret, ad illius arbitrium illa detulit: in utroque clava cernebatur; ſed unum hæc verba habuit *væ monſtris*, quæ ſua benitate placebant, mentemque ſimul ingenti ſenſus amplitudine replebant: alterum vero illa: *erit hæc quoque cognita monſtris*, quæ magis arriſere Palmerio, quod ad numeros com-

† *Lib.* 13. * *Liv. Lib.* 38.

poſita blandius aures demulcerent, & inſuper honorificam inſinuarent comparationem filium inter, & Henricum magnum patrem, cui clava etiam placuerat; quare in Palmerii judicio acquieſcere non dubitavit Malherbæus, illudque ſymbolum prælatum etiam hodie legitur in Pariſienſis computorum cameræ frontiſpicio.

Cæteri Palmerii amici ignoſcant eum in patriam reducere geſtienti, & præ feſtinatione multa ſimilia, quæ norunt, ſupprimenti, ſat diu à libris & fraterna domo abfuit, hos ergo veteres amicos tandem reviſit, & diuturnam abſentiam aſſiduo cultu compenſavit; abſentium tamen amicorum ſemper fovit memoriam, eiſque otii ſui rationem modo reddebat, modo ab iis exigebat, nonnunqnam, & munuſculis gratum ſuum animum teſtabatur: ſed dum incautus innocuis amicitiis indulget, in fallaces amoris laqueos incidit, præſtanti enim nobilis puellæ forma, & ingenioſis blanditiis ita captus eſt, ut arti amatoriæ,cæteris ſepoſitis, dumtaxat daret operam,& totum Gallicis carminibus,epiſtoliſque ſuas flammas ſpirantibus tempus largiretur,quod melioribus ſtudiis deberi ſuadebat ratio, † monebant amici, & ipſe tandem propria mentis luce, abſque Leucadis petræ auxilio, quo Jupiter, ipſa Venus, & multi Heroes eguiſſe dicuntur, valuit agnoſcere, ut in eleganti dialogo Græco ſub nomine Dyſeraſtis ſuo familiari Paramythio ad conſervandam dulcis erroris memoriam narrare voluit.

† *Vid. Cupid. Cruc. A. Gabbem.*

Leviter hanc imbellis cupidinis militiam tentavit, ſed generoſæ militiæ ſedulo vacavit, & quas inter exteros artes bellicas didicerat, pro patria exercere ſummo honori duxit; quamobrem vix audito claſſico, quo convenire ad ſigna, & ducem Longovillæum Normanniæ præfectum ſequi in Lotharingiam nobiles jubebantur, illico cum egregio comitatu properat ad eum Palmerius, & equitum turmæ ductor conſtitutus aſſiduam & generoſam cum ſociis navavit operam, donec honorifice dimiſſus ſplendidum illuſtriſſimi principis reportavit teſtimonium in campo S. Nicolai 2. oct. 1635. datum, quod cum plurimis ejuſdem principis epiſtolis ſervo, ut totidem illius erga Palmerium benevolentiæ monumenta; iis etiam res ſatis momentoſas non raro ipſi commiſit, & ad graviſſima inter vicinos diſſidia componenda auctoritate ſua munivit, ſicque validiſſima argumenta ſunt, plurimi feciſſe ejus judicium, ſolertiam, & magnanimitatem.

Impe-

Imperata illa militia, quam * *Heribannum*, quaſi *domini convocationem*, vel *ad bellum convocationem* ſolemus nuncupare, functus non exiſtimavit, ut plures, omni ſe ſatisfeciſſe officio, anno enim 1641. victricia regis ſigna honorarium militem ſequutum fuiſſe datis in campo juxta Baſſeam Baſtellaniæ inſulæ urbem 22. octob. 1641. diplomatibus regius in Normannia tunc legatus, & exercitus dux Grammontius teſtatur.

* *Roquæus de banno & Heriban. c. 1.*

Redux inter ſuos ſecundum conſuetudinem ſuam & beneficos mores nulli obeſſe, omnibus autem prodeſſe conabatur; horum componebat lites, illorum animos invicem offenſos conciliabat, & firmum communis tranquillitatis vinculum haberi meruerat: ſed fatalis rerum ſeries, qua triſtia lætis ſolent ſuccedere, alcedonia illa non permiſit eſſe diuturna: juxta Vandoperam degebat levis armaturæ equitum ductor, qui audacia, temeritate, & in ferendis militiæ laboribus pertinacia ex infima ſorte ad munus illud pervenerat; is corroboratam longa in hoſtium ſolo conſuetudine licentiam inter cives pacis tempore exercere, & omni ſcelere vicinos vexare aggreditur; miſeros contra tuetur Palmerius, & vexatorem monet officii; ſed ſcelus non fert habenas, nititur in vetitum, & quo fortiorem offendit obicem, eo vehementius furit, & bacchatur, fit itaque concurſus prudentiæ cum vecordia, fortitudinis cum ferocia, & virtutum cum vitiis atrocioribus, utque virtus à recto ſuo tramite nequit deflectere, ſic non potuit Palmerius, ne ſuæ virtuti deeſſet, non reprimere iuſurgentem adverſarium: Timoleon fratri, & J. Brutus liberis cives lædentibus non pepercerunt, nec ipſe hanc belluam, iis quarum oppreſſio præmiis remuneratur, ferociorem ferre potuit; quia tamen in regnis bene conſtitutis licere dumtaxat magiſtratui in facinoroſos animadvertere noverat, jure & legibus egit: teſtes illico fide digni proferuntur, quærimoniæ undique advolant, & illi ipſi oppreſſi, qui metu prius exanimabantur, ſimulatque oppreſſorum cauſam in ſe ſuſcepit Palmerius, ejus generoſitate recreati perſequuntur reum, criminaque horrorem incutientia patefaciunt; hi incendiarium, illi latronem probant; adſunt viri, qui violatam uxorum pudicitiam, & mulieres, qnæ cædes liberorum, maritorumque ab ipſo patratas queruntur; illico captus reus vinculis traditur, & jam in delectu ſupplicii totum negotium verſari videbatur, cum rei fautores

 ab

ab inferioribus judicibus ad parlamentum Rothomagenſe, & ab hoc capitalem meditante ſententiam ad ſanctius regis conſilium cauſam tandem deferri curarunt: tunc advocati in auxilium centuriones, tribuni, legati, & magna militaris ordinis pars, proceres etiam favere viſi ſunt, & ipſa regina mater juris, & regni columen benignas aures præbebat; ſed ad primam ſcelerum deſcriptionem cohorruit, judicibuſque imperavit, ut ſuo fungerentur officio; damnatus itaque, ſed in ultimo ſpedi naufragio verſanti ſacra anchora adfuit, privilegium ſcilicet anniverſarium à morte revocandi facinoroſum, quo à mille annis ſ. Romani feretrum ob immanis draconis cædem gaudere jactant Rothomagenſes, ut videre eſt apud Thuanum l.78. adhoc itaque refugium reus confugit, & quo ſceleratior erat, eo ad privilegii amplificationem dignior videbatur; ſed admirando Dei judicio accidit, ut tunc vir nobilis Rothomagi haberetur in vinculis ob cædem non ſponte patratam, quem tamen certa mors manebat, niſi illud privilegium ipſi ſuccurreret, hunc igitur amicis, & favore adjuvit Palmerius, hacque ratione utilem patriæ civem facinoroſi ſupplicio redemit.

His curis ſolutus totum ſe litteris reddidit, commoda tamen anni tempeſtate Pariſios petebat, ut ſuaviſſima amicorum conſuetudine frueretur, & partas ſtudio ſuo opes cum ipſis communicaret, litteriſque cæpta commercia perficeret; ex ejus epiſtolis & J. Turgotii D. de S. Claroſacri conſiſtorii Senatoris ad ipſum diſco, hoc tempore patriam non exiguo officio demeruiſſe, quandoquidem ampliſſimum illum virum, cujus ingens vis ingenii, & in rebus agendis incomparabilis dexteritas erat, poſt exemptum rebus humanis Ludovicum juſtum, in patriam reditum meditantem hortatus eſt fortiter, ne ſtationem defereret, idque obtinuiſſe innumeris fuit fructuoſiſſimum.

Sic ſua ſorte contentus vivebat, ſed cariſſimum fratrem funeſtus morbus an. 1648. poſt graves aliquot aſſultus ex ejus conſortio rapiens omnem ejus lætitiam amariſſimo luctu infecit: ſexageſimum exceſſerat annum Joannes Palmerius Baroniæ Vandoperanæ dominus, Jacobi frater major natu & unicus, adoleſcentiam ſuam aulæ dederat, & apud Henricum Borbonium principem Condæum Camerarii officio functus fuerat, ſed maximam reliquæ ætatis partem ſui beatus ruris honoribus domi tranſegit, res ſuas & fraternas pari
ſtudio

ſtudio curans; ſicfratri reliquit ingentem, cum inſolita cura, luctum; ſumma tamen ejus conſtantia ei par fuit, & in ſapientiſſimo Dei conſilio Chriſtiano acquievit: verum qui dolorem fortiter tulerat, impatienter tulit contumeliam, niſi potius contumeliæ ictus cicatrice doloris nondum penitus obducta ipſi atrocior viſus eſt. Res ſic ſe habet, juvenis nobilis florentis ætatis ſuperbiens petulanter Palmerium aggreditur, videturque per ſubſtrati viri generoſi decus iter ad gloriam affectare; jam vergebat ad ſenium ejus ætas; † ſed γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν *ſenium leonis præſtat vigente hinnulorum robore*, indignatio igitur ſopitas excitat vires, mentemque, ne ad eam Chriſtianæ tolerantiæ, quæ ferendo ſuperat injurias, pateret aditus, præoccupans furenter urget ad vindictam, congrediuntur paribus armis, & illico ſenex juvenem domuit, domitumque exarmanit, illud autem certamen eleganti carmine Γεροντομαχία inſcripto celebravit clariſſ. Petivillæus ſenator Rothomagenſis amicitiæ & tempori indulgens, nondum enim Ludovici Adeodati auctoritate leges hanc licentiam coërcentes ſuam vim redivivam recuperaverant.

† *Hippothoon apud Stob. Serm. 114.*

Hactenus rerum domeſticarum curis pectus exuerat, & fraterna domo uſus ſua abſtinuerat, quo liberius ſtudio & neceſſariorum officiis vacaret, ſicque per 40. annorum circiter curriculum, quo in patria vixerat, cum fratre & familia fraterna conjunctiſſime degere conſueverat; diuturnam illam, & fere judividuam ſocietatem fratris ipſe exitus non valuit dirimere, fratriæ enim ſuæ viduæ operam ſuam addixit, & in ferendis ejus viduitatis incommodis ita adjuvit, ut ea vix ſenſerit, ſi acerbiſſima jucundiſſimi cum dilectiſſimo marito conſortii avulſio excipiatur. Non poteſt ſatis celebrari vis virtutis, dum fratriæ mœrorem ſolando lenire conatus, ipſe ſuum ſolatur, & illius conſtantiæ exemplo adeo conſtantem ſe præbuit, ut totus in Heroinarum admirationem converſus, ex omni antiquitate quinquaginta præſtantiores ſelegerit, & earum celebratione verſibus Gallicis facta, fratriæ pietati litare voluerit; ſed eheu animus præſtantiſſimæ illius matronæ marito inſolubiliter annexus, dum ſuis ſe expedire ærumnis nititur, expedit ſe corpore, & in cælum fruitura Deo, & optatum conſortium recuperatura fertur: ſic obiit in domino Maria Berneria ex nobiliſſimis Berneriorum & Quercetanorum proſapiis ortum ducens, patrem enim habuit Joannem Bernerium

 Fontani,

Fontani, dulcis paludis, & Vallium dominum, & matrem Annam Quercetanam: marito tabulis matrimonialibus 14. julii anni 1602. juncta per 46. annos cum ipſo tranquille vixerat, & ejus fœlicis conjugii ſeptem liberi ſuperſtites præclara fuerunt pignora, in quibus redivivæ parentum virtutes perſeverare cernebantur.

Perculſus hac dilectiſſimæ familiæ calamitate Palmerius fatiſcebat, & quod acerbiſſimum erat, quo levaret luctum, & animum erigeret, nullum apparebat remedium; ut enim quæ neceſſariorum funeribus communia ſunt prætercam, privatim angebatur ob mutandam vivendi conſuetudinem, neque enim liberi in ejus conſortio educati, poſt parentes in patriam cæleſtem admiſſos, domi ſimul remanebant, quia è tribus maſculis major natu contractis publico diplomate 5. Martis an. 1633. cum nobiliſſima virgine Anna Corduana illuſtriſſimi equitis D. Mimbræi, & illuſtriſſ. Beaumanoiriæ filia in privatum conceſſerat domicilium; alter G. Palmerius militiæ addictus in exercitu regio præliorum Mareſcalli munere fungebatur; junior Jacobus Palmerius, qui nunc levis armaturæ equitum tribunus eſt, jam turmæ equitum ductor domo aberat; è quatuor filiabus tres jam matromonio junctæ fuerant, & junior Helena Palmeria domi ſola ſupererat, quæ quidem patruum ſtudioſe colebat, ab eoque impenſe diligebatur, ſed benigna Dei providentia ad noſtrum connubium deſtinata breviſſimum ipſi conſortium pollicebatur: vacuam igitur domum dulci, qua delectari ſolebat, ſocietate relinquere cogebatur, imo fugere ut ſe à funeſto eriperet luctu: amœna enim Vandoperæ prata, fæcundiſſimi agri, & jucundum nemus, quæ ejus oculis nuper adeo arridebant, recentem tunc exaſperabant dolorem, & dominorum funeribus atrata videbantur; ipſa Diva languidius juxta ædes putabat fluere, ut ejus lachrymas ſollicitaret; lætiores avium cantus næniæ erant; Muſæum denique ipſum ſepulchreti ſpeciem ipſi præbebat, & libros in eo ut totidem loculos contemplabatur, adeo mœror omnia inficit, & ſuis oculos imbuens coloribus amæniſſima quæque efficit lugubria.

Non fruſtra tot jactatus eſt ærumnis, iis enim non ſecus ac vehementibus procellis in portum delatus eſt tranquilliſſimum, Cadomum dico, urbem florentem, & elegantiſſimorum ingeniorum fæcundam, quæ blande ipſum excepit: humanæ tamen amicorum converſationes omnes ſolitariæ vitæ incommoda non auferebant, ut itaque

que

que amandarentur, & Palmerius firmiter retineretur, illius familiares & amici devinciendum vinculis matrimonialibus curarunt, conſiliiſque & cohortationibus obtinuerunt, ut de nuptiis Margaritæ Samborneæ ex nobili inter Anglos proſapia oriundæ ſerio cogitaret, quod ſucceſſu non caruit, eas enim nuptias 5. octob. die ſolemni benedictione perfecit, & concordiſſime ſimul vixerunt ad an. 1663. quo coniux cælum cum terra commutans eum cælibem impoſterum vitam ducturum dereliquit.

Interea non fuit inutile Cadomenſibus ejus contubernium; nam politior illa Academia, quæ viros ex quovis ordine celeberrimos & præſtantiſſimos complectitur, ab ejus adventu ortum duxit, ipſeque inter eos qui de illa formanda conſilium ceperunt, primus à clariſſ. Brioſio in epiſtola ad ampliſſ. Turgotium celebratur; nemo autem in dubium debet revocare, quin illud inſtitutum laudes mereatur immortales; quemadmodum enim benigniora ſydera ſimul congredientia fortius influunt, & ampliora præſtant commoda, quam cum aliquod ſydus ſeorſim agit, & privatas tantum exerit vires: ita doctorum virorum concurſus innumera reipubl. litterariæ beneficia poteſt præſtare; immo dum ſua ſtudia conferunt in unam ſocietatem, æmulatione quadam excitantur, & mutuatis à ſe invicem diteſcentes luminibus abſtruſiſſima quæque penetrare, & tenebricoſiſſima illuſtrare valent; hinc nobiliores Italiæ urbes, & Lutetia ipſa urbium regina Academias habent, & earum ope ad illuſtrandum gloriæ ſuæ decus indiguiſſe arbitrantur: hoc ornamento igitur Cadomus noſtra inſigniri etiam meruit, multumque debet Palmerio Academiæ ex parte auctori.

Quamvis Academiæ Cadomenſis inſtitutio laudabilis eſſet, & omnes Academici in omni doctrinæ & elegantiarum genere excellerent; ex eaque inſtitutione, & horum ſodalitio non exiguus redundet in Palmerium ſplendor, expatiari non libet in deſcribenda illuſtri illa ſocietate; ſat dulciſſimis verſibus & aliis meritis innotuerunt Brioſius, & Hallæus, Segreſiuſque carmina Virgilianorum æmula Gallico idiomate fundens; ſat novit doctior orbis Grandorgæum, Torodeum, Huetium ex doctiſſimis Galliæ noſtræ viris electum, ut regiis Delphini ſtudiis præficeretur, celeberrimum Menagium, & Magnum Bochartum, cæteroſque perenni fama digniſſimos; ſed cum non ſit minor virtus, quæ ſapienter inſtituta ſunt, fortiter

titer tueri, non debeo tacere quod invida otioſorum malignitas in illuſtrem horum virorum ſocietatem auſa fuerit dentes exacuere, & coram humaniſſimo principe Longovillæo famam illius arrodere; ſed propugnator opportune adfuit Palmerius, qui ejus ſtudia & inſtituta enarrans compreſſit ora calumniæ, Academiamque ad bonum litterarum, regni emolumentum, & ornamentum urbis natam eſſe validis argumentis comprobavit. Sic repreſſa malevolentia viſa ſe continuiſſe; ſed quod palam tentaverat fruſtra, clam peragi poſſe ſperavit: principem igitur furtim & inter familiaria colloquia adoritur, nullos adeſſe Academiæ fautores rata; at illuſtriſſima Bevuronia, nunc Arpajonia Duciſſa, quæ præſtantiſſimam in venuſtiſſimo corpore gerens animam, cui graves Palmerii ſermones inhæſerant, fecit, ut abſens etiam de obtrectatoribus referret victoriam: unde unanimi Academiæ decreto præclariſſimæ herois per Palmerium gratiæ actæ ſunt: tunc omnibus applaudentibus ſuos habuit conventus Academia in domo clariſſ. Brioſii meditullium & celebriorem urbis partem exornante; eximiæ enim Brioſii virtutes, candor, ſingularis eruditio, & ſumma humanitas tanto in pretio ſemper extiterunt inter Academicos, ut omnes ei ultro ceſſerint jus eos convocandi, excipiendique, ſi paucæ aliquot vices, quibus hic honos habitus Palmerio, excipiantur: itaque cum incredibili gaudio vidit hanc ſocietatem floreſcere, & benigniſſimo principis præfectorumque urbis favore gaudere; in dies etiam augeſcentem vidit ſub generoſi Montauſerii principi ſuccedentis protectione, & optime conſtitutam illam reliquit moriens; imo etiam aliquot annis poſt illius mortem viguit, ſed Brioſii morte proſtrata videbatur, cum illam erigere dignatus eſt illuſtriſſimus Matignonius, qui nunc etiam illam fovet, & ad curam inferioris Neuſtriæ ipſi à rege commiſſæ, illius conſervationem pertinere arbitratur.

Dum inter doctos ſodales exultat Palmerius P. Puteani morte affligitur, vixque illam defleverat, & J. Puteanum ſolari ſtuduerat, cum ab illo varia monumenta ad honorandam defuncti fratris memoriam accipit, unaque acerbiſſimum fati præmaturi clariſſ. Huillerii nuntium, quo iterato ictu pene concidiſſet, niſi deficientem digna ampliſſimi Belleuræi ad principalem ſenatus Pariſienſis dignitatem electio recreaſſet; ſic utramque fortunam cum iis, quorum benevolentia fruebatur, partitam habebat, & in ſocietatem luctus vel gaudii

aman-

amantiſſime ſe offerebat, ut ex ejus litteris & reſponſionibus colligitur.

Interea atroci corripitur morbo, ſæviſque cruciatur doloribus, quos tamen patientia ſuperavit, & à piis meditationibus nunquam abſtinuit, ſed pro inutili gemitu orationes fundebat, quas interdum verſibus etiam exprimebat; immo ſepoſitis propriis doloribus amicorum calamitati dumtaxat indoluit, ut in acerbiſſimo generoſi Rucquevillæi, & præſtantiſſimæ Luzernææ caſu patuit: hos ipſas charites finxiſſe, poliviſſe, & leporibus, elegantiis, virtutibuſque omnibus ornaſſe dixiſſent, quicunque charitibus ipſis præſtare, virtutumque omnium abſolutum compendium eſſe dominam Luzernæam, ipſorum matrem ignorare potuiſſent: frater, ut nativum decus augeret, exteras nationes, & regum aulas frequentaverat, tunc vero magna generoſæ indolis inter acerrimos Ipræ oppugnatores dabat ſpecimina; ſoror autem flos virginum, & provinciæ noſtræ ornamentum eximia forma & ſuaviſſimi ingenii leporibus omnes rapiebat in admirationem; immite dumtaxat fatum non flexit par illud nobiliſſimum, ſed fratrem ſororis animæ dimidium inter hoſtium ſtrages exultantem inſidioſe percuſſit, eodemque ictu illam dolore confecit, & utroſque cælum excepit: ſic olim apud Callimachum Baſilo Menalippum fratrem in ipſo rogo voluit comitari, ſed atroci manus & ferri opera indiguit ejus amor, qui piiſſimæ Luzernææ ſolus ſuffecit. Tanta damna Palmerius cum omnibus bonis ſenſit, & deflevit, ſed amicitia innumeris officiis cum utriſque exercita ingentem luctum ipſi peperit, quem elegantiſſimis verſibus Gallicis & Italicis lenire, unaque perenne charitati fraternæ monumentum erigere conatus eſt. Hæc & ſimilia officia æſtum morbi, quo angebatur, temperabant, ſuarum etiam obſervationum communicatione delectabatur, & cujuſcunque pretii eſſent nunquam eas amicorum fidei committere dubitavit; teſtis nobiliſſimus Bigotius, ad quem an. 1659. miſit, quas fecerat in Polybium animadverſiones, ut Boeclerum Argentinæ novam Polybii editionem adornantem earum faceret participem: teſtis celeberrim. Menagius, cui paulo poſt ſuas in Laërtium obſervationes dedit, quarum etiam in doctiſſ. commentariis aliquoties meminit, ſæpiuſque feciſſet, niſi, quod doctis ſolet accidere, in eamdem multoties ſententiam conveniſſent: teſtis etiam clariſſ. Ezechiel Spanhemius veteri amicitia mihi conjun-

***** ctiſſimus,

ctiſſimus, cui illuſtrationem Lucani meditanti ampliſſimam diſſertationem, in qua difficiliores hujus poëtæ loci explanantur, benigne conceſſit; eademque humanitate erga plures alios uſus eſt.

Interea morbus vires acquiſivit eundo, & quaſi patientia irritaretur, vehementius urget, non amplius curru vehi, vel equo inſidere, vel incedere pedibus valet æger; vix ac ne vix quidem patitur lectum, ægerrimeque urinam guttatim emittit; quamobrem non levis de calculo oritur ſuſpicio; itaque initio anni 1659. Pariſiis cuoratur Colo celeberr. λιθότομος, qui morbo & affectis partibus exploratis ſectionem certis indiciis eſſe neceſſariam judicavit: ad eam igitur neceſſaria parat, dum Palmerius de eventu incertus ſuis rebus conſulit, condit teſtamentum, animam Deo commendat, continuoſque cum amicis ſerit ſermones de ſpe ſua, & futura quam anhelabat beatitudine; nunquam viſus animus excelſior, & terrena omnia magis deſpiciens. Solemus eos, qui viribus integris & mente ſana inter cruciatus & tormenta ad extremum uſque ſpiritum conſtantes perſeverant, magnificere; at violenta tormenta citiſſime enecant, tenuis auræ inſtar enſis jugulum petit, & † *ferri frigore primo* extinguit vitam; ignes & laquei illico ſuffocant, ſufficitque ad vincendum expectaſſe pauliſper: longe igitur majori admiratione digna illa conſtantia, quæ ſuperatis per plures annos continuis cruciatibus, ad atrociorem ultro ſe parat, ut illius opera tranquillitatem cum majori Dei gloria, & proximi commodo valeat adipiſci. Novaculas, forcipes, forcipulas, ſcalpra, dilatatoria, ungulas, & innumera alia excarnificandis hominibus apta Palmerius placide videt expediri, nec magis commovetur, quam ſi ad ignoti cadaveris diſſectionem pararentur, ſola vincula ferre noluit, iis multo fortius eſſe animi ſui propoſitum aſſerens; ſic Cajus ille Marius, quem *plane virum* vocat Cicero, Plutarchuſque magnopere celebrat, eo quod primus omnium ſolutus fuerit ſectus; at Mario varices tantum ſecabantur, neque omnes ſecari paſſus eſt; Palmerius vero ad intima uſque viſcera ferrum admiſit, diſcerptiſque exquiſitioris ſenſus membranis per ſanguinis latices violentæ ingentium calculorum extractioni viam dedit: calculos dico, non enim unicus fuit, aut duo, treſve, ſed novem, quorum minor nucem juglandem ſuperabat: ſpectatores ſane obſtupuerunt ad rigidam ſenis ſeptuagenarii patientiam, diutiuſque

† *Stat. Theb.* 11.

nequibant ferre lithotomum, dum unumquemque extraheret calculum, & inſtrumenti tactu alium deprehenderet, dicentem octies ſuper eſſe adhuc; ipſe contra, quaſi callum obduxiſſet dolori, vel obmuteſcebat, vel accuratiſſimam diſquiſitionem mandans, Deum, ut ad ejus gloriam curatio cederet, precabatur. Notis reſpondit eventus, feliciter curatus eſt, & quemadmodum poſt duros labores, eſt quies gratiſſima, poſt ingentes dolores, ſanitatis commoda recuperavit; ſed pauliſper dumtaxat ejus animum recreavit illa tranquillitas, vixque ſuffecit, ut ad novum certamen ipſe alacrior redderetur; idem enim morbus redintegratis viribus convaleſcentem iterum invaſit, & vehementius, quam antea concuſſit, quaſi ſemel vidiſſe Palmerium difficillima patientiæ exempla præbentem, non ſuffeciſſet: intra igitur anni ſpatium calculus quater, vel quinquies prioribus major coaluit, ſectioque repetenda, & vi maxima, ut exitui ſufficeret dilatanda fuit; ſed quo ſæviores fuere dolores, eo clarior ejus virtus evaſit, & nobilius, ſub quo pertinax ille morbus cum fractis viribus proſtratus cernebatur, ſibi erexit monumentum.

Simulatque reſpirare potuit gratias liberatori Deo egit maximas, & ejus cultui reliquam vitam pie mancipavit, ſucciſivas horas amicitiæ & honeſto ſtudio concedens; quare nænias funebres in obitum L. Seltzii maximæ ſpei adoleſcentis, & ex illuſtriſſima Germaniæ proſapia oriundi Græcis, Latinis, Gallicis, Hiſpanicis, & Italicis verſibus tunc cecinit; cecinit etiam *humi naſcentia fraga*, & eorum Metamorphoſim, idylio Italico *la fragola* inſcripto omnes politiſſimas Tuſciæ ſuavitates redolente ingenioſiſſime deſcripſit; unde quamvis menſe Martio maturverit hæc *fragola* (quo fraga non inveniuntur, niſi cura incredibili, ut illa quæ Ludovico 13. ſingula ſingulis aureis nummis conſtaſſe dicuntur) eruditiſſimis tamen clariſſ. Totii Ferrarii ſenatoris Rothomagenſis, Conrarti, & Capellani palatiis jucundiſſime ſapiebat, ut ex eorum verbis, aut ad auctorem epiſtolis didici.

Ex ejus manibus evolabat hoc opuſculum, cum lætus attulit nuncius diu optatam regii Delphini nativitatem; exultavit ſenex patriæ amantiſſimus, & abſtruſos in frigidis venis igniculos ſuſcitans dialogum Græcum ducentorum verſuum compoſuit adeo celeriter, ut duodecimo ab illuſtribus illis natalibus die lucem videre potuerit; in eo nihilominus ingenioſa inventio, apta diſpoſitio, Atticus lepos,

 & omni-

& omnigena ornamenta cernuntur; nolim tamen diſſimulare audaculam viris quibuſdam magnis hanc fictionem viſam fuiſſe, qua piſces mutos fingit loquutos; ſed pace illorum dixerim, eam ſapientis ſenis modeſtiæ convenientiſſimam fuiſſe, quippe qui ſuaves luſciniæ modulationes, vel excellentes olorum cantus noluerit ſpondere, ſed ſuum ſenium verſibus repugnans cum piſcium ſilentio maluerit comparare, ut vim, quam propenſiſſimo in patriam amore inferebat ætati, melius exprimeret: hac præterea expreſſione præſtantiſſima divinæ Muſæ intelligentia, quam ne ipſum quidem ſilentium fugit, cuique piſces cæteris muti diſerte loquuntur; vel potius ejuſdem Muſæ potentia maxima, quæ valet elingues reddere diſertos, ſignificatur, unde † Horatius ſic Melpomenem alloquitur.

† *Carm. l. 4. od. 3.*

O mutis quoque piſcibus
Donatura Cygni ſi libeat vocem.

Nec audaciora exempla deſunt, habemus enim *προσηγόρους δρύας loquaces quercus* apud Æſchylum, & apud Ovidium Metam. l. 13.

Vocalemque ſua terram Dodonida quercu.

Et † *dodonam loqui frondibus* dixit Symmachus: immo navis Argo ex his conſtructa lignis alloquitur ſæpius Argonautas apud * Apollodorum: ſed ne aliqua divinitatis ſuſpicio hæc exempla minus idonea efficiat apud Virgilium.

† *L. 4. Ep. 33.* * *l. 1.*

† - - - - *gemitus lachrymabilis imo*
Auditur tumulo.

† *Æ. l. 3.*

† *Calamique loquaces*, ſecundum Petronium, vel ſecundum Ovidium creber arundinibus tremulis lucus aſininas Midæ aures prodiderunt: quin ipſe S. Spiritus Jud. 9. varia arborum genera introducit loquentia, neque ullus recentiorum poëtarum ab hoc more abhorruit teſtibus Gallis, Hiſpanis, & Italis, Luſitaniſque, quorum unus ſpiritum propheticum non dubitavit concedere promontorio bonæ ſpei, ut Vaſconi de Gama futuras calamitates prædiceret, quæ temerarios ſuorum auſus manebant. Præterea apud Æſopum habemus ipſum Delphinum colloquentem; & apud Lucianum extat etiam dialogus Delphini & Neptuni: nec mirum ſi loqui dicantur, qui ſignis ſuos affectus norunt intelligenter exprimere: nam *Capto à rege Cariæ*,

† *Satyr. Metam. 11.*

alliga-

alligatoque in portu Delphino, ingens reliquorum convenit multitudo, mæſtitia quadam, quæ poſſet intelligi, miſerationem petens, donec dimitti eum rex juſſit; inquit † Plinius. Neque ſigna dumtaxat piſcibus ſunt concedenda, habent enim quaſdam voces eorum nonnulli, ut pæciliæ, de quibus Pauſanias in Arcad. & illi de quibus * Athenæus, piſciſque Hajul Sinis dictus, quem Martinus Martinii in deſcriptione Sinæ infantium clamores imitari teſtatur; Delphinis imprimis, qui præ aliis piſcibus reſpirandi facultate pollent, teſtibus Theophraſto † & Ariſtotele, voces non inepte conceduntur, maxime cum habeant linguam latam, ac mobilem, ut locis citatis Plinius, & Ariſtoteles docent; imo eos vocales eſſe expreſſe affirmant: ſed licet alias nunquam fuiſſent, cum extraordinarii eventus etiam mutis uſum vocis aliquando conceſſerint, quis jure eum denegaret Delphinis, naſcenti auguſtiſſimo Delphino, cujus gloriam totus terrârum orbis celebrare tenetur.

† *L.9. c.8.* * *Dipnoſ. l.8. c.1. & 2.* † *De piſcib. de reſpir. c.12.*

Hæç opuſcula, & ſuas in triginta auctores Græcos exercitationes in eum ordinem, quo editæ ſunt à Gaasbekiis Leidæ an. 1668. cura doctiſſimi Gronovii redegit, inter graves & acutos morbi ſui dolores, quod miratus Brioſius hos verſus fudit:

Quas fers victrices palmas umbonis in orbe,
Palmeri, celſa quam bene mente refers!
Nititur adverſum preſſantis pondera molis,
Et dum cervatur palma, reſurgit ovans.
Niteris adverſum preſſantis pondera morbi,
Et dum decumbis, nobile ſurgit opus.

Dum prœla deſudabant inexpectatum Palmerió munus à rege demandatum eſt; crebris auguſtiſſimi Regis aures perſonabant querimoniis eorum qui proteſtantes diçuntur, quod leges in illorum gratiam latæ violarentur, & templa olim ipſis conceſſa auferrentur; adverſantes contra Eccleſiaſtici variarum uſurpationum illos accuſabant, utque cauſæ cognitio differretur, obtinuerunt, ut per ſingulas provincias duo præfecti ex utraque parte conſtituerentur, qui in legum infractores inquirerent, ex his unus fuit Palmerius, & regio diplomate 29. novemb. an. 1664, Pariſiis dato; huic muneri cum integerrimo Gajo in Neuſtria inferiori intendente præfectus eſt, conjunctiſſimeque & unanimiter illud geſſerunt, neque, quas miſerias levare non valuere, auxerunt.

 Un-

Undique blandientis famæ aura afflabatur Palmerius, quique ejus criticas obſervationes tunc legebant, perſpicacitatem, variam eruditionem, diligentiam, & ſubactum judicium magnis efferebant laudibus; nihil tamen ei jucundius, quam ſingulare obſequium hujus operis dedicatione teſtatum feciſſe erga illuſtriſſimum ducem Montauſerium, cujus merita in ſe agnoſcebat ingentia: revera magnus ille heros ſumma eum benevolentia ſemper proſequutus eſt; ſuis ſæpe beabat litteris, & ab eo acceptas libenter excipiebat, nec à ſe quemquam Cadomum verſus ſolebat dimittere, cui non mandaret ſuo nomine Palmerium honorifice compellare, quin eo ipſo die, quo hanc vitam cum meliori mutavit, dumque extremos ageret ſpiritus dulci hoc ſolatio perfuſus eſt, audivitque nunciatam ab ipſo ſalutem, & ejus memoriam ei caram eſſe, cui præ omnibus probari exoptabat: etiam poſt fata dux generoſiſſimus amavit Palmerium, ejuſque conſtantiam celebravit, & ejus affinibus ob ipſum omnem ultro pollicitus eſt favorem, atque, quod imprimis commemorandum, lucubrationum ejus curam habuit, humaniſſimiſque litteris ad me datis, ut cum publico eas communicarem, primus auctor extitit, jure tamen ac merito, illius enim hortatu *Græciæ* ſuæ incubuerat: illum quidem Chriſtina olim ingenti patris decore, ſuoque fulgens ad hoc opus ſuſcipiendum impulerat, & amici omnes urgere non deſtiterant, ſed ſola omnes præſecabat moras Montauſerii auctoritas, & ad optatum finem jam jam perductura videbatur, cum in funeſtum Auguſto menſe an. 1669. ineunte, incidit morbum. Non ſtatim deſpondit animum ſenex generoſus, immo adorientis hoſtis impetus fortiter nititur frangere, & fregiſſe putabamus; ſed Februario menſe anni ſequentis morbus recruduit, lentiſque febris continuæ ignibus auctus ægrotum jam ſenio confectum validius oppugnavit; nunquam acutiores ictus ulla excepit patientia, nunquam atrocioribus tormentis virtus cruciata eſt; modo pungentibus iſchiadis aculeis torquebatur; modo debilitati renes, & continuo accubitu aduſti ab officio ceſſantes ipſum acriter vexabant; modo longis agitabatur inſomniis; ſæpius omnes illi angores, quaſi agmine facto, ſimul ſævientes in ipſum irruebant; denique nihil ſani in ipſo remanſit præter mentem, quæ inſuperabilis ducis arcem propugnaculis propugnantis inſtar ubique aderat, & hoſtiles impetus fortiter propulſabat. Sed in tanto diſcrimine, quemadmodum vix ingruentia

gruentia

gruentia undique tela poſſunt omnia declinari, dumque unum protegitur latus, ictibus adverſis alterum patet, ſic Palmerio accidit, etenim dum contra validos dolorum impetus ſuam tuetur conſtantiam, nullis ea ictibus læſa eſt; at non valuit ad extremum uſque momentum ratiocinandi facultatem ab omni læſione omnino liberam vindicare, nubeculis enim quibuſdam ex infima corporis regione paulatim deficiente ſubortis petita delirium nonnunquam paſſa eſt; ſed quod ſatis mirari non poteſt, hoc ipſum delirium in partem ejus laudum venit, cum nunquam contigerit in re ſeria, & alicujus momenti; verum ſi rumores referrentur, eos aliquando cum aliqua veteri hiſtoria confundebat, & ad luſum compoſuiſſe, cum referebat, videbatur; ſi de rebus domeſticis, & familiæ ſtatu ageretur, à propoſito divertens expatiabatur, nec ſemper appoſite reſpondebat, verum cum de Deo, de beatorum vita, & de prævia fide, ſpe, charitate cæteriſque virtutibus ſanctitatem, ſive qua Deum nemo videbit, componentibus, illi ſermo habebatur, attentum præbebat animum, convenientia dabat reſponſa, variaque S. Scripturæ oracula recitabat, quibus ſuam ſuſtentari fiduciam teſtabatur, idque tanto cum judicio, ut omnibus abunde conſtaret, tam altas in eum radices egiſſe pietatem, & in mores ejus ita transfuſam, ut nulla vi morbi poſſet divelli, nec revera mentem ejus errare, ſed prudenter res neceſſarias, pias, atque divinas, à fluxis, vanis, & terreſtribus diſcriminari, in hiſque feriari, ut illis tenacius adhæreret, & beatitudinem bonis permanentibus conſtantem animo libero perciperet: ſane totus erat in illius beatitudinis meditatione, ejuſque præviis deliciis ſæpius jam perfundi viſus eſt, unde & ad exitum properabat, & quaſi reliquum vitæ curriculum metiretur oculis, penultimam cum ipſo nos peragere noctem noluit, ſed poſtridie ſe adhuc victurum pollicitus juſſit ab ejus lecto recedere: eo autem die exoriente, vidimus ejus vires ſenſim fatiſcere, extenuatamque crebreſſere reſpirationem; languentes tamen ad cælum ſuſtollere oculos, ipſas componere ad orationem manus, & orationes etiam fundere non deſinebat; orationem dominicam è corde erumpentem in ore ſemper habebat, illamque ultimo pronunciavit certus præ cæteris placere patri, qui vocem filii, & ejus erga homines ſtudium, in ea perſpicit; ut vero pateret quanta cum libertate in extremo illo vitæ termino oraret, cum ad *panem cotidianum* pervenit, in locum horum verborum, quæ ſolita

vitæ

vitæ ſubſidia, quorum non amplius indigebat, videntur ſignificare, ſubſtituit *liberationem neceſſariam*, quam illico aſſequutus eſt, vix enim *Amen* exprimere potuit, & aſſenſum, quem noſtris deinceps præbuit precibus ſolo nutu ſignificavit: tandem diriguiſſe ſubito viſus eſt, dum animam corporea vincula effugientem Deo commendarem, & ardentibus votis precarer, ut illam propter Jeſum Chriſtum in manus ſuas ſuſcipere dignaretur; at pius ſenex reſiduas coram affinibus & tota familia vires colligens tremulis manibus meam manum ad os ſuum detulit, hac ratione gratias agens pro votis, & ſimul deſignans feliciter eſſe completa, penituſque illico expiravit: ſic hora decima veſpertina calend. Octob. an. 1670. poſtquam ſeria pœnitentia peccatorum abſolutionem à Deo impetraſſet, & omnibus qui ipſum offendiſſent benigne largitus fuiſſet, mori deſiit Jacobus Palmerius Grentemeſnillæus, beatamque cum Deo vitam in cælis auſpicatus eſt octuageſimo tertio ætatis ſuæ anno.

Hanc vitæ fideliter, & honeſte peractæ, & votorum ſuorum metam adeptus Palmerius nihil amiſit, niſi labores, & ærumnas, vivit, vivetque in grata amicorum memoria, & in ſuis operibus, quorum celebritati nulla finem allatura eſt ætas; amici vero illuſtria ejus virtutum exempla conſervantes nihil amiſerunt præter conſpectum & præſentiam, cujus ut ſuppleamus defectum hic illius effigiem delineare, & characterem deſcribere tentabimus.

Palmerius procerum habuit corpus, cujus ſingulæ partes apta proportione & juſta compagine ſibi invicem perfecte reſpondebant, caput decora ornabat cæſaries, quæ in extremitate ſua criſpabatur, & cinerea erat, antequam canicie illam infeciſſet ſenium; frontis altæ decus ſub ipſa prominebat, & ſinceræ mentis gravitatem explicabat; oculi cærulæi erant, & vivaci comitate placebant; naſus patentibus reſpirationis meatibus in imo protuberans, & in acumen deſinens ardorem animi, perſpicacitatemque indicabat; genæ macilentæ, & decolores ut laborioſis contingunt; os vero rotundum, & modice diductum, cum majeſtate quadam generoſa animi arcana convenienter proferebat, & quæ tacenda erant noverat ſupprimere; in toto denique corpore nullus erat nævus, omnia decebant membra, ſuiſque apte, & agiliter fungebantur muneribus ante repetitam ſectionem, ea enim dextri cruris nervi contracti claudicationem induxerunt, & aliquandiu uſum fulcri ſubalaris ipſi reddiderunt neceſſarium, unde

hec

hoc Brioſii votum Proxeniis:

Qui petat, alter erit; tibi dii dent munera mille,
Nos petimus, tollant dii tibi fulcra duo.

Præſtans hoc domicilium longe præſtantior hoſpes incolebat, anima ſcilicet, cujus vis ingens, & dotes eximiæ; menti innata lux tanta erat, ut obſcura quæque luſtrando illuſtraret, & tanta capacitas, ut ſublimiores diſciplinas, & diverſiſſimas facile comprehenderet, nullaque erat, ad quam natum verſatile ejus ingenium non videretur; acri inſuper pollebat judicio, quod fruſtratis errorum decipulis ad verum recta tendebat, nec tamen officiebat memoriæ felicitati, & conſtantiæ; ei enim veluti nitidiſſimæ cryſtallo, quæcunque legerat, viderat, aut audiverat, videbantur impreſſa, adeo clare & diſtincte illa promebat ejus oratio: ad mores quod attinet laudatiſſimi erant, ne videri juſtus, ſed eſſe ſemper ſtuduit, in omnibus, & erga omnes; ab omni diſſimulatione, & mendacio imprimis abhorrebat, & candori, integritatique totus erat deditus: neque ſatis ipſi erat bene agere, ſed aliorum vitia inſuper inſectabatur, tantamque virtutis ſuæ fama auctoritatem ſibi pepererat, ut ſive monenti, ſive arguenti pauci refragarentur, quia ipſe cedere neſciebat niſi rationi, quæ non ſolebat ab ejus partibus abeſſe, quæque pietate comitata totam illius vitam adeo prudenter moderata eſt, ut immortalitatis iter conſtanter tenuerit, eamque feliciter decedens in domino, etiam ipſa morte fuerit conſequutus.

IN OBITUM

NOBILISSIMI PALMERII GRENTOMENILLÆI,

ODE.

Guttis tumeſcens Olena grandibus,
Doctique montis flebilior Chorus
Turbatur, & lauros virentes,
Et patrias lacerat coronas.
Quæ dira ſacras ſic quatit inſolens
Muſas? inurunt ſcilicet improbam
Parcæ cicatricem, gravique
PALMERIUM rapuêre morbo.
Eheu! tenentem PALMERIUM pari
Enſemque fulgentem, & calamum manu
Armata nam Pallas, ſimulque
Pallas utrumque dedit Togata.
O quam decoro pulvere ſquallidus
Armis vacabat, ſeu nova prælia
Tentaret ad Rheni bicornis
Littus, & in tumidas Iberûm
Iret catervas; ſeu peteret feros
Hoſtes, minaci dum ruit impete
Vocata magnis in periclis
Nobilium generoſa pubes.
Adverſa fudit corpora fortior,
Adverſa pulcro pectore vulnera
Excepit armatus, nec illum
Et ſenio gravis & labore
Tardavit ætas, quin juvenem ſenex
Cæco inſolentem robore frangeret,

Utque

Utque alter Entellus Daretis
Fata pugil renovaret audax.
Sed & cohortis cuncta Heliconiæ
Secreta, doctæ mentis acumine
Pervaſit, & quicquid diſerta
Romulidûm ſtupuit propago;
Quicquid profundo quondam habuit ſinu
Tellus Achiuûm, ſparſaque rudera,
Priſcaſque ſcrutans civitates,
Eximias tulit inde gemmas.
Et Parca tantum falce metat virum!
Longis nec illum parta laboribus
Doctrina ſervet, nec probata
Ah! toties animoſa virtus.
Injurioſis ſed furat hæc licet
Succincta telis: PALMERIUS tamen
Florebit, irridenſque temnet
Immemoris vada cara Lethes.
Huic nempe laudis perpetuum decus,
Famamque manſuram alta ſcientia
Donabit, & cedro linenda
Ingenii monumenta magni.
Hæc ô capaci pectore qui capis
Totas Athenas, & latium vetus
Morine, doctorum per ora
Alitibus facis ire fauſtis.
Qualis parentem ſuſcitat inclytus
Phœnix odoris ignibus; ignea
Sic mente, cognato redonas
Palmerio meliora fata.

G. PYRON, *Eloquentiæ Doctor*
Conſiliarius & Profeſſor regius
Celeberrimæ Acad. Cadomenſis.

IN

PALMERII GRENTMENILLÆI

Longos ſummoſque cruciatus,

EPIGRAMMA.

Vis tibi ſpectaclum detur, quod poſſit ab altâ
Mirantem arce Poli, detinuiſſe Jovem;
Vis detur Sapiens immotâ mente dolori
Qui luctatus ovat; reſpice Palmerium.

EJUSDEM

AD DEUM ORATIO.

Vel finem, Deus alme, malis; vel tot mala contra
Conſtantem uſque animum, da mihi, ſumme Deus.

In te Domine ſperavi, non confundar in æternum.
Psal. 30. verſ. 1.

IN

EJVSDEM PRÆSTANTISSIMI VIRI OBITUM.

Impavidum Fati pectus, Vir moribus aureis,
Phœbi & Martis amor, mente manuque potens.
Proh dolor! Ille novus rigidi Cato cultor Honeſti,
*Sed cui cauſa Deo quæ placet, una placet; **
Et partes qui, Chriſte, tuas eſt uſque ſequutus
Palmerius, novus heu! concidit ecce Cato.

* Victrix cauſa Diis placuit, ſed victa Catoni.
Lucan. Phars. lib. 1.

POUR

POUR LE MESME

MONSIEVR PAVMIER.

DE GRENTMESNIL

EPIGRAMMA.

TEL contre les douleurs Vainqueur a combatu,
Qui n'a pû de la Mort ſoûtenir la preſence.
Tel a pû voir la Mort d'un œil plein d'aſſeurance,
De qui ſous les douleurs l'eſprit fut abbatu.
Mais au point de la Mort, au fort de la ſouffrance
Avoir égallement beny la Providence,
Avoir toûjours fait ferme, & s'eſtre toûjours tû; *
C'eſt juſques ou PAUMIER a porté la conſtance,
C'eſt juſqu'ou peut aller la plus haute vertu.

* *Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu feciſti.*

Je me ſuis teu, & je n'ay point ouvert ma bouche, car c'eſt toy qui l'as fait. PSEAUM. 38. verſ. 10.

POUR

MONSIEUR DE GRENTEMESNIL

Eſtant au liƈt de mort.

Mortels, qui ſoupires apres de vains ſpeƈtacles,
Dont les charmes trompeurs empoiſonnent vos ſens
Chreſtiens, qui conſacres vos vers & voſtre encens
A tant de faus heros, a tant de faus miracles.
Voyés Grentemeſnil triomfant des obſtacles,
Que font a ſon eſprit les maus les plus preſſants
Vencs toutes aujourdhuy de ſes derniers accens
Receullir avec moy les precieus oracles.
De ce nouveau Caton, dans ſon liƈt abbatu,
Venez voir eſclatter l'intrepide vertu,
Qui d'un cham de douleur, ſe fait un cham de gloire:
Dans le fort de ſa peine il voit les Cieus ouverts,
Il gouſte avec tranſport, la vie & la viƈtoire
D'une ame qui s'envole, & qui briſe ſes fers.

M. de Carbonel Conſeillier ſecretaire du Roy.

SOPRE LA MUERTE DEL

SENIOR DE GRENTEMESNIL

Cavallero famoſo en letras,

Y ARMAS. PROSOPOPEA.

Eſcrivi, los dottores me admiraron,
Peler, los bravos me enbidiaron,
A todos con morir y a ſatisfize,
O Muerte quiero quexarme,
Ben pudieras perdonarme,
Por los milagros que hize.

J. V. regis in ſacro Conſiſtorio Conſil.

IN OBITUM NOBILISSIMI

VIRI

JACOBI PALMERII

GRENTEMESNILLÆI,

Ejuſque Opera poſthuma à Clariſſ. Viro

STEPHANO MORINO

Illius affini edita.

Ergone ſupremis potuit ſuccumbere fatis
Martis amor, phœbique decus, virtutibus ingens
Palmerius, Pyliam meruit, qui ducere vitam!
Phœbe parens vatum, voſque o ſacra numina Pindi,
Tuque Gradive pater, totum qui ſæva per orbem
Bella geris, lethumque manu, num jure poteſtis
Tantum ferre nefas? Tantas evadere clades
Quid juvit, trucis & funeſta pericula belli,
Si poſt Lethiferos tot caſus, occubat atris
Veſter honos umbris Erebi, o Crudelia fata?
Cum tot tamque graves generoſo pectore morbos,
Tot pari dextra validos proſtraverit hoſtes,
Ardens cum juvenis, belliqueincenſus amore,
In quaſcunque plagas Borbonia caſtra ſequutus

Seu

Seu Rhenum quaterent armis, Scaldimque, Padumque,
Nec non Auſtriacas ditiones regis Iberi.
Cæde cruentatas, media inter millia fecit
Eſſe vias, acreſque viros detruſit ad Orcum.
At ſeries, ut longa nimis narrare vetabit;
Invicti ſat erit nobis certamen acerbum
Hic memorare viri, pateat quo vivida virtus,
Et vani diſcant juvenes, quod Cana ſenectus
Nec vires animi, nec fortia pectora frangit.
Nam cum miles atrox fretus juvenilibus annis
Povocat annoſum nudo decernere ferro
Palmerium, ille animi fidens, veteriſque decoris
Conſcius armato juveni concurrere gaudet;
Nec mora, dum ſeſe invadunt, ſtricto enſe ſuperbum
Atque reluctantem vi multa dejicit hoſtem
Aſſilienſque ſuper, ſpoliatque, & parcit inermi.
Nec minor adverſus morbos Conſtantia mentis,
Viſque fuit, ſeptem denos provectus ad annos,
Sæpius horrendis renum cruciatibus actus,
Bis ferro laterum diverſo tempore partes
Mente tulit placida, quamvis immane reſectas
Cumque cruenta darent acres tormenta lapilli,
Eſt toties paſſus ſævæ diſcrimina mortis,
Attamen immenſi nequeunt ſuperare dolores
Conſtantes animos, & pectora neſcia vinci.
Aſt divina putri quantum mens corpore præſtat,
Tantum Palmerius ſua belli ingentia facta

Corporis

Corporis & vires, Muſarum vicit honore,
Vitaque virtutum radiis ornata refulſit,
Dotibus & ſummis illum natura beavit;
Nam fuit aſpectu, & præſtanti corpore gratus,
Moribus & comis mentes dulcedine mulſit.
Magna illi probitas, magna & prudentia rerum
Cana fides, gravitas & magno digna Catone;
Officiis caros ultro devinxit amicos;
Externis gratus, gratus ſic omnibus unus,
Vt ſtudio recolant omnes, revocentque ſepulchro,
Corde oculiſque ferant, & totus vivat in illis:
Cætera quid referam perfectæ munera mentis,
Omnigenas etenim divinæ Palladis artes
Impiger excoluit, Graii Latiique leporis,
Hiſtoriæque ſciens fuit omnis, tamque fideli
Mente vetuſtates, & ſæcula priſca tenebat,
Vt cuncta ante oculos præſentia prodere poſſet:
Attamen antiquis Graiorum incumbere chartis
Maxima cura fuit, genteſque, urbeſque, locoſque,
Ac res haud aliis notas telluris Achivæ
Ordine. tam claro, & facili ſermone recluſit;
Vt Græcos longe ſuperet vetereſque, novoſque;
Sic vigiles curæ, ſic docta volumina pandunt,
Quæ tua, te vivo, ſtudioſa modeſtia ſacris,
Magne ſenex, laribus texit, nec inanis amatrix
Auræ, præcipuis tantum commiſit amicis,
Quæque tuæ laudis memor immortalia reddit
* * * * * * *

Officioſa

Officioſa tui dilecti cura nepotis
Cum gravis eloquio, doctrinaque, & moribus aureis
Inſignis, prælo dat conſignanda Morinus.
Sic pars eſt pratioſa tui, ſic fama ſuperſtes,
Nec ſtygiis unquam tua ſubmergetur in undis
Gloria, nec tumulus tantos abſcondet honores;
Sed vives, ſurgeſque tuo de funere major;
Laus que tua æternum toto celebrabitur orbe,
Vtque tuos poſſim venerari munere manes,
Et memorem officii me poſtera ſentiat ætas,
Hos tibi verſiculos veri monimenta doloris
Pignus amicitiæ devota mente repono.

LUCÆ DU CHEMIN D.
De la Haulle prætoris Sanlaudenſis.

INDEX

INDEX
AUCTORUM EMENDATORUM,
ET
ILLUSTRATORUM.

A.

Acropolita vid. Georgius.
Ælianus. 112. *emend.* 161.
Æſchylus. explic. 619. *accuſatus parachroniſmi.* 48.
Agathias. 202.
Alexias. 186.
Anna Comnena. emend. 175. 176.
Anonymi deſcriptio orbis. 297.
Anthologia. emend. 194.
Antigonus. emend. 533.
Antiochenus. 127.
Antonini Auguſti itinerarium. emend. 163.
Apollodorus. 41.
Apollonius. illuſtratus. 95. 350.
Appianus. 75.
Ariſtides. 19.
Ariſtoteles. illuſtratus. 9.
Arrianus. 40.
Athenaus. emend. 70.
Auctor vet. orbis deſcriptionis. emend. 126.
Auctor breviorum ſcholiorum. emend. 284. 286.
Auctor marmoris Arundeliani. 631.

B.

Barletius. 93.
Bertius reprehenſus. 107. 128. 132.
Bochartus. 36.
Brietius vid. Philippus.
Buondelmontius.

C.

Cæſar. emend. 96. 239.
Cantacuzenus. emend. 204.
Caſtaldus ejus error. 136.
Catalogus de cognominibus urbium & locorum emend. 85.
Cedrenus. 37.
Cicero. emend. 245. 246. 390.
Codinus. 200.
Conſtantinus Porphyr. emend. 124. 173. 194.
Corpus juris. 82.

D.

Daniel proph. 36.
Demoſthenes. 652.
Dio Caſſius. emend. 146 237.
Dicaarchus. expl. 509. *emend.* 543. 610.
Diodorus. illuſtratus. 50. 51. 487. *emend.* 342.
Dion. Halicarn. explic. 309.
Dionyſius Periegetes. 16.
Dominicus Niger. emend. 146.

E.

Ennius. emend. 298.
Epigrammatum collectio. 17.
Etymologici auctor. emend. 522.
Euagrius. 127.
Euripides. illuſt. 474.
Euſtathius. caſtig. 515. 517. *emend.* 284. 325. 357.
Euſebius. 118

F.

Favorinus. 10.
Florus. caſtig. 237. *emend.* 144.

G.

Georgius Acropolita. emend. 203.
Georgius Logotheta. 83.
Georgius Syncellus, vid. Sync.
Guicciardinus. ejus error. 522.

H.

Harpocration. 652.
Herodotus. emend. 651.
Heſychius. emend. 435. 439. 670. 530.
Heſiodus emend. 68.
Hieremias. 37.
Homerus. illuſtr. 357. 510.
Horatius. 97.
Hyginus. caſtig. 326. *emend.* 407. 444.

I.

Joannes Criſpus. 157.
Jornandes. emend. 145.
Iſidorus. 86.
Juſtinus. emend. 39. 40. *repreh.* 627.

L.

Laonicus Chalcocondylas. 81. *emend.* 81. 593.
Lazius. 147.
Libanius Sophiſta. emend. 591
Livius. explic. 648. *reprehenſus.* 386. *emend.* 111. 182. 218. 306. 438 345. 566.
Logotheta vid. Georgius.
Lucanus. emend. 116 178. 179.
Lycophron. 3.

M.

Maccabai. 37.
Magius Patavinus, reprehenſus. 85.
Malchus rhetor. 82.
Martianus Capella. 18.
Mela. emend. 490. *error.* 154.
Mercator ejus error. 153.408.580.662.

N.

Nicetas. emend. 179.
Nicephorus. 127.
Nicephori Calliſtus & Gregoras. 198. *&c.*
Niger. vid. Dominicus.

O.

Ordericus. 258.
Oroſius. 24.
Ortelius ejus error. 158. 231.
Ovidius. 97.

P.

Pachymerius. 220.
Pancirollus reprehenſus. 80. 82. 84.
Pauſanias. emend. 644. 647. 676 641. 595. 497. 33. 34. 144. 390. 490. 496. *explic.* 260. 644. *ejus hiatus.* 644.
Peutingeriana tabula. emend. 132.
Philippus Brietius. ejus error. 156.
Philoſtratus. 19.
Photius emend. 142.
Pindarus. 23.
Pinetus. 158.
Plinius. 22. *emend.* 568. 677. 100. 277. 353. 390. 480. *explic.* 244.
Plutarchus. emend. 134. 143. 144. 264. 345.
Polybius emend. 386. 400. 438. 456. 539. *ejus fragm.* 393.
Polyænus. emend. 600.
Procopius. 120.
Propertius. 450.
Ptolemæus. ejus numeri corrupti ſunt. 616. 106. 153. *emend.* 127. 163. 166. 453. 554.

S.

Samſonius. 133.
Scholiaſtes Æſchyli. repreh. 639.
Apollonii. 41.
Ariſtophanis. 30.
Euripidis. emend. 66c.
Homeri. emend 69. *vid auctor breviorum Schol.*
Pindari. illuſtr. 56.
Sophoclis. caſtig. 639. 669.
Thucydidis. 278.
Scaliger. reprehenſus. 119. *&c.*
Scylax. emend. 11. 131. 370. 416 169. 170. 247. 282. 406. 486. 584. 587.
Scymnus Chius. emend. 497.
Servius. reprehenſ. 449.
Septuaginta interpretes. 36.
Smyrnæus. 36.
Solinus emend. 329. 371.
Sophocles. 28.
Statius. emend. 630.
Stephanus. emend. 43. 118. 191. 260. 343. 433. 437. 482. 504. 506. 512. 552. 636. 650.
Strabo. illuſtr. 307. 388. 413. 489. *emend.* 66. 95. 242. 329. 337. 414. 430. 472. 477. 489. 498. 509. 523. 570. 574. 578. 614. *ejus error.* 566. *ejus hiatus.* 643.
Suetonius 97.
Suidas. emend. 11. 83.
Syncellus Georgius. 4.

T.

Tertullianus. 45.
Theophraſtus. 98.
Thomas Purcachi. 278.
Thuanus. 130.
Thucydides. emend: 128. 394.
Tzetzes. 3. 13.

V.

Valerius Flaccus. 101.
Vibius Sequeſter. emend. 146.
Virgilius. ejus error. 30. 31. *illuſtr.* 101. 449. *&c.*
Voſſii (Φάλμα μνημονικόν. 50. *ejus correctio improbata.* 132.

X.

Xenophon. 396.

Z.

Zonaras. 203.

JACO-

STEPHANI MORINI
AD
LECTOREM
PRÆFATIO.

PAuca in tui, auctoriſque gratiam præfari convenit, ne hic pro meritis laudibus injuriam reportet, ſubleſtæque fidei damnetur, tu vero temerarium des judicium: nempe ab ipſo exordio totius Græciæ deſcriptionem pollicetur, tabulæque geographicæ, propoſito ſuo convenientiſſimæ, nonnullam ſpem facere videtur; tabulam autem illam non vides, nec omnes Græciæ regiones in his lucubrationibus illuſtratas, ſed paucas, eaſque non omnibus numeris abſolutas habes, ſcil. Illyricum, Epirum, Acarnaniam, Ætoliam, Locros, & Phocidem. Ita eſt attamen inſons graviſſimus auctor, quippe qui non fuerit fati ſui dominus, & quæ ſua

erant abunde præſtiterit: antequam enim ad ſcribendum ſe componeret, inſtar prudentis ædificatoris, qui fundamenta non jacit, donec expenſas computaverit, materiam collegerit, & omnia ad ſtructuram neceſſaria in numerato habuerit, omnia præcepit, atque animo ſecum ante peregit: *veteres enim libros, quos habere, aut in ſelectioribus Galliæ Bibliothecis nanciſci potuit, aſſidue lectitavit, quæ ad ſuum propoſitum faciebant accurate exſcripſit, immo inſignium locorum ſitum in ſchedis diſperſis nonnunquam delineavit, & ad generalem totius regionis deſcriptionem providenter diſpoſuit: ſic ingens eruditarum obſervationum ſtrues aptam tantum diſpoſitionem expectabat, reſtabatque ſcriptis mandare ordinem, quem gerebat in mente exaratum. Verum huic ſtudio incumbentem morbus occupavit, opuſque jam perficiendum ipſa mors abrupit. Quid, amabo! in illo caſu luctuoſiſſimo fieri oportuit, quam, ſicut in naufragio, ſparſas colligere tabulas, & eas, quæ in unum aliquod corpus coaleſcere popotuerunt, ad amicorum Palmerii induſtriam, variis*

opuſcu-

opuſculis, & luculentis in optimos auctores Græcos Exercitationibus *palam teſtatam, ſuſpicientium ſolatium ſimul componere, atque edere in lucem: id itaque præſtare conatus ſum, hortante imprimis, & operam editioni neceſſariam pollicente Magno Gronovio. Sed eheu! antequam ſtaret promiſſis ingens illud literarum columen, mortalem vitam cum beata permutat. Ego vero deſpondeo animum, cum doctiſſimus Abrahamus Berkeliüs ſuccedere in ejus locum voluit, & incomparabili in hunc poſthumum partum charitate, eum ultro ſuſcepit in ſinum, etiam ſepoſito ad aliquod tempus Stephano ſuo, licet ab omnibus eruditis ardenter expetito, jamdudumque ad lucem enitente. Incomparabilis ſane generoſitas! eoque impenſius celebranda, quod neceſſaria erat, nam abſque varia clariſſimi hujus viri eruditione, ſingulari linguæ Græcæ peritia, atque ſolertia incredibili, multa in hoc opere, cui ultima manus defuit, cujuſque teſtimonia raptim deſcripta, neque relecta indigebant diligenti recenſione, deſiderarentur. Itaque tuæ æquitatis eſt, candide lector, quemcunque*

ex hoc opere fructum percipies, in Cl. Berkelium grate referre, opellam autem meam boni conſulere, & generoſos Palmerii conatus benigne ſuſcipere. Hac ratione ſuperſtites ad perficiendam Græciæ, doctis omnibus merito chariſſimæ, illuſtrationem incitabis, tandemque poteris eam adipiſci; quod non temere polliceor, ſi quidem Palmerii exemplo permotus Nobiliſſ. Thorodæus, politioris noſtræ Academiæ ſodalis clariſſ. ejus veſtigia premit, Græciaque propris oculis luſtrata, & copia omnigenæ eruditionis aſſiduo ſtudio exquiſita, ad idem propoſitum properat. Interea his primitiis fruere, tuique ſtudioſiſſimum puta MORINUM.

Cadomi XIV. Calend. Mart.
An. Dom. 1678.

JACOBI

JACOBI PALMERII à GRENTEMESNIL

GRÆCIÆ ANTIQUÆ.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

ANtequam de antiqua Græcia aliquid dicere aggrediar, ejus regionis limites deſcribere, & meum opus certis finibus & veluti metis poſitis circumſcribere neceſſarium eſſe duco: ut ab ipſo veſtibulo habeat lector totius operis ſynopſin, & inde diſcat quid de noſtro labore ſperare debeat. Cum enim Græcorum gens olim longe lateque per totum orbem diffuſa fuerit, & coloniis ſuis uſque in Hiſpaniam ad occidentem, uſque ad Indum & Jaxartem ad orientem, uſque ad Mæotin ad Septentrionem, uſque ad Ægypti intima ad meridiem, poſitis, nomen Græcum nobilitaverit, & Alexander magnus Græcus princeps totum fere orientem & Ægyptum ſub Græcorum jugum poſuerit: Non eſt tamen tam vaſte extendendum Græciæ nomen: Nunquam enim Bactriana vel Perſis, vel Ægyptus, vel Taurica, vel Hiſpaniæ pars aliqua ſub Græciæ nomine comprehenſa fuit, nec tam longe meditatio noſtra de Græciæ antiquæ geographia excurrit. Has tantum regiones deſcribere in animo eſt, quæ à Græcis ab antiqua memoria inhabitatæ, vel poſtea pul-

ſis antiquis habitatoribus cultæ, & urbibus conditis firmiter poſſeſſæ ſunt. Satis late nihilominus extendens Græcum nomen, comprehenſa Macedonia, Thraciæ, & Illyrici parte, & Aſiæ minoris occidentalibus regionibus; eo quod eæ mundi partes, vel à regibus origine Græcis regnatæ, vel prius colonis Græcis ad littus receptis paulatim Græcorum Linguæ & imperio aſſueverunt: Licet à quibuſdam, Macedones ut barbari, à Græcorum nomine excludantur, ut ſine dubio ab omnibus Thraces & Illyrii. Fines igitur noſtri laboris & noſtræ Græciæ diſcriptionis ponimus ab occidente Dyrrachium, & ab ea urbe verſus meridiem & orientem tendendo totum littus Jonici maris. Comprehenſis inſulis Corcyra, Cephalenia. Zacyntho & aliis minoribus uſque ad Acritam Peloponneſi promontorium. A ſeptentrione ab eadem Dyrrachio urbe. Linea veluti ducta per Scardum, Orbelum & Hæmum montes uſque ad Pontum Euxinum, & in ejus littore Meſſembriam: partem Thraciæ ultra Hæmum excludens ut & Illyrici partem Borealem verſus Drilonem fluvium. A meridie vero linea ducta à ſupradicto Acrita promontorio per Maleam, & inde per maris Ægæi meridionales partes, excluſa Creta, incluſa Rhodo per Chelidonias inſulas uſque ad Siden Pamphiliæ promontorium & urbem ultimam: Ab oriente tandem limite non ita certo, ſed linea ducta ab ipſa Side, non quidem recta ſed ſinuoſa, per Aſiæ mediterranea partes, ejus Aſiæ quaſdam Ægæum verſus includente, alias orientem verſus excludente, & modo in ipſius Aſiæ mediterranea excurrente, modo verſus Ægæi maris littora recurrente, prout antiquorum autorum teſtimonia vel abundant vel deficiunt, donec ea in Pontum Euxinum incurrat ad Cytorum urbem, Bithyniam & Heracleotarum ditionem includens. Ut inde

recta

recta per mare ab Meſſembriam reducatur & deſinat. Intra eos limites coërrentur noſtræ de Græcia antiqua commentationes.

De diverſis Græciæ nominibus & primum de ipſo Græciæ nomine.

CAPUT II.

Græcorum antiquiſſimum nomen, inter ipſos Græcos in deſuetudinem abierat, & ipſa vox Γραικὸς Homero non uſurpata, rariſſime apud Græcos autores occurrit. Γραικία vero nullibi, antiquiſſimam ejus vocis mentionem fecerat Alcman, cui Γραῖκες, dictæ fuerunt Græcorum matres, ut & poſtea Sophocli, in dramate cui nomen fuit Ποίμενες, ſed ea teſtimonia non extant. Ea tantum citat Stephanus in voce Γραικὸς. Eorum vero qui extant autorum teſtimonium antiquiſſimum extat apud Ariſtotelem Meteor. 1. cap. 14. ubi de diluvio ſub Deucalione, & de locis circa Dodonem loquitur: ᾤκουν γὰρ οἱ Σέλλοι ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ νῦν δὲ Ἕλληνες. Id eſt, *ibi enim habitabant Selli & ii qui tunc quidem Græci vocabantur, nunc vero Hellenes.* Poſt Ariſtotelem autor Chronici marmoris Arundeliani ea voce uſus eſt. Linea XI: καὶ Ἕλληνες ὠνομάσθησαν τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι. Id eſt *& Hellenes nominati ſunt qui prius Græci vocati fuerant.* Poſtea vel eodem ferme tempore Lycophron antiquarum vocum ſectator, Proteſilaum vocavit Γραικῶν ἄριστον. *Græcorum optimum*, & rurſus alibi Γραικοῖσιν ἀμνάμοις τε τοῖς Ἐρεχθέως. *Græcis nepotibuſque Erechthei.* Ad primum locum ſic commentatur Tzetzes: Γραικοὶ γὰρ πρότερον οἱ τῆς Ἑλλάδος ἐκαλοῦντο ὕστερον δὲ ἀφ᾽ Ἕλληνος ἐκαλοῦντο Ἕλληνες. Id & *Græci*

enim prius vocabantur ii qui Helladem habitabant poſtea vero ab Hellene vocati ſunt Hellenes. Idem teſtatur Georgius Syncellus in Chronico ad annum mundi 3945. pag. 153 his verbis: Ἕλλην υἱὸς Δευκαλίωνος ἐγνωρίζετο ἀφ᾽ οὗ Ἕλληνες οἱ Γραικοὶ μετεκλήθησαν. Id eſt: *Hellen filius Deucalionis innotuit, à quo Græci mutato nomine Hellenes vocati fuerunt*, & rurſus pag. 157. Ἀπὸ δὲ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος Ἕλληνες οἱ Γραικοὶ καλοῦνται. Si jam à tempore Hellenis Deucalionis filii mutatum eſt Græcorum nomen in Hellenes, non mirum ſi ea vox jam Homeri tempore non frequentabatur: Sed mirum eſt Romanos, ab antiquiſſima & pene deleta memoria, eam vel revocaſſe vel retinuiſſe. Plinius enim. lib. 4. cap. 7. ait. Helladem à Romanis Græciam vocari, quod etiam patet ex omnibus fere, qui extant Romanis, autoribus. Ejus rei rationem reddere non eſt in proclivi. Sic tamen opinamur, antiquiſſimis Græcis, qui ad Dodonem & Acheloum habitabant & unde ad alios nomen defluxiſſe putamus, moti Ariſtotelis ſupra citati autoritate, Italia erat ex adverſo oppoſita, ſola Jonici maris parte intercedente, Italis vicina, quibus ob viciniam Græci illi notiores per commeatus & commercia, unde evenit ut cæteri remotiores populi eadem lingua utentes, eo nomine à priſcis Italis indigitarentur. Semper enim ita fieri amat, & notiorum nomen ignotioribus tribuitur. Sic olim Græci Celtas non ſolum eos Galliæ populos, qui proprie ita vocabantur, ſed etiam alios non ſolum Gallos, ſed & Galliæ vicinos Germanos appellavere, eo quod Celtarum nomen apud eos notius & celebre erat, propter Celtarum in Græciam & Aſiam expeditionem, ducibus Brenno, Belgio, Comontorio & aliis. Sic & hodie Ægyptii, & orientales Syri, qui Francorum bella paſſi ſunt, cæteros etiam occidentales populos Italos, Germanos,

Hiſ-

Hiſpanos, Francos vocant, ceu eorum lingua *Frangi*, à populo ſcilicet illis notiore. Ideo non abſonum eſt, credere Romanos à priſcis Italis eam vocem accepiſſe, & ob commodiorem & aſſuetum ſonum retinuiſſe, etiam cum ea ipſi Græci non amplius uterentur. A priſcis Italis dico, qui olim indigenæ, multas Græcorum tranſmigrationes paſſi ſunt, & forte ab ipſis Theſprotis & locis cira Dodonem montoſis aborigines advenerant, quorum origo ignoratur: etymon vero nominis & Græcos fuiſſe & montanos omnino ſuadet, quod & autoritate Catonis & C. Sempronii & meliorum autorum firmatur, ut nos docet Halicarnaſſeus lib. 1. Sed ſive Theſproti fuerint ſive Arcades, ut ſuſpicatur, non aſſerit Idem Dionyſius: credibile eſt, eo quod eadem lingua utebantur qua priſci illi Græci, Italis antea per commercia noti, eodem nomine ab incolis Italiæ nominatos fuiſſe, & ſic permanſiſſe Græcum nomen in Italia, cujus magna pars ab Oenotro Lycaonis filio denominata fuit Oenotria; qui quidem pluribus ante Hellenem ſeculis nomen Græcum in Italia celebre fecerat, quod poſt eum Pelaſgi & Arcades, ſive iidem fuerint ſive diverſi populi, magis auctum & famigeratum fecere. Sic manſit in Italia Græcorum nomen, ab ipſa Græcia per Hellenis poſteros eliminatum. Heſychius vult eam vocem à Romanis mutatam, & olim Ῥαικοὺς dictos fuiſſe, addita vero littera Γ. à Romanis Græcos appellatos fuiſſe, qui olim Ræci. Sed eum arguunt falſi Ariſtoteles, Lycophron & marmor Arundelianum, antiqua & non dubia teſtimonia. Melius (credo) Euſtathius ad Iliad. M. qui ablationem litteræ Γ. ex capite vocis barbaris tribuit. Secundum antiqui cujuſdam lexici (ut ait) autoritatem. Suidas de ea voce jejune admodum & breviter: Γραικοὶ οἱ Ἕλληνες ἀπὸ κώμης τινὸς ἢ ἀπὸ Γραίκου τινός. Id eſt: *Græci ii qui Hellenes à*

quodam pago vel à quodam Græco. Servius ad Ænid. 2. ad vocem *Danai* ſic habet. *Danai dicti à Danao rege. Nam Græci proprie ſunt Theſſali à Græco rege.* Vellem nos docuiſſet, quo tempore regnavit Græcus ille rex & quis antiquus autor de illo ſcripſerat. Quidam eum Græcum volunt fuiſſe antiqui Cecropis ſucceſſorem, moti, ut credo, Lycophronis autoritate loco ſupra citato: *Γραικοῖσιν ἀμνάνοις τε τοῖς Ἐρεχθέως*: ſed male intellecto: diſtinguit enim, non conjungit: *Græcis & nepotibus Erechthei.* At non ſunt ii auctores ejus notæ, ut iis fidem adhibere debeamus, contra tot antiquorum conſenſum, qui in ſerie Erechthei nepotem nullum ejus nominis agnoſcunt. Plinius certe lib. 4. c. 5. eum Theſſalum, non Atticum facit. Stephanus vero in Γραικὸς eum Theſſali filium facit, & ab eo Græcos denominatos aït. At contra Euſebius Chronic. lib. 1. in capite de Argivorum regibus numero. 35. *Theſſalus Græci filius regnavit in Theſſalia*, & in eo conſentit, & ab eo forte ſumpſit Syncellus in Chronico. pag. 126. *κατὰ τούτους τοὺς χρόνους πρῶτος ἐβασίλευσε Θεσσάλων ὁ Γραίκου παῖς Θέσσαλος, ἀφ' οὗ ἡ χώρα ἕως νῦν ὠνόμασται.* Id eſt *Circa hæc tempora Theſſalorum primus rex fuit Theſſalus Græci filius, à quo regio hucuſque denominata fuit.* Sic in rebus tantæ antiquitatis varia ſunt hominum teſtimonia. Latini poëtæ eam vocem una litera ſæpe decurtant, & pro Græcis Graïos nuncupant, dulcioris ſoni, ut arbitror, cauſa; nam ea vox à Græcis non defluxit. Æoles tamen qui Parium in Aſia habitabant Γραῖες vocabantur, quod reſtatur Stephanus in Γραικός. Illud notandum, Cephalonem antiquiſſimum autorem dixiſſe, Granicum Troadis fluvium, ab eo antiquo Græco appellationem ſuam accepiſſe, quod teſtatur Stephanus in voce Γραικὸς, & inde ut puto hauſit ſuam opinionem Conſtantinus Porphyrogeneta, qui

Græ-

Græcorum appellationem reſtringit ad populos qui circa Granicum fluvium habitabant, & ab eo fluvio denominatos ait. Sic enim ille in quarto Themate Anatolico: Τὰ δὲ πρὸς θάλασσαν καὶ τὴν Κύζικον κατοικοῦσι Φρύγες τε καὶ Γραικοὶ, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γρανικοῦ τὴν ὀνομασίαν πλουτήσαντες. Id eſt *quæ vergunt ad mare uſque ad Cyzicum habitant Phryges, & Græci à fluvio Granico id nomen adepti.* Sed ſi ii populi peculiariter Græci appellati fuerunt tempore Conſtantini, id certe olim non obtinebat; eos enim Lycios ſuo tempore vocabat Homerus vel Phrygas, nec apud autorem alium ex antiquis (quod ſciam) tale extat teſtimonium.

De nominibus Ἕλλας *&* Ἕλλην.

CAPUT III.

Ab Hellene Deucalionis filio dicti ſunt Hellenes, & ejus etymi autores habemus, Iſaacio Tzetze & Syncello (quos ſupra citavimus) multo nobiliores, & Herodotus quidem in Clio de Hellenica gente mentionem faciens, de Hellene Dori patre meminit, ſed Thucydides multo expreſſius lib. 1. de antiquis Græcis & eorum infirmitate, eo quod nullum commune nomen habuerint, præfatus ſic ait. Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, ἐν τῇ Φθιώτιδι ἰσχυσάντων, καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις, καθ' ἑκάστους ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας, οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. Id eſt *Hellene autem ejuſque liberis in* Phthiotide *potentibus factis, & eas (gentes) emolumenti gratia in alias civitates ducentibus, ſingulos tum demum in converſatione vocatos fuiſſe ut plurimum Hellenas, non tamen longo poſt tempore etiam ad omnes obtinere id non potuiſſe.* Poſt Thucy-

Thucydidem id aſſerit Dicæarchus. Ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσα ποτὲ πόλις, ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου ἐκλήθη τε καὶ ἐκλίθη τῶν Θετταλῶν οὖσα χώρας .... Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσιν οἱ τῷ γένει καὶ τῇ φωνῇ ἑλληνίζουσιν, ἀφ' Ἕλληνος. Id eſt *Hellas enim cum olim urbs eſſet ab Hellene Æoli condita & appellata fuit in Theſſalorum regione .... Hellenes enim ſunt, ii qui genere & voce helleniſant, ab Hellene.* Plura ad id propoſitum deinde addit, quæ prolixiora ſunt quam ut hîc aſcribi debeant. Sed in loco citato notandum eſt, poſt vocem Αἰόλου deeſſe vocem πατρός, aliter graviter erraſſet, nam ex omnium antiquorum conſenſu, Æolus fuit filius Hellenis, non pater. Id ipſum firmat Strabo lib. 8. φασὶ δὲ Δευκαλίωνος Ἕλληνα εἶναι, τοῦτον δὲ περὶ τὴν Φθίαν τὴν μεταξὺ Πηνειοῦ τε καὶ Ἀσώπου δυναστεύοντα τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν παίδων παραδοῦναι τὴν ἀρχήν. Id eſt, *aiunt Deucalionis filium fuiſſe Hellenem, eum autem regioni circa* Phthiam, *quæ eſt inter* Peneum *& Aſopum, imperaſſe & ditionem filio natu maximo reliquiſſe.* Ea regio vocata fuit Ἑλλὰς *Hellas*, & in ea urbs fuit Hellas, ut dicemus ſuo loco, à qua quidam volunt denominatos fuiſſe Hellenas: & ea vox aliquando adjective ſumitur, ut apud Æſchylum in Agamemnone Ἑλλάδος αἴας. Id eſt, *Helladis terræ*; & à Sophocle in Philoctete Ἑλλάδος γῆς, quod idem eſt. Sed id obſervare, eſt potius grammatici quam geographi. Pauſanias in Laconicis Straboni conſentit: καθ' ὅτι καὶ Ἕλληνας τὸ σύμπαν γένος ἀπὸ τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ καλουμένης ποτὲ Ἑλλάδος. Id eſt. *Sicut & Hellenes univerſum genus ab Hellade olim ſic vocata quæ fuit in Theſſalia.* Ad idem recidit ea ſententia. Nam ſi Hellas urbs à conditore Hellene dicta fuit, ad idem etymon referenda eſt & incolarum ejus urbis appellatio, & ideo duas illas ſententias conjungit autor breviorum ſcholiorum ad Iliad. A. Ἕλληνες δὲ κοινῶς πάντες οἱ τῆς Ἑλλάδος ἐκλή-

ἐκλήθησαν, ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Διός. πρῶτοι δὲ οὕτως ἐλέγοντο οἱ ἐν Θεσσαλίᾳ ἄνθρωποι, οὐ μὲν ἅπαντες, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἐν Ἑλλάδι τῇ πόλει, ἐπειδὴ μέγα δυναθέντος τοῦ Ἕλληνος, καὶ τῶν τούτου παίδων ἀπ' αὐτοῦ πάντες ἐκλήθησαν Ἕλληνες. Id eſt, *Hellenes vero, communiter omnes Helladis incolæ appellati ſunt, ab Hellene Jovis filio. Primi autem ſic appellati ſunt Theſſali, non quidem omnes, ſed ii ſoli, qui ab Hellade urbe erant. Poſtea, præpotente facto Hellene & ejus liberis, ab eo omnes Hellenes vocati ſunt.* Sed hæc habet ex Thucydide ſupra citato. At pugnat Ariſtoteles, qui antiquam Helladem, non in Phthiotide vel Theſſalia, ſed in Moloſſia ad Dodonem ponit. Sic enim ille Metor. 1. cap. ultimo de diluvio: καὶ γὰρ οὗτος περὶ τὸν Ἑλληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον, καὶ τούτου περὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν ἀρχαίαν, αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ περὶ τὴν Δωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῷον, οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέβληκεν. ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοί, νῦν δὲ Ἕλληνες. Id eſt: *Illud* (diluvium) *circa locum Hellenicum præcipue factum eſt, & ejus loci circa antiquam* Helladem; *ea autem eſt circa Dodonem & Achelouin: ille enim* (fluvius.) *in plures locos effluxum ſuum permutavit: nam habitabant illic Selli, & ii qui tunc quidem Græci vocabantur, nunc vero Hellenes.* Certe, ut concilietur hic locus cum antiquorum conſenſu in aſſignando antiquæ Helladis loco, nihil aliud expeditius videtur, quam intelligere, Ariſtotelem, non de Hellade urbe, unde & ab Hellene ejus conditore dicti fuerunt Hellenes, ſed de loco, ubi illi conditores Helladis, Hellenis illius antiqui tribules & gentiles, habitabant ante diluvium, & ipſo diluvii tempore; & quia illi, tunc nomine dicti Græci, poſtea, ut aït, Hellenes vocati ſunt, eum, per quandam πρόληψιν, Helladis nomen anticipaſſe, in ejus regionis mentione, licet illo tempore de quo loquebatur, nondum Hellas nominaretur. Sic exempli gra-

tia improprie aliquando, cum de Gallia antiqua ſit ſermo, ea Francia vocatur anticipatione ſolita; etſi de tempore, quo nondum Francia vocabatur, mentio fiat. Sed reſpectu ad nomen, quod nunc obtinet, & eſt in uſu. Cæterum Hellen ille, à quo denominatur Hellas, à pluribus filius Deucalionis dicitur: à Stephano vero, in voce Ἕλλας, aliunde deducitur. Sic enim ille: Ἕλλας ἀπὸ Ἕλληνος ἐκτίσθη, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλὰ τοῦ Φθίου καὶ Χρυσίππης τῆς Ἴρου. ὁ δὲ Φθῖος ἦν Ἀχαιοῦ. Id eſt: *Hellas ab Hellene condita eſt, non Deucalionis filio, ſed Phthii & Chryſippes Iri filiæ: Phthius vero, erat Achæi filius.* Sic etiam Favorinus, ſed, ut puto, ex Stephano. Sed Stephani autoritas non me demovet à ſententia plurium & antiquiorum. Sed ad Helladem revertamur. Ea voce non eſt uſus collective Homerus, quod cenſuit olim Ariſtarchus poſt Thucydidem, & id notavit etiam Strabo lib. 8. & ideo Ariſtarchus, ut nothum, rejiciebat omnino hunc Homeri verſum,

ἐγχείῃ δ' ἐκέκαστο Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς.

Ut notat autor breviorum Scholiorum ad hunc verſum Homeri,

Πολλαὶ δ' Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

& per Ἑλλάδα, Homerum intellexiſſe Theſſaliam, & per Hellenas Theſſalos Ariſtarchum dixiſſe ait. Sed id nomen Ἕλλας apud Heſiodum & Archilochum pro tota Græcia collective uſurpatum jam fuiſſe teſtatur Apollodorus apud Strabonem lib. 8. his verbis: Ἡσίοδον μέντοι καὶ Ἀρχίλοχον ἤδη εἰδέναι καὶ Ἕλληνας λεγομένους τοὺς σύμπαντας καὶ Πανέλληνας, τὸν μὲν περὶ Προιτίδων λέγοντα, ὡς Πανέλληνες ἐμνήστευον αὐτάς, τὸν δὲ ὡς Πανελλήνων ὀϊζὺς ἐς Θάσον συνέδραμεν. Id eſt: *Heſiodum tamen & Archilochum jam noviſſe, eam vocem etiam de univerſis Græcis uſurpari, quorum alter de Prætidibus dixit. Panhellenas* (id eſt

Græcos

Græcos univerſos) *earum conjugia ambiviſſe: Alter, Panhellenum robur Thaſum concurriſſe.* Poſt eos autores etiam Scylax Caryandenſis in Periplo τῶν ἐντὸς Ἡρακλέους στηλῶν (ſic enim legendum, non ἐκτὸς, ut male apud Suidam legitur, in voce Σκύλαξ) in capite Ambracia ſic ait: ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς εἶναι μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ, καὶ Ὁμολίου, Μαγνητικῆς πόλεως. Id eſt: *Hinc Hellas incipit continua, uſque ad Peneum fluvium & Homolium, urbem Magneticam.* Ex ejuſdem autoris ordine evincitur, Peloponneſum etiam ab eo ſub nomine Helladis comprehendi. Nam Periplum ſcribit & ab Ambracia uſque ad extremam Magnetiam littora ſequitur, Peloponneſi ſingulas partes enumerans, & poſtea ait: μέχρι ἐνταῦθα ἐστὶν ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχὴς ἡ Ἑλλάς. Id eſt: *Huc uſque ab Ambracia continuatur Hellas.* & paulo poſt: ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ ποταμοῦ Μακέδονες εἰσὶν ἔθνος. Id eſt: à *Peneo autem fluvio Macedones natio ſita eſt.* Herodotus, poſt Scylacem antiquiſſimus eorum qui extant, (ſi tamen ea, quæ Scylaci tribuuntur, ſunt Scylacis illius antiqui, de quo dubitant docti) eam appellationem magis extendit, & cum Theſſalia videtur comprehendiſſe Epirum, aut ſaltem Theſprotiam Epiri potiorem partem, ubi de prophetiſſa illa Ægyptia, quæ Dodonis fanum & oraculum conſtituit, lib. 2. ita loquitur: τὴν δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο, δοκέειν ἐμοὶ ἡ γυνὴ αὕτη τῆς νῦν Ἑλλάδος, πρότερον δὲ Πελασγίης καλευμένης τῆς ταύτης, πρηθῆναι εἰς Θεσπρωτούς· ἔπειτα δουλεύουσα αὐτόθι ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ πεφυκυίῃ Διὸς ἱερόν. Id eſt *alteram vero in Hellade vendiderunt, & ut mihi videtur, eandem ipſam mulierem, ex ea regione, quæ nunc* Hellas, *olim vero Pelaſgia vocabatur, in Theſprotos venum iiſſe, & poſtea ibi ſerviens, fanum Jovis ſub fago ibi nato ſtatuiſſe.* Sed & eoſdem Theſprotos, *Hellenas* appellatos fuiſſe evincit idem autor paulo ante eodem libro, ubi Theſprotiam

ſub Helladis nomine manifeſte includit, dum de Dodone ait: Τὸ γὰρ δὴ μαντήιον τοῦτο νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι. Id eſt: *Hoc autem oraculum exiſtimabatur antiquiſſimum eſſe oraculorum, quæ inter Hellenas fuerunt.* Cæterum, per Pelaſgiam Herodotum intellexiſſe hoc loco Peloponneſum, demonſtrabimus inferius, ubi de Peloponneſo agemus. Eoſdem etiam limites quos ſupra Scylax dedit Helladi, dat Herodotus, & ab eo nomine excludit Macedoniam, dum Alexandrum Amyntæ filium ſic inducit dicentem lib. 9. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην συναπάσης τῆς Ἑλλάδος· αὐτός τε γὰρ Ἕλλην γένος εἰμὶ τὠρχαῖον. Id eſt: *Hoc enim non dicerem, ni ſummopere de univerſa Hellade ſollicitus eſſem: ſum enim ab antiqua progenie Hellen.* Si Macedonia tunc temporis in Hellade cenſita fuiſſet, non opus fuiſſet virum Macedonem Alexandrum ſuam antiquam ab Argivo Carano originem in memoriam reducere, ut Hellen exiſtimaretur. Sic Demoſthenes pro Corona, Theſſaliam & Peloponneſum ſub nomine Hellenum comprehendit, ſic enim habet: μᾶλλον ἢ εἰ ἕνα ἄνδρα μόνον Θεσσαλία καὶ ἕνα ἄνδρα Ἀρκαδία ταὐτὰ φρονοῦντα ἔσχον ἐμοί, οὐδεὶς οὔτε τῶν ἔξω Πυλῶν Ἑλλήνων, οὐδὲ τῶν εἴσω τοῖς παροῦσι κακοῖς ἐκέχρητ' ἄν. Id eſt: *Imo ſi unicum virum Theſſalia & unicum etiam virum Arcadia habuiſſent meæ ſententiæ conſentientem nemo eorum Hellenum, qui ſunt extra Thermopylas, neque eorum, qui ſunt citra, præſentibus malis conflictaretur.* Per Hellenas extra Thermopylas, intelliguntur neceſſario Theſſali & Magnetes. Sic & Dicæarchus in Helladis anagraphe: Τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν Ἀμβρακία πρώτη πόλις. Id eſt *Helladis Ambracia prima eſt urbs*, & paulo poſt de eadem Hellade:

- - - - αὕτη δ' ἔρχεται
Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνήιον ὡς φιλέας γράφει

Ὄρος

Ὄρος τε Μαγνήτων Ὁμόλην κεκλημένον
Τινὲς δὲ τὴν Μαγνησίαν τῆς Ἑλλάδος
Λέγουσιν εἶναι. τὸν δὲ Φιλέαν ἀγνοεῖν
Ἀποχωρίσαντα - - - -

Id eſt: *Ea autem pervenit ad fluvium* Peneum, *ut, ſcribit* Phileas, *& montem Homolen vocatum: Quidam autem Magneſiam Hellados eſſe dicunt, &* Phileam *ignorantem eſſe qui ſeparavit.* Sic etiam Lycophron in Alexandra eoſdem limites Helladis poſuit, Macedoniam & Epirum extra eos ponens:

Ἅπασα δ᾽ ἄλγη δέξεται κωκυμάτων
Ὅσην Ἄραιθος ἔντος ἠδὲ δύσβατοι
Λειβήθριαι σφίγγουσι Δωτίου πύλαι.

Id eſt: *Tota vero dolores excipiet luctuum, quamcunque Aræthus intus & inviæ Libethriæ Dotii cohibent portæ.* Ad quæ ſic Tzetzes: Συνοπτικῶς φησὶν, ὅτι πᾶσα ἡ Ἕλλας στενάξει διὰ τὴν ἐμὴν βίαν τὴν ἐν γάμοις. Id eſt: *Collective ait, quod tota Hellas lugebit propter vim mihi factam in coïtu.* Aræthus, qui aliis Arachthus, aliis Arethon, fluvius eſt in Epiri finibus in Ambracicum ſinum ſe exonerans, ut infra dicetur ſuo loco. Libethriæ vero Dotii portæ ſunt, quæ Tempe Theſſalica vulgo cognominantur, fauces ſcilicet ad Peneum amnem, inter Libethrum Macedoniæ, & Dotium Theſſaliæ, de quibus infra. Sic etiam Macedonas ab Hellenibus diſtinguerat Arrianus de exped. Alex. lib. 2: Καί τι καὶ τοῖς φύσει τῷ τε Ἑλληνικῷ καὶ τῷ Μακεδονικῷ φιλοτιμίας ἐνέπεσεν ἐς ἀλλήλους. Id eſt: *Ad hæc æmulatio quædam, & contentio de honore Hellenicæ nationi cum Macedonica incidit.* Plutarchus etiam in Demetrio ſub nomine Helladis cæteram Græciam, exceptis Macedonia & Epiro, intellexit. Sic enim de Demetrio à cæteris principibus bello petito aït: Ἅμα γὰρ τὴν μὲν Ἑλλάδα πλεύσας στόλῳ μεγάλῳ Πτολεμαῖος ἀφίστη

Μακεδονίαν δὲ Λυσίμαχος ἐκ Θράκης, ἐκ δὲ τῆς ὁμόρου Πύῤῥος ἐμβαλόντες ἐλεηλάτουν. Id eſt, *Simul enim Helladem magna claſſe advectus Ptolemæus ad defectionem traxit, Macedoniam vero Lyſimachus ex Thracia, ex vicina vero regione Pyrrhus invehentes populabantur.* Sic etiam diſtinguit Dio Macedoniam ab Hellade lib. 50. Τῷ δὲ Ἀντωνίῳ τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῇ ἠπείρῳ τῶν Ῥωμαίων ἀκούοντα, καὶ ἐν τῇ Θρᾴκῃ ἥ τε Ἑλλὰς καὶ ἡ Μακεδονία. Id eſt, *Antonio vero,* (adhærebant) *ea, quæ in Aſiæ continenti Romanis ſubjecta erant, & quæ in Thracia & Hellas & Macedonia.* Et lib. 53. ubi de diſtributione provinciarum ab Auguſto facta agit, Macedoniam & Epirum diſtinguit ab Hellade: Ἡ τε Ἀσία καὶ ἡ Ἑλλὰς μετὰ τῆς Ἠπείρου καὶ τὸ Δαλματικὸν τό τε Μακεδονικὸν, καὶ ἡ Σικελία. Id eſt, *Aſia & Hellas cum Epiro, & Dalmaticus tractus, & Macedonicus & Sicilia.* Inde Romani, qui Helladem, Achaïam nominaverunt, eam ſemper a Macedonia diſtinxerunt: ſic Suetonius in Claudio: *Provincias Achaïam, & Macedoniam, quas Tiberius ad curam ſuam tranſtulerat, Senatui reddidit.* Sed id obvium eſt apud autores, & plures ad id propoſitum autoritates undique corradere, & lectori tædium, & mihi laborem ſuperfluum afferret. Sufficiant igitur, quæ dicta ſunt de ea voce collective ſumpta.

Sed ſæpe multo anguſtius ſumitur ea vox, & aliquando anguſtiſſime pro urbe quadam Theſſaliæ Phthiotidis, de qua, Deo favente, poſtea dicemus in urbium ſingularum enumeratione. Aliquando minus anguſte, pro parte Theſſaliæ meridionali, & ſic Homerum interpretatur Strabo lib. 9. in hoc verſu Iliad. I.

Ναῖον δ' ἐσχατιὴν Φθίης Δολόπεσσιν ἀνάσσων.

Ad quæ verba ſic Strabo: Φθίας τε οἱ μὲν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ Ἑλλάδι καὶ Ἀχαΐᾳ, ταύτην δ' εἶναι διατεμνομένης τῆς συμπάσης Θεσσαλίας κατὰ τὸ ἕτερον μέρος τὸ νότιον, οἱ δὲ διαιροῦσι. Id eſt:

Phthiam

Phthiam quidem eandem cum Hellade quidam faciunt & cum Achaïa: eam autem eſſe partem meridionalem totius Theſſaliæ diviſæ in partes, alii diſtingunt.* Sed de his accuratius ſuo loco. Aliquando late ſumitur vox *Hellas* pro tota Theſſalia. Sic Ariſtarchus eam vocem apud Homerum accipiebat, ut teſtatur autor breviorum ſcholiorum ad hunc verſum Iliad. ι.

Πολλαὶ δ' Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε. Id eſt,
Multæ autem Achaïdes ſunt in Hellade *&* Phthia.

Ad quæ ſic Scholiaſthes: Ἀρίσταρχος παρ' Ὁμήρῳ Θεσσαλίαν μόνην τὴν Ἑλλάδα φησὶν εἶναι, καὶ Ἕλληνας τοὺς Θεσσαλοὺς, παρακολουθῶν Θουκυδίδῃ, ὃ ἀπηθεῖ τὸν στίχον τοῦτον, Ἐγχείῃ δ' ἐκέκαστο Πανέλληνας ὃ Ἀχαιοὺς· καὶ ἐκεῖ δὲ πάλιν τὴν Θεσσαλίαν ἀκουσ. Φεύγον ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο. Id eſt: *Ariſtarchus, apud Homerum, Theſſaliam ſolam Helladem eſſe aït, & Hellenas, Theſſalos, Thucydidem ſequutus, & ut nothum rejicit hunc verſum,*

Lancea vero erat clarus inter omnes Hellenas & Achæos.

Et in hoc loco rurſus Theſſaliam intelligit,

Fugi poſtea longe per Helladem ſpacioſam.

Locum Thucydidis, quem intelligit Scholiaſtes, ſupra citavimus pag. 8. Ariſtarchum etiam ſequutus eſt Apollodorus, teſte Strabone lib. 8. Καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ μόνους τοὺς ἐν Θεσσαλίᾳ καλεῖσθαι φησὶν Ἕλληνας. Id eſt *Apollodorus etiam ſolos eos, qui in Theſſalia ſunt, appellari dicit Hellenas*. Sed mirum eſt; eam Theſſaliam, quæ olim ſola ab Homero, Ariſtarcho, Apollodoro, & aliis nomine Helladis nobilitabatur, poſterioribus ſeculis ſolam exceptam fuiſſe ab ea denominatione, quando cætera Græcia ea fruebatur. Ecce enim doctiſſimus Apollonii Scholiaſtes ad hunc verſum lib. 4. Argonaut: Καὶ κέν ἔτ' ἠπαθέην ἐς Ἀχαιΐδα νοστήσαιτε, ſic ait: Ἀχαιΐδα λέγει, ἢ τὴν Θεσσα-

λίαν

λίαν, ἢ τὴν Ἑλλάδα. Id eſt *Achaïda vocat vel Theſſaliam, vel Helladem.* Ubi manifeſte diſtinguit Theſſaliam ab Hellade; tempore vero, quo ſcribebat, Hellas pro univerſa Græcia ſæpe ſumebatur. At aliquando vice verſa, Hellas pro univerſa Græcia, excepta Peloponneſo accipiebatur, & in eo ſignificatu videtur eam vocem acepiſſe Homerus Odyſſ. Δ. ---- Ἧ κλέος εὐρὺ καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος. Id eſt. *Cujus gloria lata diffuſa per Helladem & medium Argos.* Et rurſus Odyſſ. o.

Εἰ δ' ἐθέλεις τραφθῆναι ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος

Si vero vis divertere per Helladem & medium Argos.

Ubi videtur Græciam bifariam dividere in Helladem & Argos; per Argos autem, ubique fere Peloponneſum intelligit, ut infra demonſtrabimus: reſtat igitur, ut ſub Helladis nomine, cæteram Græciam intellexerit. Itaque, ad eum ſenſum Helladem definivit Dicæarchus his verbis: τὴν μὲν οὖν Ἑλλάδα ἀπὸ Πελοποννήσου τὴν ἀρχὴν λαβὼν μέχρι τοῦ Μαγνήτων ἀφορίζω κόλπου. Id eſt: *Helladem igitur, à Peloponneſo ejus initium capiens, uſque ad Magneticum ſinum definio.* Sic etiam Dionyſius Periegetes Peloponneſum excludit ab Hellade:

- - - - Πέλοπος δ' ἐπὶ νῆσος ὀπηδεῖ
Εἰδομένη πλατάνοιο μυουρίζοντι πετήλῳ.
Ἄκρῳ μὲν γὰρ ἔοικεν ἐεργόμενος στενὸς ἰσθμός,
Πρὸς Βορέην καὶ κοινὸν ἐφ' Ἑλλάδος ἴχνος ἐρείδων.

Id eſt:

Pelopis autem inſula ſequitur, ſimilis platani in acumen vergentis folio. Summitati enim ſimilis eſt conſtrictus anguſtus Iſthmus, ad Boream & commune in Hellade *veſtigium figens.* Ad quæ Euſtathius: Ἔστι γὰρ κατὰ τὸν ἰσθμὸν ἡ Πελοπόννησος συνεχὴς τῇ τῆς Ἑλλάδος πέζῃ, συνάπτει γὰρ ὁ τόπος ἐκεῖνος τῇ Ἑλλάδι. Id eſt: *Eſt enim ad Iſthmum* Pelopon-*neſus,*

neſus, continua cum Helladis ora, attingit enim ille locus Helladem. Id vero ſingulare habet Dionyſius, quod cum Peloponneſum excludat ab Hellade, Macedoniam & Epirum ſub nomine Helladis comprehendit, à Borea finem Helladis Thraciam ponens & ab occidente Oricum, his verbis:

> Πρὸς νότον μάλα πολλὸν ὑπὲρ Θρήκην ἐριβώλου,
> Ὠρικίην δ' ὑπὲρ αἶαν ἐρείδεται Ἑλλάδος ἀρχή. Id
> eſt:

Ad auſtrum autem longe ſuper Thraciam feracem, Oriciamque ſuper terram initium capit Helladis terra. Ad quæ ſic Euſtathius commentatur: καὶ σημείωται, ὅτι Ὠρικίαν λέγει τὴν κατὰ Μολοττοὺς καὶ Θεσπρωτοὺς, ἤπειρον περὶ ἣν καὶ πόλις Ὤρικος........ ὡς πέρατα δὲ τῆς Ἑλλάδος ἔλαβε τὴν Θρᾴκην καὶ τὴν Ὠρικίαν. Id eſt: *Notandum eſt, quod Oriciam vocat eam continentem, quæ eſt ad Moloſſos & Theſprotos, ubi & urbs eſt Oricum......ut terminos Helladis autem accepit Thraciam & Oriciam.* Quam ſententiam ſequutus eſt autor epigrammatis in epigramatum collectione pag. 160.

> *Sed qua mitis item ſpirat notus, Oricicumque*
> *Pulſant flabra ſolum, Græcæ confinia terræ*
> *Incipiunt aperire latus.*

Sic etiam Helladis nomen, excepta Peloponneſo, accepit Plin. lib. 4. cap. 4. his verbis: *Donec contrario incurſu æquorum tantorum in V. M. paſſuum intervallo, exeſis utrinque lateribus, Peloponneſum contingat Hellas.* Et cap. 7. *Ab Iſthmi anguſtiis Hellas incipit, à noſtris Græcia appellata, in ea prima Attica, antiquitus Acte vocata, attingit Iſthmum parte ſui quæ appellatur Megaris.* Plinium in eo Solinus imitatus eſt, ut ſemper facit: Non vero Pomponius Mela, qui ſic lib. 2. cap. 3. *Proxime ſpatioſa eſt Hellas nomine, grandi fronte procedit: Mox*

mari utroque, & Jonio magis latera ejus intrante, donec V. M. paſſuum pateat, media ferme prope inciditur. Plinii tamen ſententia, prævaluiſſe videtur; nam Conſtantinus in Thematibus Peloponneſum ab Hellade ſecludit: ſecluſa etiam Theſſalia, quam ſub Macedoniæ Themate comprehendit, anguſtatis limitibus Helladis. Martianus etiam Capella lib. 6. verba ipſa Plinii, non ſolam mentem expreſſit. *Ab Iſthmi anguſtiis.* &c. Euſtathius etiam ſuo tempore teſtatur, ita obtinere, ut Peloponneſus extra Helladis terminos cenſeatur, ſic enim ille commentatur ad verſum Iliad. B.

Οἱ δ' εἶχον Φθίην τε ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα.

Ἑλλάδα δὲ οὐ τὴν παρ' ἡμῖν συνήθως καλουμένην φησὶ χώραν, ἥτις συνάπτει τῇ ἀρχῇ τῆς Πελοποννήσου. Id eſt: *Helladem autem non eam, quæ à nobis ſolito more ita appellatur, regionem dicit, quæ principium Peloponneſi attingit.* Et ad Iliad. Π. hunc verſum:

Χάλκωνος φίλον υἱὸν ὃς Ἑλλάδι οἰκία ναίων,

Sic ait: δῆλον δὲ ὅτι πάλαι μέν ποτε πόλις Φθίας ἡ Ἑλλάς. ὕστερον δὲ καὶ χώρα ἡ πρὸ τῆς Πελοποννήσου κοινότερον. Id eſt: *Patet autem, quod olim quidem aliquando urbs erat Phthiæ Hellas, poſtea vero regio, quæ eſt ante Peloponneſum, ita communiter dicitur.* Sed quid in eo poteſt eſſe certi? Ecce enim multis ante Euſtathium ſeculis, Juſtinianus ſub Helladis nomine Peloponneſum comprehendit Novell. 25. *Olim inquit Lycaon qui Arcadiæ in Hellade rex fuit.* Igitur aliquando ea vox latiſſime ſumpta eſt pro tota & univerſa Græcia, tam ea quæ cis Ægæum, quam ea quæ trans Ægæum in Aſia ſita erat, & ita Ariſtoteles Hellada vocavit eas regiones, quæ à Græcis habitatæ duce Neleo & aliis fuerant, ſic enim ait: ὥστε καὶ ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν ἠπείρου προυβάλλετο ἑτέραν Ἑλλάδα ἄποικον ἑαυτῆς. Id eſt: *Adeo ut in ea, quæ ultra mare eſt oppoſita conti-*

continente, ſibi propoſuit alteram Helladem ejus coloniam. Sic & Ariſtides homo Aſiaticus ea voce uſus eſt, latiſſime ſumpta, & ultra ſuos fines evagante Helladis nomine. Sic enim ille oratione de Smyrna ſtatim initio: Σμύρνα μέγιστα δὴ τῆς Ἑλλάδος εὐτυχήσασα καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ὑμῶν. Id eſt: *Smyrna, quæ in ea quæ nunc eſt Hellade maxime felix facta eſt & à diis à vobis.* Sed in eo credo Ariſtotelem imitari affectavit: Nam licet Æoles & Jones & Dores Aſiatici ſæpe Hellenes nominati fuerunt reſpectu ad eorum originem; raro tamen Aſia dicta eſt Hellas, præterquam ab Ariſtotele & Ariſtide Rhetore, ut patriam ſuam hoc nomine nobilitaret. Philoſtratus certe in Apollonio, Aſiam ab Hellade aperte diſtinguit lib 4. cap. 3. Καθήρας δὲ τοὺς Ἐφεσίους τῆς νόσου, καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἱκανῶς ἔχων ἐς τὴν Ἑλλάδα ὥρμητο. Id eſt: *Cum Epheſios morbo liberaſſet & Joniam ſatis luſtraſſet, Helladem profectus eſt.* Ergo ex tota hac & forte nimis prolixa ſuper Helladis nomine commentatione nihil aliud didicimus, niſi Helladis nomen vagum, nullas ſedes certas & fixas habuiſſe, & diverſis temporibus varie acceptum fuiſſe, modo anguſtis limitibus coarctatum, modo in immenſum dilatatum, ſecundum temporum mutationes & hominum diverſas ſententias, & ingenia. Duo tantum addam, ſcilicet Helladem univerſam aliquando Ἄργος *Argos* vocatam fuiſſe, quod notavit Strabo. lib. 8. pag. 362. editionis Caſaubonianæ: Alterum; Quod olim Phædrus de Helladis finibus librum ſcripſerat, de quo Cicero ad Atticum epiſt. 39. ſed injuria temporum periit.

CAPUT IV.

De nomine Achaiæ.

Achaiæ nomen apud Homerum non extat, ſed Ἀχαιΐδα γαῖαν dixit collective, *Achaïdam terram*, pro tota Græcia vel majore ejus parte. Iliad A:

Ὤ πόποι ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει.
O dii certe magnus luctus in Achaidem terram venit!

Quod repetit etiam. Iliad. H. & Odyſſ. Φ. Etiam aliquando Ἀχαιΐδα abſolute dixit, ut Iliad. Γ:

Ἄργος ἐς ἱππόβοτον καὶ Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα.
In Argos equos paſcens & Achaidem pulchras mulieres habentem.

Et Ἀχαιΐδος αἴης. *Achaidæ terræ*. Odyſſ. N. & Odyſſ. Ψ. Ἀχαίαν vero *Achæam* nullibi dixit: Sed per Ἀχαιοὺς *Achæos* ſæpiſſime univerſos Græcos intelligit, de quo infra. Poſt Homerum vero, apud antiquiores Græcos per Achaïæ nomen quædam Græciæ partes intelligebantur: quarum altera in Theſſalia, altera in Peloponneſo, & ſi fides Pindari Scholiaſtæ, tertia in Epiro ſecundum Pindarum Nemeor. 7. de quibus, Deo dante, infra ſuo loco dicemus. At tempore Polybii id nomen ad totam Peloponneſum jam extendebatur, ut teſtatur lib. 2: πρῶτον δὲ πῶς ἐπεκράτησε καὶ τίνι τρόπῳ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ὄνομα κατὰ πάντων τῶν Πελοποννησίων οὐκ ἄχρηστον μαθεῖν. Id eſt: *Primum autem, quo modo obtinuit, ut ipſum Achæorum nomen de omnibus Peloponneſiis uſurpatum ſit, non inutile eſt diſcere.* Inde pluribus, ut ſolet, ejus rei rationem reddit, & ad optimam reipublicæ Achæorum conſtitutionem id potiſſimum tribuit: prolixior eſt ille locus, quam ut hîc poſſit adſcribi, ad ipſum Polybium lectorem remitti-

mittimus. Non enim eſt noſtrum propoſitum, ut longis tranſcriptionibus commentatio noſtra in immenſa volumina excreſcat. Sed ut neceſſarias tantum aſſertionum noſtrarum probationes afferamus. (quod ſemel nobis dictum ſit.) Idem etiam aſſerit Dio Halicarnaſſeus lib. 1. Ἐπὶ γὰρ ἑνὸς τῶν ἐνοικούντων ἐν αὐτῇ ἐθνῶν, καὶ ἡ σύμπασα χεῤῥονήσος, ἐν ᾗ καὶ τὸ Ἀρκαδικὸν, καὶ τὸ Ἰωνικὸν καὶ ἄλλα συχνὰ ἔθνη ἔνεστιν Ἀχαΐα ὠνομάσθη. Id eſt: *Ab una enim eam incolentium gentium, univerſa peninſula, in qua & Arcadica gens & Jonica & aliæ plures inſunt, Achaia nominata eſt.* In eodem ſenſu Strabo lib. 8. Homerum interpretatur, ubi aït: Ἄργος Ἀχαϊκὸν, *Argos Achaïcum.* Sic enim ille: σημαίνων ἐνταῦθα, ὅτι καὶ Ἀχαιοὶ ἰδίως ὠνομάζοντο οἱ Πελοποννήσιοι κατ' ἄλλην σημασίαν. *Indicans inde, quod Achæi peculiari ſignificatione omnes* Peloponneſii *nominabantur.* Sed poſtea tandem Achaiæ nomen ad totam fere Græciam extenſum eſt: ab eo tempore quo L. Mummius everſa Corintho, & Achæorum republica diſſoluta, totam fere Græciam Romanorum juſſis obnoxiam præſtitit, & in provinciam redegit: ſic de Mummio, & eo negotio Pauſanias in Achaicis: Ὡς δὲ ἀφίκοντο οἱ σὺν αὐτῷ βουλευσάμενοι ἐνταῦθα δημοκρατίας τε κατέπαυε καθίστατο δὲ ἀπὸ τιμημάτων τὰς ἀρχὰς καὶ φόρος τε ἐτάχθη τῇ Ἑλλάδι, καὶ οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες ἐκωλύοντο ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτᾶσθαι, συνέδρια τε κατὰ ἔθνος τὰ ἑκάστων Ἀχαιῶν καὶ τὸ ἐν Φωκεῦσι, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ ἑτέρωθί που τῆς Ἑλλάδος κατελέλυτο ὁμοίως ἅπαντα. Id eſt: *Ubi vero advenerunt, qui cum eo deliberaturi erant, tum demum populares ſtatus ſuſtulit. Magiſtratus ex cenſu conſtituit, & tributum Græciæ impoſitum eſt: & locupletibus extra urbis ſuæ fines agros poſſidere vetitum. Conſilia ſingularum gentium Achaïcum, Phocicum, Bœoticum & in aliis Græciæ partibus abolita ſunt pariter omnia.* Sic igitur redacta eſt in provinciam univerſa fere Græcia ſub nomine Achaiæ.

eo quod magna Græciæ pars reipublicæ Achæorum particeps fuerat, aut cum Achæis fœdere facto, belli Romani aleam ſimul ſubierat, & ſic per Achæorum latus univerſæ fere Græciæ libertas confoſſa eſt; & ideo à primis Græcanicæ gentis bello cognitis & devictis, Romani cæteros Græcos denominavere, quod etiam aït expreſſe Pauſanias paulo poſt: Καλοῦσι δὲ οὐχ' Ἑλλάδος ἀλλὰ Ἀχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐχειρώσαντο Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων. Id eſt: *Vocant autem non Græciæ, ſed Achaiæ prætorem Romani, eo quod per Achæos Græcos devicerunt, tunc temporis Græciæ principatum obtinentes.* Quæ, verbis leviter mutatis, tranſcripſit Suidas in voce Ἀχαΐα. Ideo ſæpiſſime Latini autores ea voce uſi ſunt, & per Achaiam Græciæ majorem partem intellexere, ut Cicero pro Flacco: *Adſunt ex Achaia cuncta multi legati.* Et Cæſar lib. 3. de bello civili: *Ætolia, Acarnania, Amphilocis, per Caſſium Longinum, & Calviſium Sabinum, ut demonſtravimus, receptis, tentandam ſibi Achaiam & longius progrediendum exiſtimabat Cæſar.* Ubi cæteras Græciæ partes ad orientem & meridiem ſub Achaiæ nomine videtur comprehendere, & nominatim Peloponneſum: Nam paulo poſt addit: *Rutilius Lupus, qui Achaiam miſſus à Pompeio obtinebat, Iſthmum præmunire inſtituit, ut Achaia Fuſium prohiberet.* Quod non eſt intelligendum, quaſi Achaia ſola Peloponneſus intelligeretur: ſed ſynecdochice totum pro parte poſuit. Nam poſtea Delphos, Thebas, Orchomenum à Fuſio captas aït ad Achaiam tentandam iviſſe, & certo certius eſt Achaiæ nomine cenſitas fuiſſe Atticam, & Bœotiam, & Phocidem uſque ad Theſſaliam, quod inter alios nos docet Plinius ſecundus lib. 8. epiſt. 24. his verbis: *Cogita, te miſſum in provinciam Achaiam, illam veram & meram Græciam, in qua primum*

mum humanitas, literæ, etiam fruges inventæ. Et paulo poſt: *Athenas eſſe quas adeas, Lacedæmonem eſſe quam regas.* &c. Sed id evenit Achaiæ, quod ſupra Helladi eveniſſe docuimus, ut ſedes mutaret. Nam cum primum id nomen Peloponneſo conveniret primarie & per ſe, ut ſupra demonſtravimus, ecce alio ſeculo ab autoribus pro Græcia ſeptentrionali accipitur, excluſa Peloponneſo, & ſic expreſſe deſcribitur à Ptolomæo Geograph. lib. 3. cap. 15. Nam ſub nomine Achaiæ comprehendit omnes regiones, quæ ab occaſu Epiro, à ſeptentrione Macedonia (in qua Theſſaliam comprehendit) ab oriente Ægæo, à meridie pelago Jonio, ab Acheloo amne per littora ſinus Corinthiaci, Iſthmum & Creticum mare uſque ad Sunium comprehenduntur, & ſic Ætoliam ipſam, Locros utroſque, Phocidem, Bœotiam, Megaridem & Atticam ſub eo nomine includit, excluſa Peloponneſo de qua ſeparatim agit cap. ſequenti ſub titulo *Peloponneſus.* Nunc etiam Peloponneſum ab Achaia diſtinguunt recentiores, ut Dominicus Niger geographiæ ſuæ lib. XI. quod ſequitur Pancirollus in ſua noticia. fol. 69. verſo. Peloponneſum vero, quam ab Achaia diſtinguunt, novo nomine & antiquis incognito *Moream* vocant. In ſumma variavit ejus vocis ſignificatio & ſecundum tempora diverſa extenſa vel reſtricta eſt, mutata etiam aliquando ſede, ſecundum autorum, qui de ea mentionem fecerunt, opinionem; ecce enim Epirotas, ab omnibus fere aliis excluſos, Achæos vocavit Pindarus Nemeor. 7. ſic canit: Ἐὼν ῥ' ἐγγὺς Ἀχαιὸς οὐ μέμψεταί μ' ἀνὴρ Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων. Id eſt: *Achæus enim vir vicinus non quæretur de me, habitans ſupra mare Jonium.* Ubi uno conſenſu ſcholiaſtæ interpretantur Ἠπειρώτης ἢ Δωδωναῖος. At rurſus Antonini Auguſti itinerarium paulo anguſtius Achaiam coërcet, excluſa Æ-

toliæ

tolię parte, ab Eueno fluvio Achaiam ſic incipiens:

Ad Acroceraunia
Phœnicem
Buthrotum
Clycys limen
Actiam Nicopolim.

ACHAIA.

Acheloum fluvium
Delphos.

At Paulus Oroſius, qui tempore Honorii vivebat, rurſus per Achaiam ſolam Peloponneſum intelligit lib. 1: *Achaia undique propemodum cincta eſt mari. Nam ab oriente habet Myrtoum mare, ab Euro mare Creticum, à meridie Jonium, ab Africo & occaſu Cephaleniam & Caſſiopen inſulas, à ſeptentrione ſinum Corinthium, ab Aquilone anguſtum terræ dorſum, quo Macedoniæ conjungitur vel potius Atticæ; qui locus Iſthmos vocatur: ubi eſt Corinthus, habens in Attica ad boream non longe Athenas civitatem.* Sed in ea deſcriptione ſatis ſe prodit ἀγεωγραφητὸν, & loquutus eſt, non ſecundum ſui temporis geographos; ſed ſecundum antiquam Græciæ diviſionem, quæ tempore Polybii ſupra citati obtinebat. Et hæc lectori credo ſufficere debent de Achaiæ ſitu, nomine, & diverſis de ea regione autorum ſententiis.

CAPUT V.

De vocibus Πελασγοὶ, Ἀργεῖοι, Δάναοι *&* Ἀχαιοὶ *collective ſumptis.*

Licet Pelaſgorum nomen ſit procul dubio inter Græcos antiquiſſimum, & nomina Ἀργεῖοι, Ἀχαιοὶ, Δάναοι ſint nomina recentiora, quod pluribus autoritatibus

tibus antiquorum probari poteſt: Tamen quoniam Homerus non eſt uſus ea voce collective pro univerſis Græcis; ſed Pelaſgos dixit eos, qui Dodonem & Theſſaliam habitabant in Europa, & in Aſia eos tantum, qui Lariſſam tenebant, & plura de Pelaſgis nobis dicenda ſunt, quando de gentibus antiquis, quæ Græciam incoluerunt, tractabimus, ad idem caput reſervabimus ea omnia, quæ de Pelaſgorum nomine dicenda forent, & de reliquis tribus vocibus ſupra in titulo hujus capitis diſſeremus. Homerus Græcos univerſos indifferenter, modo Ἀργείους, *Argivos*, modo Ἀχαιοὺς, *Achæos*, modo Δαναοὺς, *Danaos* vocat, & iis vocibus utitur paſſim nullo delectu. Exempla quædam adſcribam: & ut ordine id fiat primum ea ſeligam, in quibus Argivi & Achæi pro eodem populo ſumuntur, ſic igitur Homerus Iliad. Β. verſu. 333.

Ὣς ἔφατ᾽, Ἀργεῖοι δὲ μέγ᾽ ἴαχον ἀμφὶ δὲ νῆες
Σμερδαλέον κονάβησαν ἀυσάντων ὑπ᾽ Ἀχαιῶν. Id eſt:
Sic ait, Argivi autem altum clamarant, circum autem naves.
Terribile quia reſonarunt, clamantibus Achivis.

Et Iliad. Γ. verſu 82.

Ἴσχεσθ᾽ Ἀργεῖοι, μὴ βάλλετε κοῦροι Ἀχαιῶν.
Continete vos Argivi, ne iaculamini filii Achæorum.

Unico verſu duobus nominibus eoſdem alloquitur, & paulo poſt Hector, in medio duorum exercituum ſtans, ſic utroſque alloquitur.

Κέκλυτέ μευ Τρῶες, καὶ εὐκνήμιδες Ἀχαιοί
Μῦθον Ἀλεξάνδροιο, τοῦ εἵνεκα νεῖκος ὄρωρεν.
Ἄλλους μὲν κέλεται Τρῶας καὶ πάντας Ἀχαιοὺς
Τεύχεα καλ᾽ ἀποθέσθαι. Id eſt:
Audite me Troes, & pulchras ſuras habentes Achivi

Sermonem Alexandri, cujus cauſa rixa orta eſt.
Reliquos quidem jubet Troas & omnes Achivos
Arma pulchra deponere.

Manifeſte per omnes Achivos univerſum Græcorum exercitum intelligit, non enim partem tantum eorum ab armis ceſſare petit, quod tutum non fuiſſet, ſed univerſos, quod etiam ex eventu patet; ſoli enim ex omnibus Menelaus & Paris depugnarunt. Sic etiam Iliad. E. verſu 497. Sarpedon Lycios ſuos ad pugnam accendit:

- - - - ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν,
Οἱ δ' ἐλελίχθησαν καὶ ἐναντίοι ἔσταν Ἀχαιῶν,
Ἀργεῖοι δ' ὑπέμειναν ἀολλέες. Id eſt:

Excitavit autem pugnam horrendam. Ii autem converſi ſunt, & adverſi ſteterunt Achivis; Argivi vero eos manebant conferti. Plura poſſem, ſi vacaret Homerum exſcribere, ſed hæc ſatis erunt æquo lectori. Nunc proferam locos, in quibus Achivos & Danaos pro iiſdem ſumit. Ergo. Iliad. E. verſu 379. Venus ob vulnus ei à Diomede illatum quærula ſic aït:

Οὐ γὰρ ἔτι Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνή.
Ἀλλ' ἤδη Δαναοὶ γε καὶ ἀθανάτοισι μάχονται. Id eſt:

Non enim amplius Trojanorum & Achivorum eſt pugna horrenda: ſed idem Danai etiam contra immortales pugnant. Danaos in ſecundo verſu vocat, quos in primo Achivos nominaverat. Et Iliad. M. verſ. 262.

- - - - Ἔλποντο δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν
Ῥήξειν. Οὐδέ νύ πω Δαναοὶ χάζοντο κελεύθου,
Ἀλλ' οἵ γε ῥινοῖσι βοῶν φράξαντες ἐπάλξεις. Id eſt:
- - - - *Sperabant autem murum Achæorum*
Se rupturos. Neque adhuc Danai retrocedebant à via,
Sed pellibus boum munientes pinnas.

Poſtremo etiam Danaos cum Argivis confundit, quod minus

minus mirum: Danaus enim Argis regnavit. Proferam tamen exempla. Igitur. Iliad. Δ. verſu 232. ſic ait:

Καὶ ῥ' οὓς μὲν σπεύδοντας ἴδοι Δαναῶν ταχυπώλων,
Τοὺς μάλα θαρσύνεσκε παριστάμενος ἐπέεσσιν.
Ἀργεῖοι μή πώ τι μεθίετε θούριδος ἀλκῆς. Id eſt:

Et quos quidem properantes viderat Danaorum citos equos habentium. Eos valde obfirmabat aſtans verbis. Argivi ne quid remittite de impetuoſo robore. Et Iliad. Θ. verſu. 227:

Ἤϋσεν δὲ διαπρύσιον, Δαναοῖσι γεγωνώς.
Αἰδὼς Ἀργεῖοι κάκ' ἐλέγχεα. Id eſt:

Clamavit autem fortiter, Danaos increpans. Sit puder ô Argivi mali & probroſi. Aliis etiam pluribus locis eodem genere ſermonis utitur. Sed plura ponere ſuperſedebo, cum ex citatis locis ſatis pateat, quod probare nobis incumbebat. Unicum tamen locum adhuc adſcribam, in quo tres illas voces conjungit & pro eodem ſumit, is eſt Iliad. Δ. verſu 257. ubi Agamemnon Idomeneum & Cretenſes ſic alloquitur:

Ἰδομενεῦ περὶ μέν σε τίω Δαναῶν ταχυπώλων,
Ἠμὲν ἐνὶ πτολέμῳ, ἠδ' ἀλλοίῳ ἐπὶ ἔργῳ,
Ἠδ' ἐν δαίθ', ὅτε πέρ τε γερούσιον αἴθοπα οἶνον
Ἀργείων οἱ ἄριστοι ἐνὶ κρητῆρι κέρωνται.
Εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
Δαιτρὸν πίνωσι. ---- . Id eſt:

Idomeneu equidem te honoro ſupra Danaos citos equos habentes, tum in bello tum in alio opere, & in convivio; quando vetus ſplendens vinum Argivorum optimi in crateribus miſcent. Quamvis enim alii comati Achivi diviſum bibant. ---- Manifeſtum eſt, quos prius Danaos dixit, eos poſtea Argivos, & poſtremo Achæos nominaſſe. Homeri exemplum ſequuti ſunt inferioris ſeculi poëtæ. Æſchylus in Agamemnone pro univerſo Græ-

 corum

corum exercitu dixit: Ἀργείων στρατοῦ, *Argivorum exercitus*: & Ἀργείων στόλος, *Argivorum claſſis*; & Ἀργείων δάκος: *Argivorum morſum*. Sic in eodem ſenſu Achæos nominavit in eodem dramate: Τροίαν Ἀχαιῶν οὖσαν ἢ τορῶς λέγω; Id eſt: *Trojam eſſe Achæorum; num clare dico?* ait nuncius ad Clytemneſtram: & rurſus: Τροίαν Ἀχαιοὶ τῇδ' ἔχουσ' ἐν ἡμέρᾳ. Id eſt: *Troiam Achæi habent in hac ipſa die.* Et Ἀχαιικοῦ στρατοῦ, *Achæi exercitus*. & paulo poſt: χειμῶν' Ἀχαιῶν vocat tempeſtatem, quæ claſſem univerſorum Græcorum afflixit. Sic etiam Sophocles dixit collective in Ajace maſtigaphoro: ὡς πᾶσιν Ἀργείοισιν εἰσιδὼν θρόῃς: *ut omnibus Argivis cum videris inclames*. De Græcorum enim exercitu loquitur. Et paulo poſt: ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ. Id eſt: *tinxiſti enſem bene in Argivorum exercitu*. Sed quos Argivos iis locis, & pluribus aliis vocaverat, poſtea Hellenas vocat, dum ait: μισεῖ δέ με Ἑλλήνων στρατός, *Odit me Hellenum exercitus*. Sic etiam Danaos accepit idem poëta in eodem dramate tribus locis, quorum unicum afferam, eo quod illum ſolum Scholiaſtes interpretatur, ibi chorus ait de Ajace: Οἵαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς αἴθωνος ἀγγελίαν, ἄτλατον οὐδὲ φευκτὴν τῶν μεγάλων Δαναῶν ὑποκληιζομένην. Id eſt: *Quodnam ſignificaſti viri ſplendidi nuntium, intolerandum inevitabile à magnis Danaïs diſſeminatum.* Ad quæ Scholiaſtes ſic: κληιζομένην, φημιζομένην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, οὐ θεόθεν. Id eſt *fama diſperſum* (nuncium) *à Græcis, non divinitus*. Plura ſunt ad manum: ſed tædium lectoris evitare malim, quam ſuperfluis citationibus hanc paginam ad calcem uſque implere. Id paſſim lector ipſe obſervabit apud antiquos autores: ut apud Pindarum, Euripidem & alios. Et locus quidem Pindari dignus eſt, qui aſcribatur, quoniam ejus Scholiaſtes nobis omnino concinit. Pindarus igitur Ariſtodemum

Argi-

Argivum vocat, qui Spartiates, fuit & Dorus Iſthm. 2. Ad quod Scholiaſtes: Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ Σπαρτιάτην ὄντα τὸν Ἀριστόδημον Ἀργεῖον ἔφη· Ἔστι γὰρ παρ᾽ Ὁμήρῳ τὸ τοιοῦτον εὑρεῖν, καὶ γὰρ Ἀργείην Ἑλένην φησὶ, καί τοί γε Λακεδαιμονία ἦν. Id eſt: *Nil mirum autem, ſi Ariſtodemum Argivum dixit, qui Spartiates erat. Et apud Homerum tale quid invenire eſt, Argivam enim Helenam dixit. At certe Lacedemonia erat.* Danaos etiam paſſim vocat collective, pro Græcis idem Pindarus; ſic Olymp. 13: ἐκ Λυκίας δὲ Γλαῦκον ἐλθόντα τρόμεον Δαναοί. Id eſt: *ex Lycia autem Glaucum venientem timebant Danai.* Id eſt: Græci, qui ad Trojam militabant. Sic & Pythiorum 1. de Philoectete ait: ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρσε, τελεύτασέ τε πόνους Δαναοῖς. Id eſt: *Qui Priami urbem vaſtavit, & finem impoſuit laboribus Danaorum.* Talia veterum autorum teſtimonia corradere unicuique obvium eſt, nobis tantum temporis non ſupereſt, ut ex aliorum ſcriptis immenſa volumina conſuere ſatagamus. Si quis Latinorum de hac re teſtimonia requirit, obvia erunt apud Virgilium, Horatium, Ovidium, Propertium, Senecam, Statium, Q. Curtium, Plinium ſecundum, Trebatium, & alios.

CAPUT VI.

De vocibus Ἰάονες *&* Δῶρες *ſeu* Δωριεῖς.

Ἰάονες etiam univerſi Græci dicti ſunt à quibuſdam autoribus Græcis, ſed ſub extraneorum Orientalium perſona. Sic Æſchylus in Perſis Græciam vocat Ἰαόνων γῆν. Sed ex Atoſſæ matris Xerxis perſona, & uxoris Darii & Cyri filia. Sic Ariſtophanes ex perſona Pſeudartabæ Perſam eſſe ſe fingentis, & ſubbarbariſantis (ut ita dicam) ait in Acharnis: οὐ λῆψι χρῦσο χαυνόπρωκτ᾽

ἰάονδω. Quæ verba barbara ſic verti poſſunt: *non aurum accipient laxum culum habentes Jones.* Ad quæ ſic Scholiaſtes ad vocem χαυνοπρώκτοι ſic ait: ὅτι πάντας τοὺς Ἕλληνας ἰάονας οἱ βάρβαροι ἐκάλουν. Id eſt: *quod omnes Græcos Jonas barbari appellabant.* Ergo ea voce collective ſumpta pro Græcis ſoli barbari utebantur, vel qui eorum more loquuti ſunt. Sed Homerus cum dixit: ἔνθαδε Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες. Per Jonas ſolos Athenienſes intellexit, ut notavit Strabo lib 9. De Jonibus vero ſpeciatim ſumptis poſteà dicemus ſuo loco.

Dores etiam dicti ſunt aliquando univerſi Græci, ſed à Latinis poëtis duntaxat, qui eo loquendi genere uſi ſunt, metri ſæpe & commodi ſoni gratia. Sic Virgil. Æneid. 2: *Juvat ire & Dorica caſtra*, pro Græcorum caſtris dixit abuſive, & per temporum πρόληψιν, ceu anticipationem. Nondum enim Dores noti erant tempore quo Ænæas loquebatur. Quos tunc temporis Strabo deſcribit ὀλίγους ὄντας, καὶ τραχυτάτην οἰκοῦντας χώραν. Id eſt: *Paucos numero, & aſperrimam regionem incolentes.* Et in eo videtur erraſſe Virgilius, non enim is ſua, ſed ex Æneæ perſona loquitur. Octuaginta autem ferme annis poſt Trojæ excidium Heraclidæ, aſcitis in auxilium Dorienſibus, Peloponneſum invaſerunt, & inde notum & celebre Doricum nomen evaſit, antea ignotum, utpote ab Homero in Græcorum catalogo, nec in tota Iliade memoratum; nec de eorum pagis, vel urbibus ulla mentione facta. Dorienſes vero inter Cretæ populos annumerat Odyſſ. T. Ergo abuſive Virgilius *Dorica caſtra* Æneam dicentem inducit, pro Græcorum caſtris, ubi multi erant Dores. Non enim eos Homerus prætermiſiſſet; qui tam exactę in catalogo omnium urbium, imo & pagorum, ex quibus collectus fuerat Græcorum exercitus, enumerationem facit. Herodotus antiquitatis

Græcanicæ theſaurus lib. 1. Doricum nomen tum demum cognitum fuiſſe ait, poſt Peloponneſum ab Heraclidis armis occupatum, cum antea Pelaſgorum nomine uſi fuiſſent Dores illi, qui antea Dryopidem regionem, ceu terræ angulum habitabant. Plato vero lib. de legibus 3. poſt reditum à Troja *Fagionem* quendam exulum, qui ad Trojam militaverant, & à ſuis vrbibus expulſi fuerant, Dorum ſive Dorienſium nomen ſibi proprium feciſſe aït à quodam illorum duce Dorico. Virgilii errorem ſequutus Ovidius; *Dorica caſtra* etiam Græcorum exercitum appellavit, & Seneca in Agamemnone: *Doricam claſſem* vocavit univerſam Græcorum claſſem, quæ erat in Aulide: & *Doricam facem* dixit ignem, quo arſerunt Pergama, & pluries in eodem dramate. Sic Statius in Achilleïde, *arma Dorica* in eodem ſenſu uſurpavit. & lib. 2: *Doricam claſſem*, Græcorum ad Trojam exercitum vocavit. Tantum potuit celeberrimi illius poetæ (Virgilii nempe) exemplum, ut poſteriores nullo examine eum ſequuti fuerint, à veritate aberrantem. Similem errorem præcipue in Tragicis de Theſſaliæ nomine notat Vellejus Paterculus lib. 1. nec ferendum eſſe decernit. Hæc ſatis ſint de Græciæ variis nominibus.

CAPUT VII.

De Græciæ antiquæ diviſionibus.

Antequam de Græciæ antiquæ partibus ceu provinciis dicere aggrediamur, conſentaneum videtur, ut de ejus univerſæ generalibus diviſionibus, & ſummariis partitionibus, id eſt, de pluribus modis, quibus tota dividebatur, aliquid dicamus; ut nihil, quoad fieri poteſt, noſtram diligentiam effugiat. Univerſa igitur Græcia

Græcia, cujus ſynopſin initio hujus operis propoſuimus, bifariam diviſa fuit; una, & potior pars, & aliorum veluti mater in Europa; altera in Aſiæ continente ſita fuit. Illa pars, quæ in Europa ἐντὸς Αἰγαίου, *citra Ægæum*. Altera quæ in Aſia πέραν Αἰγαίου, *ultra Ægæum* generaliter dicta fuit. Aliter Europam & Aſiam incolentes Græci dicti ſunt, ut ab Ariſtide in oratione prima περὶ συμμαχίας, *de ſocietate*, τότε τῶν πάντων Ἑλλήνων οὐδεὶς, οὔθ' ὅσοι τὴν Εὐρώπην οἰκοῦσι λέγω, οὔθ' ὅσοι τὴν Ἀσίαν. Id eſt: *tunc omnium Græcorum nemo, neque eorum, qui Europam incolunt, neque eorum, qui Aſiam.* Ea vero diviſio non eſt prioris antiquitatis, habuit enim tantum locum, ex quo Græci Jones, Æoles, & Dores ſub Neleo Codri filio, & aliis ducibus in Aſiam transfretarunt, & ejus littora, pluribus urbibus conditis, occuparunt. (de quo infra fuſius Deo dante) Ex eo tempore ea Aſiæ pars à Græcis habitata ἡ πέραν Αἰγαίου Ἑλλάς. Id eſt: *quæ ultra Ægæum Græcia*, dicta fuit Sic Ariſtoteles. Ἑλλάδα vocavit eas regiones. Ita enim de Athenis loquitur: ὥστε καὶ ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν ἠπείρου προὐβάλλετο ἑτέραν Ἑλλάδα ἀποικον ἑαυτῆς. Id eſt: *Adeo ut in ea quæ oppoſita eſt continente ultra mare ibi propoſuit alteram Græciam, ſuam coloniam.* Sic Plutarchus in Ageſilao: ἥδιστον θέαμα τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἀσίαν Ἕλλησιν ἦσαν. Id eſt: *gratiſſimum ſpectaculum Græcis Aſiam incolentibus erant.* Et inferius in eadem vita: τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας Ἕλληνας βασιλεῖ παραδιδόντες. Id eſt: *Græcos Aſiam incolentes regi prodentes.* Eam autem, quæ ultra Ægæum eſt Græciam, Ariſtides opponit antiquæ, & ſic eam novam Græciam denominari debere cenſere videtur. Is locus extat in Panathenaico: καὶ διεβίβαζεν εἰς τὴν Ἀσίαν τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἀποικίας, συνάπτουσα τὴν γῆν, ὡς μίαν οὖσαν τῇ φύσει, καὶ τὰ πέραν τῆς Ἑλλάδος οὐ κεχωρισμένα, ἕως κατασκεύασε

τὸ ἐπὶ

τὸ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἀντίπρωρον (ὡς οἷόν τε εἰπεῖν) Ἑλλάδι τῇ παλαιᾷ. Id eſt: *Et tranſmiſit in Aſiam multas & magnas colonias, conjungens terram utpote quæ natura una eſt, & quæ ultra Græciam ſunt non ſeparata faciens, donec præparavit id, quod eſt in Aſia, propugnaculum (ut ita dicam) antiquæ Græciæ.* Et in oratione de Ægæo mari: ὥστε μόνον τοῦτο πελαγῶν μέσον εἶναι τῆς πάσης Ἑλλάδος ἄξιον εἰπεῖν, εἴ τις ἓν τοῦτο γένος Ἑλλήνων ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου τιθείη. Id eſt: *Quo fit, ut hoc ſolum inter maria totius Græciæ medium dici mereatur, ſi quis in utraque continente unum genus Græcorum ponat.* Sic & in Monodia de Smyrnæ caſu eam urbem vocat θέατρον τῆς Ἑλλάδος, *Græciæ theatrum.* Eam diviſionem notaverat Pauſanias Heliacorum I: ſed corruptus eſt is locus, & quoniam eget emendatione hîc adſcribetur. Loquitur autem de iis, qui luctam & pancratium eodem die vicerant: Στράτωνος δὲ τούτου πρεῖς μὲν ἡλικίᾳ πρότερον, τέσσαρες δὲ ἄλλοι μετ' αὐτὸν εἰσὶ δῆλοι τὸ κότινον παγκρατίου τε ἆθλα εἰληφότες καὶ πάλης, καὶ πρῶτος μὲν ἐξ αὐτῆς Ἠλίδος. Ἑλλήνων δὲ τῆς πέραν Αἴνου Ῥόδιος δὲ Ἀρισομένης, καὶ Μαγνήτων τῶν ἐπὶ Ληθαίῳ Πρωτοφάνης. Hunc locum corruptum & hiulcum pridem in noſtris criticis exercitationibus emendavimus, & ſic legendum cenſuimus: καὶ πρῶτος μὲν ἐξ αὐτῆς Ἠλίδος Κάπρος, Ἑλλήνων δὲ τῆς πέραν Αἰγαίου, Ῥόδιος Ἀρισομένης, καὶ Μαγνήτων τῶν ἐπὶ Ληθαίῳ Πρωτοφάνης. Id eſt: *Et primus quidem ex ipſa Elide Caprus, Græcorum vero, qui ultra Ægæum, Rhodius Ariſtomenes, & Magnetum, qui ad Lethæum ſunt, Protophanes.* Hujus emendationis rationes evidentiſſimas fuſe protuli in criticis exercitationibus ad Pauſaniam, breviter tamen & hîc lectori ſatisfaciam. Vox Κάπρος manifeſte deeſt, cur enim eum non nominaſſet Pauſanias, cum cæteros proprio nomine notet. Ideo, vel deeſt ea vox, vel pro voce πρῶτος legendum

dum Κάπρος, qui primus poſt Herculem eadem die Pancratii & luctæ bravium adeptus eſt, & ideo famigeratus fuit. Pro πέραν Αἴνου etiam πέραν Αἰγαίου legendum eſt proculdubio. Nam Αἶνος urbs in littore Thraciæ non dividit Græciam. Rhodus & Magneſia reſpectu Elidis & Peloponneſi non ſunt ultra Ænum, quæ ad ſeptentrionem jacet, longe à medio locorum memoratorum, ſed Ægæum intercedit, ideo non eſt dubium, quin Pauſanias ſcripſerit πέραν Αἰγαίου.

Altera Græciæ diviſio, ſed antiquæ, quæ citra Ægæum, eorum erat, qui εἴσω Πυλῶν, *intra Pylas*, ceu *Portas*, & eorum, qui ἔξω Πυλῶν, *extra Pylas* dicebantur. Ea diviſione utitur Demoſthenes in oratione de Corona: Εἰ δ᾽ οἷος ἦν ἐγὼ παρ᾽ ὑμῖν κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ τάξιν, εἷς ἐν ἑκάστῃ τῶν Ἑλληνίδων Πολέων ἀνὴρ ἐγένετο, μᾶλλον δὲ εἰ ἕνα ἄνδρα μόνον Θετταλία, καὶ ἕνα ἄνδρα Ἀρκαδία ταὐτὰ φρονοῦντας ἔσχον ἐμοὶ, οὐδεὶς οὐδὲ τῶν ἔξω Πυλῶν Ἑλλήνων, οὔτε τῶν εἴσω τοῖς παροῦσι κακοῖς ἐνέσχηντ᾽ ἄν. Id eſt: *Si qualis ego eram inter vos ſecundum meum munus, unus in unaquaque civitatum Græcarum vir fuiſſet, imo ſi unum ſolum virum Theſſalia, & unum virum Arcadia ejuſdem mecum ſententiæ habuiſſet, nullus neque eorum, qui extra Pylas ſunt, neque eorum qui ſunt intra, præſentibus malis uſus fuiſſet.* Ea etiam diviſione utitur Plutarchus in Flaminio: Οἱ δὲ ἐντὸς Πυλῶν ἐπόθουν, καὶ διεπτόηντο ταῖς ὁρμαῖς πρὸς τὸν Τίτον. Id eſt: *Græci, qui citra Pylas erant, deſiderabant Titum, & ad eum cum impetu ferebantur.* Et in Demetrio: Ἐπανιὼν δὲ τοὺς ἐντὸς Πυλῶν Ἕλληνας ἠλευθέρου. Id eſt: *In reditu vero Græcos qui intra Pylas ſunt liberos faciebat.* Talem loquendi modum pluries inveniet lector apud autores, ſed hæc ſufficiunt ad noſtrum propoſitum. Altera rurſus ſubdiviſio eorum, qui intra Pylas erant, uſurpatur ab autoribus, ubi Græciæ ea pars ſubdividitur

in τὰ

in τὰ ἐντὸς Ἰσθμοῦ, καὶ τὰ ἐκτός. Id eſt: *In ea, quæ citra Iſthmum, & ea, quæ extra.* Ut apud Strabonem lib. 7. Δρυόπων, καὶ Καυκώνων, καὶ Πελασγῶν, καὶ Λελεγων, καὶ ἄλλων τοιούτων κατανενεμημένων τὰ ἐντὸς Ἰσθμοῦ, καὶ τὰ ἐκτός. Id eſt: *Dryopibus, & Cauconibus, & Pelaſgis, & Lelegibus, & aliis talibus incolentibus ea, quæ ſunt intra Iſthmum, & quæ extra.* Patet autem eſſe ſubdiviſionem eorum, qui erant intra Pylas. Nullam enim eo loco mentionem facit Strabo Theſſalorum, aut Melienſium, aut Macedonum.

Fuit & altera diviſio Græciæ univerſæ reſpectu ad eam partem Italiæ, quæ magna Græcia vocabatur à Latinis, Græcis vero ἡ μεγάλη Ἰωνία. Ejus mentionem fecit Pauſanias in Atticis, ubi de Pyrrho loquitur, qui primus Romanos bello petiit. Sed quoniam non eſt noſtri propoſiti de Italia tractare, de qua fuſe Cluverius, ad eum lector te remittimus.

CAPUT VIII.

De antiquis Græciæ Incolis.

Quinam poſt Noachi diluvium, & gentium diſperſionem in turri Babel factam, Græciam incoluerint, dubitatur, & adhuc ſub judice lis eſt. Nam in nominum, qui in Geneſi extant, interpretationibus, & applicationibus maxime diſſident viri docti. Joſephus, & multi alii Hebræi doctores volunt, Javam Japethi filium Græciam incoluiſſe, & inde nomen Ἰάονες, quo orientales Græcos vocant, factum eſſe. Pugnant vero ipſi Græci, qui ab Jove Xuthi filio multo recentiores Jonas & Joniam dictam volunt, quæ poſtea Achaia dicta eſt. Quatuor habuit filios Javan Japheti filius, *Eliſa, Tharſit, Cittim, Dodanim.* Quidam ex orientalibus

volunt ex Eliſa factam eſſe vocem ΕΛΛΆΣ. Alii, inter quos Joſephus, inde dictos vult Æoles. At doctiſſimus Bochartus in ſuo Phaleg, ab Eliſa formari Elis regio Peloponneſi putat, & de ea re multa nec ſpernenda profert argumenta; eum vide lib. 4. cap. 4. Alii & Hebræorum doctores per *Cittim*, & *Dodanim* Græcos intelligunt, & præcipue Cyprios, (quia in ea inſula urbs fuit Cittium, Zenonis patria) & alias etiam Ægæi inſulas. Et 70. quidem interpretes pro Dodanim, Rodanim legunt, & Rhodios interpretati ſunt. Vocem vero *Cittim* vel *Kitieim*, ſonum ſequuti, κητίους, non Ἑλλώας interpretati ſunt; quod tamen credo feciſſent, ſi illis conſtaſſet, per vocem *Kittieim* ſpiritum ſanctum intellexiſſe Græciam, aut ejus incolas. Ideo credit doctiſſimus Bochartus per Cittim debere intelligi Italiam; eum vide in ſuo Phaleg lib. 4. cap. 5. in ea lite non me interponam, & illud celebre *non liquet* apponam. Homerus certe & omnes alii antiqui autores Græci de ea voce tacuerunt. Sed Homerus Myſos, qui ſub Eurypylo Telephi filio ad Trojam militabant, κητίους vocat & Scholiaſtes interpretatur *Myſos*; optime. Nam Myſorum rex erat Telephus Eurypyli pater; & teſtatur idem Scholiaſtes, Alcæum poëtam antiquum κητῖον poſuiſſe pro Myſo, & eum imitatus Q. Smyrnæus, Myſos κητίους vocavit lib. 6. Κητῖοι τε Τρῶές τε. Sed in quibuſdam impreſſis legitur Κηδεῖοι male, & ex Homero corrigendus eſt is locus; & inde forte eſt, quod Daniel Propheta cap. XI. verſ. 29. & 30. per κιττίους, intelligere videtur Romanos. Non tamen ex eo loco videtur conſtare in Geneſi per κιττίειμ debere intelligi Italos. Nam Daniel ſub Belſatzare, Dario, & Cyro ſcribebat pluribus poſt Telephum & Trojam ſeculis, quiquidem Telephus Myſus Italiæ regnum tenuit, & ſuos Cittios ibi collocavit, qui poſtea mutato nomine

nomine ab eorum rege Latino, Latini dicti ſunt. Id nos docet Cedrenus in ſua ſynopſi pag. 140: edit. regiæ, quod habet procul dubio ex antiquo quodam autore. Ergo Romani à propheta Cittiæi vocati ſunt nomine antiquo, quo Latini prius vocabantur. Quos ita vocatos credo eſſe, poſt Cittiæorum Myſorum cum Telepho transmigrationem pluribus, ante Danielem ſeculis factam. Quod ſi conſtaret Græcos eo nomino intelligi debere, non mirum, ſi Italos, qui ex Pelaſgorum progenio erant, Daniel eodem nomine vocavit. Hieremias certe, qui ante Danielem ſcripſit, ait, ut interpretati ſunt 70 interpretes: διέλθετε εἰς νήσους Χεττιείμ. Id eſt: *Peragrate inſulas Ceſtiorum.* Quod de Ægæi inſulis intelligendum videtur, non enim alibi eſt tanta multitudo inſularum. Et Maccab. lib. 1. cap. 1. diſerte Alexander magnus dicitur egreſſus ἐκ γῆς Κιττιείμ, *è terra Cittiæorum*, & rurſus cap. 8. Philippum & Perſea vocat Κιττιέων βασιλέας, *reges Cittiæorum*, & ibi per Cittieim neceſſario intelligendum eſt Macedonum, qui Græci ab orientalibus cenſiti ſunt. De eo tamen nihil decreverunt 70 interp. quando propriam Hebraïcam vocem Hieremiæ retinuerunt, nec interpretati ſunt νήσους Ἑλλώων, *inſulas Græcorum.* Ideo nec nos aliquid ex eo aſſeveranter affirmabimus, ad tantum antiquitatis abyſſum caligantes. Id ſolum opinamur: ſi Moſes in Geneſi per vocem Χιττιείμ intellexit Græcos, vel Italos, vel utroſque, ita loquutus eſt reſpectu ad generis autorem Cittim, filii Javan. Is forte Orientalium morem ſequutus eſt, nec inde concludi poteſt Græciæ primos incolas eo nomine uſos fuiſſe, & ita appellatos vel à ſeipſis, vel à vicinis, de quo apud eos magnum ſilentium. Ergo quod ad nos, manet incertum priſcorum illorum nomen, & ad inferiora ſecula deſcendet noſtra lucubratio de Græcis antiquis, qui ad Dodo-

nem in Epiro & Theſſalia habitabant. Satis ſupra dictum eſt, nec opus eſt eam crambem recoquere.

CAPUT IX.

De Pelaſgis.

Nunc de Pelaſgis nobis dicendum eſt, quæ gens procul dubio Græcorum antiquiſſima, & quorum nomen ad univerſos fere Græcos pertinet. Nam in omnibus Græciæ partibus habitaverunt, nec aliud nomen inter Græcos univerſalius eſt. Ideo Herodotus Helladem, ceu Græciam, olim Pelaſgiam vocatam ſcribit lib. 2. ſect. 56: Τῆς νῦν Ἑλλάδος, πρότερον δὲ Πελασγίης καλευμένης. Id eſt: *Helladis nunc, prius vero, Pelaſgiæ vocatæ.* & ſect. 58. Τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ...... ἀποσχισθὲν μέν τοι ἀπὸ τοῦ Πελασγικοῦ. Id eſt: *Græca gens ...... Pelaſgicæ veluti fragmentum abſciſſum.* Firmat Thucydides, qui lib. I. aït de Hellade: Δοκεῖ δέ μοι οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασα πω εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὐτὴ, κατὰ ἔθνη δὲ ἄλλα τε καὶ τὸ Πελασγικὸν ἐπὶ πλεῖστον ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι. Id eſt: *Ac ne ipſum quidem hoc nomen (ut mihi videtur) tota adhuc habebat, ſed ante Hellenem Deucalionis filium non habebat eam denominationem, ſecundum gentes vero alias, ſed præcipue* Pelaſgicam *à ſeipſis denominationem præbebant.* Strab. lib. 5: Τοὺς δὲ Πελασγοὺς ὅτι μὲν ἀρχαῖόν τι φῦλον κατὰ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπεπόλασε, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι τοῖς κατὰ τὴν Θετταλίαν ὁμολογοῦσιν ἅπαντες σχεδόν τι. Id eſt: *Pelaſgos autem quod antiqua gens per univerſam Græciam extenſa fuerit, & præcipue apud Æolas Theſſaliæ incolas, apud omnes fere in confeſſo eſt.* Et lib. 7: Οἱ δὲ Πελασγοὶ τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα δυναστευσάντων ἀρχαιότατοι λέγονται. Id eſt:

eſt: *Pelaſgi vero eorum, qui in Græcia dominati ſunt antiquiſſimi cenſentur.* Et lib. 13: Ὅτι δὲ οἱ Πελασγοὶ μέγα ἦν ἔθνος, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης ἱστορίας οὕτως ἐκμαρτυρεῖσθαι φασίν. Id eſt: *Quod autem* Pelaſgi *magna erat natio, etiam ex aliis hiſtoriis teſtificari ajunt.* Ideo Latini poëtæ perſæpe Pelaſgos pro Græcis dixere. Hujus teſtimonia paſſim extant ὅση κόνις Sed ut brevitati ſtudeamus, unicum locum ex antiquiſſimo Latinorum Ennio proferam, in fragmentis enim ſic ait de univerſo Græcorum ad Trojam exercitu:

Cum veſter occubuit Priamus *ſub Marte* Pelaſgo.

Alterum ex Virgilio Æneid. 2. ubi de Trojanis, à Sinone deceptis, ait:

Ignari ſcelerum tantorum artiſque Pelaſgæ.

Ubi Græcos uniuerſos intelligit, & rurſus eod lib.

Ille dolis inſtructus & arte Pelaſga. Id eſt Græca. Eorum nomini & habitationi fines ad ſeptentrionem ponit Iſaacius Tzetzes ad Lycophronem, ad Pharſalum & Lariſſam, eum videſis ad verſum 77. Pudet enim poſt Herodotum, Thucydidem & Strabonem eum allegare. His in Græciæ ſuæ finibus ſe tenuere Pelaſgi, ſed ea egreſſi, per varias Europæ atque Aſiæ regiones longe lateque ſparſi, nomen Pelaſgicum ubique notum fecere. Nam & Macedoniam olim tenuerunt, antequam Macedoniæ, imo antequam Emathiæ nomen innoteſceret, quo tempore Boertia vocabatur is terræ tractus. Ita cenſet Trogus apud Juſtinum lib. 7. ſtatim initio. Sed quando ad Pelaſgos & Juſtinum nos detulit oratio, quinam fuerunt illi Pelaſgi in Perſide vel oriente, quorum poſt mortem Alexandri præfectus fuit Archos, ut legitur apud Juſtinum lib. 13. in catalogo eorum, qui poſt mortem Alexandri præfecturas ſortiti ſunt. Si mihi credis nulli fuerunt, fœdiſſimum mendum eum locum inquinavit

navit, non heri aut à triduo natum, ſed quod jam tempore Eutropii cum occupaverat; niſi quod paulo melius habet Eutropius *Archon Pelaſgos*. At ex Arriano poſſumus medicinam facere huic loco, & in priſtinam ſanitatem reſtituere. Nam inter navarchos, quos in ſua claſſe conſtituit Alexander lib. de Indicis recenſetur Ἄρχων ὁ Κλεινίου, & paulo poſt de eo, & aliis quibuſdam dicit οὗτοι μὲν Πελλαῖοι, erat igitur Archon ille Πελλαῖος, Pellæus, ex Pella oriundus Macedoniæ nobili civitate. Inde natus error, exſcriptor enim auctoris Græci, à quo ſua mutuatus erat Trogus, putaverat Πελλαῖος eſſe nomen populi, cui præficiebatur ille Archon, & nomen notiſſimum Pelaſgos ſubſtituit pro ignoto, & ſic nomen unius præfecturæ intercidit. Nullus alter in toto Alexandri comitatu, præter illum Pellæum, ejus nominis invenitur: ideo non dubito quin apud Juſtinum, pro corruptis *Archos Pelaſgos, Arceſilaus Meſopotamiam* legi debeat, *Archon Pellæus* .... *Arceſilaus Meſopotamiam*. Nomen unius præfecturæ, ut dixi, intercidit, quod ſupplere facile eſt ex Diodoro. lib. 18. pag. 628. editionis Roberti Stephani. Nam ibi recenſet præfecturas, quæ unicuiqe attributæ ſunt poſt Alexandri mortem, & ait: Ἄρχωνι δὲ τὴν Βαβυλονίαν, Ἀρκεσιλάῳ δὲ Μεσοποταμίαν. &c. Id eſt: *Archoni vero Babylonian*, *Arceſilao autem Meſopotamiam*. Præfecturæ vero nomen quod intercidit, non eſt præfecturæ Archonis, ſed Tlepolemi, Caramaniæ ſcilicet. Itaque ſic totus Juſtini locus legendus & diſtinguendus eſt: *Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Caramanos*, *Perſas Peuceſtes*, *Babylonios Archon Pellæus*, *Arceſilaus Meſopotamiam*. &c. Et hæc emendatio firmatur ex eodem Arriano lib. 6. ubi Tlepolemus Caramaniæ præfectus dicitur, & paulo poſt Peuceſtæ Perſarum præfectura tribuitur. ſed ex diverticulo

culo ad noſtrum iter redeamus. Iidem Pelaſgi & Aſiæ littora, & Cretam, & in Italia Picenum, Umbriam, Sabinos, Latium, Tyrrheniam, Adriam, Liguriam, & alia loca incoluere. Si vacaret, id ex diverſis autoribus firmare, nobis facile foret. Sed intra Græciæ noſtræ fines manendum eſt, nec extra propoſiti metas excurrere noſtras lucubrationes patiemur. Pelaſgi nomen ſuum ab autore gentis Pelaſgo acceperunt, quem quidam αὐτόχθονα, *indigenam*, ceu è terra natum, perhibent ob ſummam antiquitatem, in quibus fuit Heſiodus, teſte Apollodoro lib. 2. initio: Ἡσίοδος δὲ τὸν Πελασγὸν αὐτόχθονά φησιν εἶναι. Id eſt: *Heſiodus autem Pelaſgum è terra natum dicit fuiſſe.* Et idem ex eodem Heſiodo aſſerit Servius ad Æneid. 2. ad ſect. 9. ad vocem *Pelaſgi*: *Pelaſgi* (inquit) à *Pelaſgo terræ filio, qui in Arcadia genitus, ut Heſiodus tradit.* Ab Æſchylo melius non αὐτόχθων, *è terra natus*, ſed παλαίχθων, *antiquus terræ habitator* dictus eſt in Supplicibus. Alius vero Pelaſgus ab Apollonii Scholiaſte dictus eſt, Inachi filius ad verſum. 580. & idem ille fuit, qui Lycaonis Arcadiæ regis dictus eſt pater ab Heſiodo in fragmentis ab Leone Allatio publicatis pag. 312.

Υἷεις ἐγένοντο Λυκάονος ἀντιθέοιο
Ὅν ποτε τίκτε Πελασγός.

Et ab Apollodoro lib. 3. & ab Hygino cap. 176. & 225. & à Dionyſio Halicarnaſſeo, qui ex Pherecyde Athenienſi optimo genealogiſta hæc ait: Πεποίηται γὰρ αὐτῷ περὶ τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ βασιλευσάντων ὧδε ὁ λόγος. Πελασγοῦ καὶ Δηιανείρας γίνεται Λυκάων, οὗτος γαμεῖ Κυλλήνην Νηΐδα νύμφην, ἀφ' ἧς τὸ ὄρος ἡ Κυλλήνη καλεῖται. Id eſt: *De iis enim, qui in Arcadia regnaverunt, talis ab eo factus eſt ſermo. Pelaſgo & Dejanira genitus eſt Lycaon, is duxit Cyllenem Najadem Nympham, à qua denominatur mons Cyllene.* Pau-

ſanias etiam in Arcadicis non procul ab initio: Λυκάων ὁ Πελασγοῦ τοσάδε εὗρεν, ἢ ὁ πατὴρ, οἱ σοφώτερα. Id eſt: *Lycaon Pelaſgi filius hæc tam multa invenit ſapientius quam ejus pater.* Alius item fuit Pelaſgus poſterior Phoronei filius, cujus meminerat Hellanicus, teſte Euſtathio, ad Iliad. Γ. verſ. 75. Alius item Pelaſgus una generatione inferior ex Jove & Niobe, Phoronei filia, natus, quam primam fuiſſe mortalem, cum qua Jupiter rem habuerit, dixerat olim Acuſilaus antiquiſſimus autor, referente Tzetze ad Lycophronem verſ. 177. Sed id habet ex Apollodoro, qui ſic lib. 2. Νιόβης τε ϗ Διὸς, ᾗ πρώτῃ γυναικὶ Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη, παῖς Ἄργος ἐγένετο, (ὡς ϗ Ἀκουσίλαός φησι) ϗ Πελασγός. Id eſt: *Ex Niobe & Jove cui primæ mulieri mortali Jupiter mixtus eſt filius Argus natus eſt (ut & Acuſilaus dixit) & Pelaſgus.* Quod idem repetit etiam lib. 3. Conſentit etiam Halicarnaſſeus lib. I. ſic: Φορονέως μὲν Νιόβη γίγνεται, ταύτης δὲ υἱὸς ϗ Διὸς, ὡς λέγεται, Πελασγός. Id eſt: *Ex Phoroneo enim nata eſt Niobe, ejus filius & Jovis, ut fertur, Pelaſgus.* Et inferius eod. libro, pag. 14. Ἦν δὲ ὁ Πελασγὸς ἐκ Διὸς, ὡς λέγεται, ϗ τῆς Νιόβης τῆς Φορονέως, ᾗ πρώτῃ γυναικὶ θνητῇ μίσγεται ὁ Ζεύς. Id eſt: *Erat autem Pelaſgus Jovis filius, ut fertur, & Niobes Phoronei filiæ, cum qua prima muliere mortali rem habuit Jupiter.* Fuit item alius Pelaſgus Arcadis filius recentior, ut ait Heſychius in Πελασγός. Alius item non multo recentior filius Aſopi & Metopes ſecundum Pindarum Olymp. 6. vel Methones ſecundum Diodorum lib. 4. Alius item Neptuni & Lariſſæ filius ſecundum Dionyſium Halicarnaſſ. lib. I. & Apollonii Scholiaſten ad verſ. 580. pag. 27. At Hæmonis & Lariſſæ ſecundum Euſtathium ad Iliad. B. verſ. 683. Alter rurſus Triopæ filius, ut ait Hyginus cap. 225. & Pauſanias in Corinthiacis. Alius filius Areſtoris, Ecbaſi

nepos,

nepos, Argi pronepos, ut ait Stephanus in Parrhaſia: ſed ibi pro Ἐκβάσου legendum eſt Ἰάσου, ſi bene Euripidis Scholiaſtes, qui eum male cum primo autochtone confundit. Melius vero Stephanus, qui eum diſtinguit, & alterum Lycaonis, alterum Areſtoris filium facit ex Charace antiquo autore. Alius Itæmone Argiva muliere natus, Achæi & Phthii frater, quod ait Euſtathius ad Iliad. B. verſu 683. Eundem eſſe credo, quem Apollonii Scholiaſtes pag. 27. ait, Argivum fuiſſe & Theſſaliam migraſſe, & Pelaſgiam appellaſſe. Alius denique Pelaſgus recentior ab Homero memoratur, qui Tenthami filius dicitur, & Lethi pater Iliad. B. verſ. 844. Alius denique Pelaſgus ab Hellanico Lesbio memoratus fuit in Phoronide, cujus & Menippes filius fuit Phraſtor, cujus Amyntor, cujus Teuthaniddes, cujus Navas, quo regnante, Pelaſgi ab Hellenibus pulſi, Italiam petivere, & Thyrreniam habitavere. Id teſtatur Dionyſius Halicarnaſſ. lib. I. Sic illud nobile nomen in primi Pelaſgi poſteris ſæpius repetitum fuit, eam recenſionem forte tædii plenam, neceſſariam eſſe judicavi, ne quis homonymia fallatur. Sed nomen procul dubio indidit genti primus ille & antiquiſſimus Pelaſgus, qui non fuit idem cum Inachi filio, & Lycaonis patre, ſed antiquior procul dubio. Nam epithetum Αὐτόχθων, quo diſtinguitur primus ille Pelaſgus, non dicitur de iis, quorum pater non ignoratur. Primi illius Pelaſgi antiquitatem aſſerit Pauſanias in Arcadicis, ex teſtimonio Aſii poëtæ antiqui, qui genealogias ſcripſerat: Φασὶ δὲ Ἀρκάδες (inquit) ὡς Πελασγὸς γένοιτο ἐν τῇ γῇ ταύτῃ πρῶτος. Id eſt: *ajunt Arcades quod Pelaſgus fuerit natus in ea terra primus.* Et paulo poſt: Πεποίηται δὲ καὶ Ἀσίῳ τάδε εἰς αὐτόν.

Ἀντίθεον δὲ Πελασγὸν ἐν ὑψικόμοισιν ὄρεσσι
Γαῖα μέλαιν' ἀνέδωκεν, ἵνα θνητῶν γένος εἴη.

Id eſt: *Aſius etiam poëta de eo hæc ſcripſit: Diis ſimilem autem* Pelaſgum *in alticomis montibus terra nigra produxit, ut mortalium genus foret.* Sed ex ejus rebus gentis antiquitas magis aſſeritur. Sequitur enim apud Pauſaniam eo loco: Πελασγὸς δὲ βασιλεύσας τοῦτο μὲν ποιήσασθαι καλύβας ἐπενόησεν, ὡς μὴ ῥιγοῦν τε καὶ ὕεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, μηδὲ ὑπὸ τοῦ καύματος ταλαιπωρεῖν, τοῦτο δὲ, τοὺς χιτῶνας τοὺς ἐκ τῶν δερμάτων τῶν ὑῶν, οἷς καὶ νῦν περί τε Εὔβοιαν ἔτι χρῶνται, καὶ ἐν τῇ Φωκίδι, ὁπόσοι βίου σπανίζουσι, οὗτος ἐστὶν ὁ ἐξευρὼν καὶ δὴ καὶ τῶν φύλλων τὰ ἔτι χλωρὰ, καὶ πόας τε καὶ ῥίζας οὐδὲ ἐδωδίμους, ἀλλὰ ὀλετρίους ἐνίας σιτουμένους τοὺς ἀνθρώπους, τούτων μὲν ἔπαυσεν ὁ Πελασγὸς, ὁ δὲ τὸν καρπὸν τῶν δρυῶν, οὐχὶ τῶν πασῶν, ἀλλὰ τὰς βαλάνους τῆς φηγοῦ, τροφὴν ἐξεῦρεν εἶναι. Id eſt: *Pelaſgus quidem regnans primum tuguria facere excogitavit, ne homines frigus & pluvias pati cogerentur, nec caloribus laborarent, tum & tunicas ex corio ſuillo, quibus etiam nunc in Eubœa &* Phocide *utuntur, quibus res eſt anguſta: idem ille eſt, qui invenit ad hæc, cum foliis virentibus herbis & radicibus uſui non utilibus, ſed ſæpe pernicioſis veſcerentur homines, eos à tali cibo ceſſare fecit* Pelaſgus, *ſed victum invenit ex quercuum fructibus, non quidem omnium, ſed ex fagorum glande.* Sequitur deinde Pauſanias: Πελασγοῦ δὲ βασιλεύοντος γίνεσθαι καὶ τῇ χώρᾳ φασὶν ὄνομα Πελασγίαν. Id eſt: *Pelaſgo vero regnante, ajunt vocatum fuiſſe* Pelaſgiam *eam regionem.* Hæc ſummam imo primam antiquitatem redolent, & ideo non dubito aſſerere, nullos ante illum Pelaſgum nomen commune habuiſſe Græciæ noſtræ incolas. Sed qui regebantur ab hoc antiquo Pelaſgo primum Pelaſgos dictos fuiſſe, antiquiſſimos procul dubio Græcorum; quod ex eo patet, quod ii, qui inter Græcos antiquitate ſua gloriabantur, & volebant cenſeri αὐτόχθονες, *è terra nati.* Ægialenſes, dico Arcadas, & Athenien-

ſes

ſes-Pelaſgis erant oriundi. Id nos docet Herodotus lib. 7. ſect. 94. Ἴωνες δὲ ὅσον μὲν χρόνον ἐν Πελοποννήσῳ οἴκεον, τὴν νῦν καλεομένην Ἀχαιΐην, καὶ πρὶν ἢ Δαναόν τε καὶ Ξοῦθον εἰς Πελοπόννησον ἀπικέσθαι (ὡς Ἕλληνες λέγουσι) ἐκαλέοντο Πελασγοὶ Αἰγιαλέες, ἐπὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Ξούθου Ἴωνες. Id eſt: *Jones vero, quo tempore Peloponneſum inhabitavere, & regionem, quæ nunc Achaia vocatur, & antequam Danaus & Xuthus in Peloponneſum veniſſent, vocabantur Pelaſgi Ægialenſes, ſub Jone autem Xuthi filio Iones...* In quo Herodoti loco notandum, Pelaſgos quoſdam Ægialenſes, id eſt, littorales dictos fuiſſe, ad differentiam aliorum, & procul dubio ita dicebantur, eo quod πρὸς αἰγιαλὸν, *ad littus maris* habitabant; cum alii Pelaſgi, à quibus originem ducebant, interiora Peloponneſi, Cyllenem & alios Arcadiæ montes incolerent, ubi Pelaſgus autor gentis & nominis, habitaverat, & natus fuerat, teſte Aſio poëta ſupra citato, & Pherecyde apud Dionyſ. Halicarnaſſeum, ut dictum eſt ſupra. En igitur ex Herodoto vera ratio nominis Ægialenſium, qui à littorali parte Peloponneſi ita vocati ſunt, non vero à fabuloſo illo Ægialeo, quem nobis obtrudunt ex Caſtore chronologi Euſebius, & ex eo Cedrenus, & alii. Sed de eo infra pluribus ſuo loco. Ad firmandam autem Pauſaniæ ſententiam, qui veſtium inventionem Pelaſgo tribuit, facit locus Tertulliani in Pallio, ubi de toga loquitur: *Toga oblata eſt Proh! quantum circummeavit à Pelaſgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, ut ab humeris ſublimioris populi Carthaginenſes complecterentur.* Id non dubito, cum à quodam antiquo autore accepiſſe, quod & de Pauſania dicendum eſt. Athenienſes etiam à Pelaſgis oriundos fuiſſe, ex ejuſdem Herodoto aſſeverare poſſumus, qui lib. 1. ſect. 57. ſic ait: Τὸ Ἀττικὸν ἔθνος ἐὸν Πελασγικὸν, ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας,

καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. Id eſt: *Attica cum Pelaſgica ſit, una cum mutatione facta ad Hellenas, & linguam ſimul dedidicit.* Et lib. 8. ſect. 44. ſic ait: Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πελασγοὶ ὀνομαζόμενοι Κραναοί. ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι. ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν, Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισιν, ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες. Id eſt: *Athenienſes autem, dum Pelaſgi eam, quæ nunc Hellas dicitur, terram incolebant, erant Pelaſgi Cranai cognominati; ſub Cecrope vero rege, Cecropidæ vocati ſunt. Erechtheo vero ſuccedente, Athenienſes denominati fuerunt: Ione vero Xuthi filio Athenienſium exercitus imperatore facto, Iones ab eo dicti ſunt.* En Athenienſes genere & nomine Pelaſgos, quod firmat Scymnus Chius (qui ſub nomine Marciani Heracleotæ prodiit, ut doctis viſum eſt,) eandem ſententiam verſibus expreſſit:

Ἑξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν,
Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον. οἳς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας. Id eſt:

Poſtea Athenas dicunt habitatores accepiſſe, primum quidem Pelaſgos, quos Cranaos vocatos fuiſſe ſermo eſt, poſtea vero Cecropidas. Nec ullus credat de iis Pelaſgis debere intelligi, qui poſtea aliunde venientes, ſub Hymetto & in ipſa Athenarum vicinia habitavere; quos Thucydides Pelaſgos Thyrrenos vocat. lib. 4. Illi enim erant advenæ, & ab Athenienſibus ut alieni, tandem expulſi fuerunt; & multis poſt Trojæ excidium annis id evenit, quo tempore Oreſtis filius Penthilus claſſem habuit in Aulide, ad transfretandum Ægæum, & Lesbum inſulam occupandum: eo quod ab Hibaclidie Peloponneſo pulſus fuerat. Id docet Strabo lib. 9. & Pauſanias in Laconicis, & alii, & inde colligitur id accidiſſe Melan-

tho

tho Athenis regnante. Sed de iis infra fuſius. De Arcadibus, qui antiquitate ſua gloriabantur, & ſeipſos προσελήνους, *antelunares* vocabant, nihil eſt dubii, quin gens Pelaſga fuerit: Nam & Arcas, qui nomen genti dedit, erat ex Pelaſgi illius primi poſteris, Calliſtûs filius, Lycaonis nepos, Pelaſgi pronepos. Et Arcadia olim Pelaſgia vocabatur, ut infra docebimus. Rurſus inter Græcos, antiquiſſimi vocabantur Theſproti, & Moloſſi: Sed & ii Pelaſgi fuere, ſic enim Strabo lib. 7. οἱ δὲ Πελασγοὶ, τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα δυναστευσάντων, ἀρχαιότατοι λέγονται, καὶ ὁ ποιητὴς φησὶν οὕτω. Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικέ. Id eſt: *Pelaſgi vero, eorum qui in Græcia rerum potiti ſunt, antiquiſſimi dicuntur: & poëta ſic ait: Iupiter rex, Dodonæe, Pelaſgice.* Sed diſertius Plutarchus in Pyrrho: Θεσπρωτῶν καὶ Μολοττῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἱστοροῦσι Φαέθοντα βασιλεῦσαι πρῶτον, ἕνα τῶν μετὰ Πελασγοῦ παραγενομένων εἰς τὴν Ἤπειρον. Id eſt: *Theſprotorum & Molottorum poſt diluvium narrant Phaëtontem primum regem fuiſſe, unum ex iis, qui una cum Pelaſgo in Epirum venère.* Quod non eſt intelligendum de illo antiquiſſimo Pelaſgo, qui multo ante Deucalionis diluvium florebat, ſed quodam alio, ex ejus poſteris recentiore. Homerus Pelaſgorum mentionem ſæpe facit, & eos epitheto nobilitavit, δίους, id eſt, *divinos* vocando: quam vocem brevia Scholia interpretantur εὐγενεστάτους. Id eſt: *nobiliſſimos* & jure, quoniam nobilitas in antiquitate gentis conſiſtit. Sed antiquitatem gentis arguunt præcipue multa inventa, quæ iis tribuuntur: primi enim cultum deorum in invocatione & ſacrificiis docuerunt: Herodotus autor lib. 2. ἔθυον δὲ καὶ πάντα πρότερον οἱ Πελασγοὶ θεοῖσιν ἐπευχόμενοι, ὡς ἐγὼ ἐν Δωδώνῃ οἶδα ἀκούσας. Id eſt: *Sacrificaverunt autem omnium primi Pelaſgi, Deos invocantes, ut ego Dodonæ audivi.* Et (quod notandum)

tandum) divinitatem invocabant nullo peculiari nomine alicui deorum indito: nondum enim in Græcia nomina illa fabuloſa deorum colebantur, ut idem Herodotus ibidem ſcribit. Primi oraculum Dodonæ inſtituerunt, ut Heſiodus ait in fragmentis à Leone Allatio publicatis pag. 313. Δωδώνην φηγὸν, Πελασγῶν ἕδρανον ἦεν. Id eſt: *Dodonæa fagus, Pelaſgorum inſtitutum, ceu ſedes fuit.* Sic & Scymnus Chius verſ. 449. ---- ἡ τε Δωδώνη Διὸς μαντεῖον, ἵδρυμα ἐςὶ δ᾽ ὂν Πελασγικόν. Id eſt: *Dodone Iovis oraculum, eſt autem Pelaſgica fundatio.* Sic etiam Strabo lib. 7. id oraculum vocat Πελασγῶν ἵδρυμα. *Pelaſgorum fundationem*, & ex Ephoro id accepiſſe dicit. Illud autem oraculum antiquiſſimum omnium fuiſſe, cenſitum, plures teſtantur, & ſi fides Æſchylo, in Prometheo in vinculis, antiquius erat Inacho, ait enim apud eum Jo Inachi filia de ſuo patre:

> Ὁ δ᾽ ἐς τε Πυθὼ κἀπὶ Δωδώνην σύχνους
> Θεσπρωτοὺς ἴαλλεν, ὡς μάθοι τί χρὴ
> Δρῶντ᾽ ἢ λέγοντα δαίμοσι πράττειν φίλα. Id eſt:

Ille autem Pytho & Dodonem plures oraculi conſultores miſit, ut diſceret, quid ſibi faciendum aut dicendum eſſet, quod diis gratum foret. Sed in eo accuſatur Æſchylus parachroniſmi à Scholiaſte, & jure, quod nondum Inachi tempore fuiſſet oraculum in Græcia conſtitutum ullum, & de Delphico oraculo certe, non poteſt conſtare veritas cum poëtæ verbis: Pythii enim Apollinis oraculum conſtitutum eſt Delphis, poſt Deucalionis diluvium & omnes in eo conſentiunt: Sed Inachus, multo antiquior, & in eo anachroniſmi jure videtur poſtulari. Ut tamen aliquid pro Æſchylo dicam, quis nobis præs eſt nomen loci Πυθὼ, non fuiſſe antiquius Apolline? nam à Πυθὼ, factum eſt Πύθιος, Apollinis cognomen, & ante Apollinem Themis ibi colebatur, & conſulebatur,

quod

quod notum eſt litteratis. Potuit igitur Inachus conſulere Themidis oraculum, antequam Apollo ſuum ibi tripodem conſtituiſſet. Scio quoſdam putaſſe, eum locum ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, id eſt, *putreſcere*, dictum fuiſſe, ob ſerpentis ab Apolline occiſi putrefactionem: Sed alii melius multo, ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, id eſt, *interrogare*, vel *diſcere*, deducunt. Ideo poteſt eſſe illa appellatio etiam Apolline antiquior. Ideo forte non tam in culpa Æſchylus, nec tamen omnino excuſandus, quoniam paulo infra Λοξίαν ejus oraculi autorem facit, quo nomine Apollo, non Themis ſignificatur. De Dodonæo item oraculo ambigitur. Nam, ſi veritati litavit Plutarchus, ſupra citatus, cum dicit poſt diluvium Phaëtontem cum Pelaſgo quodam Theſprotiam & Moloſſiam adiiſſe primum, videtur ad eum Pelaſgum prima oraculi inſtitutio debere tribui, & ſic rurſus foret Aeſchylus in culpa. De antiquitate ejus oraculi diſerte pronunciat Herodotus lib. I. ſect. 51. Τὸ γὰρ δὴ μαντήιον τοῦτο νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων. Id eſt: *Illud autem oraculum, antiquiſſimum omnium eorum, quæ ſunt in Græcia exiſtimatum eſt.* Sed de eo rurſus infra. Primi etiam Pelaſgi inter Græcos uſum litterarum habuerunt, & multo ante Cadmum tempore, qui litteras Phœnicias in Græciam intulit. Id docet Euſtathius ad Iliad. Β. verſ. 841. ubi rationem reddit, cur Homerus Pelaſgos δίους, id eſt, *divinos* vocat. Δίοι δὲ δίοι Πελασγοὶ ποῦ λέγονται, ὡς ἄνωθεν Ἕλληνες, οὓς δὲ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν σῶσαι τὰ στοιχεῖα μόνους τῶν Ἑλλήνων φασί. Id eſt: *propterea & divini Pelaſgi alicubi dicuntur, ut pote, qui origine Græci, quos ajunt diluvii tempore conſervaſſe litteras ſolos Græcorum.* Quod habet procul dubio Euſtathius ex aliquo antiquo autore, qui ejus tempore adhuc extabat. Ideo mirum nobis videtur, Gerardum Joh. Voſſium, talem virum, & qualem

nullum alium doctiorem noſtrum habuit ſeculum, dixiſſe in ſuo de arte grammatica libro 1. pag. 47. *Se non legiſſe ullas fuiſſe in Græcia litteras Cadmæis antiquiores.* Eſt doctiſſimi viri μνημονικὸν σφάλμα, quod notandum, ne viri authoritas aliquos decipiat; nec tamen eo nomine aliquid derogandum eſt tanti viri famæ, quam maximam merito acquiſivit. Euſtathii ſententiam videtur firmare Plinius lib. 7. cap. 56. ubi ait, *Pelaſgos in Latium litteras attuliſſe.* Ideo quotquot habuerunt antiqui Græci & Latini monumenta de rebus ante diluvium Deucalionis, id acceptum ferre debuerunt Pelaſgis, qui earum rerum memoriam in litteris conſervaverant. Sed ſcrupulum injicit Diodorus lib. 3. ubi de Lino narrat, eum primum Phœnicias litteras uſui Græcorum accommodaſſe, & nomina indidiſſe, & characteribus notaſſe. Poſtea ſubjungit: κοινῇ μὲν οὖν γράμματα φοινίκια κληθῆναι, διὰ τὸ παρὰ τοὺς Ἕλληνας ἐκ φοινίκων μετενεχθῆναι, διὰ δὲ τῶν Πελασγῶν πρῶτον χρησαμένων τοῖς μετατεθεῖσι χαρακτῆρσι, Πελασγικὰ προσαγορευθῆναι. Id eſt: *vulgo igitur litteras Phœnicias vocatas fuiſſe, eo quod ad Græcos à Phœnicibus tranſportatæ fuerant, à Pelaſgis autem, qui primi uſi ſunt characteribus illis ſic immutatis, Pelaſgicas appellatas fuiſſe.* Videntur equidem hæc pugnare cum ſupradictis, at non pugnant, nam ex ipſis Diodori verbis patet ante Phœnicias litteras & earum characteres fuiſſe alias antiquiores, alioqui non dixiſſet μετατεθεῖσι χαρακτῆρσι *immutatis characteribus*, quæ verba innuunt, imo probant fuiſſe alios characteres antiquiores ea immutatione: ſed in eo videtur peccare Diodorus, quod dicit, Phœnicias litteras illas Pelaſgicas dictas fuiſſe: Nam ii antiquiores characteres, qui immutati fuerunt, quomodo dicebantur? Si id non docet, imperfecta eſt ejus oratio, & in eo erraret, ſi diceret Phœnicias litteras à Pelaſgis

qui

qui iis uſi ſunt Pelaſgicas vocatas fuiſſe, nam quæ fuiſſet ratio ſic vocandi. Ii ne ſoli iis utebantur, imo cæteri Græci fere omnes. Pelaſgi non fuerant earum inventores ſed Phœnices, ideo Phœniciæ dictæ ſunt. Ea certe non fuit ſententia Diodori, & ſi exacte ejus verba & attente conſiderentur, videntur ejus verba ſecundum ſenſum aliorum auctorum intelligi poſſe, ſic ſcilicet, διὰ δὲ τῶν Πελασγῶν πρώτων χρησαμένων τοῖς μετατεθεῖσι χαρακτῆρσι Πελασγικὰ προσαγορευθῆναι. Id eſt: *Propter Pelaſgos vero, qui prius utebantur characteribus, qui immutati poſtea fuerunt, eas* (priores nempe litteras) *Pelaſgicas appellatas fuiſſe.* Ut ſit ſenſus: Poſtquam litteræ Phœniciæ receptæ ſunt in locum antiquiorum (quæ immutatæ ſunt) & Phœniciæ vocatæ fuerunt, tunc priores illas ad differentiam Phœniciarum Pelaſgicas appellatas fuiſſe: Nam & ipſe Diodorus nos docet lib. 5. ante Cadmum & Phœnicias litteras, Græcos habuiſſe litterarum uſum, ejus hæc ſunt verba: ὕστερον δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι γινομένου κατακλυσμοῦ, καὶ διὰ τὴν ἐπομβρίαν τῶν πλείστων ἀνθρώπων ἀπολυμένων, ὁμοίως τούτοις καὶ τὰ διὰ γραμμάτων ὑπομνήματα συνέβη φθαρῆναι. δι᾽ ἣν αἰτίαν οἱ Αἰγύπτιοι καιρὸν εὔθετον λαβόντες ἐξιδιοποιήσαντο τὰ περὶ τὴν ἀστρολογίαν. καὶ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν ἄγνοιαν μηκέτι τῶν γραμμάτων ἀντιποιουμένων, ἐνίσχυσαν τὸ ὡς αὐτοὶ πρῶτοι τὴν τῶν ἄστρων εὕρεσιν ἐποιήσαντο. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀθηναῖοι, κτίσαντες ἐν Αἰγύπτῳ πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Σάιν, τῆς ὁμοίας ἔτυχον ἀγνοίας διὰ τὸν κατακλυσμόν· δι᾽ ἃς αἰτίας πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς Κάδμος ὁ Ἀγήνορος ἐκ τῆς Φοινίκης πρῶτος ὑπελήφθη κομίσαι γράμματα εἰς τὴν Ἑλλάδα. Id eſt: *Poſtea vero, facto apud Græcos diluvio, & propter imbres hominibus pluribus extinctis, cum iis & monumenta litterarum perdita fuiſſe, unde Ægyptii occaſionem nacti, ſibi arrogaverunt aſtrologiam, & Græcis ob ignorantiam concedentibus, ſibi vendicaverunt aſtrorum inven-*

inventionem, & ſimiliter Athenienſes, qui condiderant in Ægypto urbem nomine Saïn, in ſimilem ignorantiam inciderunt ob diluvium. Hic inſignis locus commentarii vicem exhibet ad ſuperius citatum locum, & omnino firmat noſtram ultimam interpretationem, quam magis firmant ea, quæ continuo ſequuntur apud eundem: καὶ ἀπ' ἐκείνου τὸ λοιπὸν οἱ Ἕλληνες ἔδοξαν ἀεί τι προσευρίσκειν περὶ τῶν γραμμάτων κοινῆς τινὸς ἀγνοίας κατισχούσης τοὺς Ἕλληνας. Id eſt: *Ab eo* (Cadmo) *in poſterum Græci viſi ſunt ſemper aliquid novi inveniſſe circa litteras, communi quadam ignorantia eos occupante.* Ecce, ignorantiam vocat eorum opinionem, qui putabant, Cadmum uſum litterarum in Græciam attuliſſe: Nec his contentus Diodorus in alio rurſus loco derogat fidem iis, qui aſſerebant Cadmum, & Phœnicios primos, uſum litterarum docuiſſe Græcos: ſic enim eod. lib 5 pag. 235. de Cretenſibus aït: Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας ὅτι Σύροι μὲν εὑρεταὶ τῶν γραμμάτων εἰσὶ, παρὰ δὲ τούτων Φοίνικας μαθόντας τοῖς Ἕλλησι παραδεδώκασι. οὗτοι δὲ εἰσὶν οἱ μετὰ Κάδμου πλεύσαντες εἰς τὴν Εὐρώπην, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς Ἕλληνας τὰ γράμματα Φοινίκια προσαγορεύειν Φασὶ τοὺς Φοίνικας, οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὑρεῖν, ἀλλὰ τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων μεταθεῖναι μόνον, καὶ τῇ γραφῇ ταύτῃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων χρήσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο τυχεῖν τῆς προειρημένης προσηγορίας. Id eſt: *Dicentibus autem, quod Syri inventores ſunt litterarum, & Phœnicas ab iis diſcentes Græcis tradidiſſe, ſcilicet eos, qui cum Cadmo navibus in Europam venere, & ideo Græcos litteras* Phœnicias *vocare, reſpondent* Phœnicas *eas ab initio non inveniſſe, ſed litterarum typos ſolum mutaviſſe, & cum iis typis plures gentes uſæ fuiſſent, ideo eam habuiſſe appellationem.* Et de litteris ſatis dictum ſit. Pelaſgi etiam primi docuere homines uſum glandis, ut ex Pauſania ſupra docuimus, & hæc ſatis ſint de ejus gentis nobilitate & inventis.

Nunc

Nunc de locis, ubi primum innotuere, & unde orti in alias regiones ſparſi fuerint, aliquid dicendum eſt. Et in eo omnes fere conſentiunt, in Peloponneſo fuiſſe antiquiſſimam eorum originem: & Dionyſius Halicarnaſſeus videtur putare eos primum in Argolico agro habitaſſe: ἦν γὰρ δὴ καὶ τὸ τῶν Πελασγῶν γένος Ἑλληνικὸν ἐκ Πελοποννήσου τὸ ἀρχαῖον. Id eſt: *Erat enim & Pelaſgorum gens Græca ex Peloponneſo antiquitus.* Et paulo poſt: Πρῶτον μὲν γὰρ περὶ τὸ καλούμενον νῦν Ἀχαϊκὸν Ἄργος ᾤκησαν αὐτόχθονες, ὡς οἱ πολλοὶ περὶ αὐτῶν λέγουσι. Id eſt: *Primum enim circa Argos Achaïcum vocatum habitavere indidem nati, ut plerique de iis dicunt.* Sed eam opinionem mihi videtur amplecti, eo quod Pelaſgus quidam ex Niobe Phoronei genitus erat Argivi regis. At aliorum mihi videtur potior ſententia, qui in montibus Arcadiæ ortos & locis circa Cyllenem putant: Nam & ipſe Halicarnaſſeus Lycaonis Pelaſgi filii Cyllenem facit uxorem, à qua Cyllenem montem denominatum fuiſſe volunt. Dionyſius etiam Periegetes eos Cyllene oriundos facit verſu 34.

- - - - Ἐπὶ δέ σφισι φῦλα Πελασγῶν
Οἵ ποτε Κυλλήνηθεν ἐφ' Ἑσπερίην ἅλα βάντες,
Αὐτόθι νηήσαντο σὺν ἀνδράσι Τυῤῥηνοῖσι. Id eſt:

Et cum iis Pelaſgorum tribus, qui quondam Cyllene profecti mare Heſperium ſulcantes, ibi habitarunt cum viris Tyrrhenis: Quam ſententiam & ipſa verba ſequutus eſt autor epigrammatis veteris, quod extat in colectione epigrammatum pag. 373.

- - - - *Juxtaque Pelaſgi*
Cyllenes quondam propria qui ſede relicta,
Tyrrhenis ſocias petierunt navibus arces.

Tum ratio prorſus ſuadet. Primi enim, qui poſt Noachi diluvium diverſas incoluere terras ob diluvii alte-

rius timorem, montes potius, quam littora in habitaverunt. Tum ratio victus antiquorum Pelaſgorum, qui glande veſcebantur, montanam habitationem requirit, non littoralem, quæ magis apta iis, qui piſcibus utebantur. Tum Arcadia peculiariter olim dicta fuit Pelaſgia, unde in totam Peloponneſum appellatio fluxit, quoniam in omnes ejus partes ſparſi ſunt: poſtea Pelaſgi, poſtquam dempto diluvii metu, & ejus memoria ſeneſcente, è montibus in plana, & inde in littora auſi ſunt deſcendere. Adde, quod omnes Arcadiæ urbes, oppida & pagi, à filiis Lycaonis, Pelaſgi filii condita, & de eorum nomine appellata dicuntur, quorum catalogum videſis apud Pauſaniam in Arcadicis, & de quibus infra particulatim nobis dicendum erit. His rationibus & autoritatibus motus originem primam Pelaſgorum fuiſſe ex ea regione, quæ prius Pelaſgia, poſtea Arcadia nominata eſt ab Arcade Lycaonis nepote, & eorum primam habitationem montanam fuiſſe, non campeſtrem, aut littoralem. De eorum lingua, quando Herodotus de ea ſibi non liquere dixit, aliquid affirmare temerarium foret: Sic enim ille lib. I. ſect. 57. Ἥντινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν. Id eſt: *Qua autem lingua uſi fuerint Pelaſgi, non poſſum pro certo affirmare.* Et poſtea ex conjecturis ait: εἰ τούτοισι τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. Id eſt: *Si ex his conjecturis licet dicere, Pelaſgi barbare loquebantur:* Sed ſibi videtur contradicere Herodotus, nam ſubjicit: εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτον τὸ Πελασγικὸν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος ἐὸν Πελασγικὸν, ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. Id eſt: *Si igitur tale erat totum genus Pelaſgicum, Attica gens* Pelaſgica *cum ſit, una cum tranſitione ad Hellenas, & linguam dedidicit:* Sed tamen, ſi Attica gens fuerit Pelaſgica, &

Helle-

Hellenes etiam Pelaſgi (ut ait paulo poſt Herodotus) non multum diverſa lingua uti debebant Hellenes & Attici, ideo neque in eo magna mutatio facta eſt. Ergo ſi poſt Herodotum conjecturis licet agere, putarem non omnino barbaram & ſub Hellene non alienam linguam habuiſſe Pelaſgos. Etenim omnes, quæ à Pelaſgis ortæ fuerunt gentes, ſola dialecto diverſæ, eadem lingua uſæ ſunt: & quando Arcadas olim lingua Æolica uſos fuiſſe aſſerit Strabo lib. 8. non aliunde eam videntur habuiſſe, quam à majoribus ſuis Pelaſgis. Arcades enim minime omnium Græcorum commercia cum exteris exercebant, quæ ſæpe cauſa ſunt mutandi ſermonis. Sed nec Hellenes etiam aliunde ſuas voces ſumpſiſſe videntur, quam ab eorum etiam majoribus Pelaſgis. Ideo Æolica dialectus obtinuit maxime, ubi regnaverunt Æoli poſteri, à quo illa dialectus appellata fuit, & qua uſos fuiſſe priſcos Arcadas Strabonem dicentem ſupra induximus. Nec mirum, ſi Pelaſgi Creſtonem habitantes linguam ſuam dedidiciſſent, pauci inter barbaros degentes. Sed de eo nihil affirmare auſim, & illud ſolenne ἐπέχω uſurpabo. Nunc de eorum moribus & vitæ inſtituto aliquid breviter dicendum eſt, etſi ab antiquiſſimis Peloponneſi habitatoribus, & qui antequam Pelaſgum nomen in ea regione innotuiſſet, eam incolebant, repetenda eſt rerum memoria. Mnaſeas Patrenſis, qui Europica ſcripſerat, ſatis celebris & antiquus autor, ait apud Pindari Scholiaſten, priſcos Peloponneſi incolas ferino more ſine veſtibus degiſſe, & humanis carnibus etiam veſci ſolitos fuiſſe, quod hodierna experientia gentium Americanarum vetat nos mirari. Locus ille Mnaſeæ aſcribendus, non enim alibi id invenire eſt. Sic igitur Pindari Scholiaſtes ad Pythior. 4. ἔνιοι δὲ τὰς περὶ τὰ ἱερὰ διαπλεύσας νύμφας Μελίσσας ἔλεγον, περὶ ὧν Μνάσεας ὁ Πατρεὺς ἀφηγεῖται

γεῖται λέγων. ὡς αὗται κατέπαυσαν σαρκοφαγοῦντας τοὺς ἀνθρώπους, πείσασθαι τῇ ἀπὸ δένδρων χρῆσθαι τροφῇ. καθ᾽ ὃν καιρὸν καὶ Μέλισσα μία τις αὐτῶν κηρία μελισσῶν εὑροῦσα πρώτη ἔφαγε, καὶ ὕδατι μίξασα ἔπιε, καὶ τὰς ἄλλας δὲ ἐδίδαξε, καὶ τὰ ζῶα μελίσσας ἐξ ἑαυτῆς ἐκάλεσε, καὶ φυλακὴν πλείστην ἐποιήσατο, ταῦτα δὲ φησὶν ἐν Πελοποννήσῳ γενέσθαι. ἄνευ γὰρ νυμφῶν οὔτε Δήμητρος ἱερὸν τιμᾶται, διὰ τὸ ταύτας πρώτας καρπὸν ἀποδεῖξαι, καὶ τῆς ἀλληλοφαγίας παῦσαι καὶ περιβλήματα χάριν αἰδοῦς ἐξ ὕλης ἐπινοῆσαι. Id eſt: *Quidam vero nymphas, quæ circa ſacra verſabantur Meliſſas dixerunt, de quibus Mnaſeas Patareus tractat, dicens, quod eæ homines ceſſare fecerunt à carne voranda, & iis perſuaſiſſe ut uterentur cibo ex arboribus quæſito, eo tempore quo Meliſſa una ex iis, favos apium cum inveniſſet, prima eos edit & aquam admiſcens bibit & alias* (nymphas) *docuit, & ea animalia meliſſas ſuo nomine appellavit, & earum curam multam geſſit, ea autem dixit in Peloponneſo facta fuiſſe: nam ſine nymphis Cereris templum non colitur, eo quod ipſæ primæ fruges monſtraverant, & mutuam hominum vorationem ceſſare fecerant, & veſtes ex libro (vel ex pilis) facere verecundiæ gratia excogitaverant.* In hoc loco Mnaſeas Nymphis attribuit, quod Pelaſgo tribuiſſe alios Pauſaniam narrantem ſupra citavimus. Sed facile eſt id conciliare. Nam ut Numa Egeriæ nymphæ autoritate ſe facere omnia venditabat, ut ſibi & ſuis legibus venerationem conciliaret, & ſicut Minos Cretenſis ſe à Jove leges ſuas accipere fingebat, quem in quodam antro ſè conſulere fingebat, ut obſervarentur: & ut Lycurgus Laco Apollinem Delphicum ſuorum inſtitutorum autorem mentiebatur. Sic ut credere eſt, Pelaſgus nympharum concilio apud ſtolidum vulgus gloriabatur, & leges ſuas ad nymphas referebat. Sic igitur barbaris moribus utebantur Peloponneſi priſci incolæ quibus finem impoſuit

ſuit

ſuit Pelaſgus ille primus famigeratus, & ad mitiorem vitam populum ſibi audientem traduxit, qui ab eo Pelaſgi poſtea dicti fuerunt, quos patet ex ſupradictis poſtea cultui Deorum addictos fuiſſe, & religioſos, quando & Deorum invocationes & ſacrificia homines docuerunt, & oracula condiderunt, ut demonſtratum eſt. Sed & Samthracas ab iis ſua ſacra accepiſſe, & Athenienſes ſuos hermas, Herodotus aſſerit. lib. 2. ſect. 51. Ὅςις δὲ τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται, τὰ Σαμοθρήικες ἐπιτελεῦσι λαβόντες παρὰ Πελασγῶν, οὗτος ὡνὴρ οἶδε τὰ λέγω. τὴν γὰρ Σαμοθρηΐκην οἴκεον πρότερον Πελασγοὶ οὗτοι, τοίπερ Ἀθηναίοισι σύνοικοι ἐγένοντο, καὶ παρὰ τούτων Σαμοθρήικες τὰ ὄργια παραλαμβάνουσι, ὀρθὰ ὦν ἔχειν τὰ αἰδοῖα τἀγάλματα τοῦ Ἑρμέω, Ἀθηναῖοι πρῶτοι Ἑλλήνων παρὰ Πελασγῶν μαθόντες ἐποιήσαντο. Id eſt: *Quiſquis autem ſacris Cabirorum initiatus eſt, quæ Samothraces celebrant, ut à* Pelaſgis *acceperunt, ille novit ea, quæ dico. Samothraciam enim habitaverunt primum* Pelaſgi *illi, qui cum Athenienſibus domicilia habuerunt, & ab iis Samothraces orgia accepere: erecta igitur virilia habentes Hermas Athenienſes primi à* Pelaſgis *docti fecerunt.* Cæterum gens Pelaſga fuit errabunda valde & vaga, ut docet idem Herodotus lib. 1. ſect. 56. dum vocat τὸ Πελασγικὸν πολυπλάνητον κάρτα. Id eſt: *Vagabundum maxime.* Sæpiſſime enim ſedes novas affectavere vitæ inſtituto. Sic de illis loquitur Halicarnaſſeus lib. 1: ἦν γὰρ δὴ καὶ τὸ Πελασγῶν γένος Ἑλληνικὸν ἐκ Πελοποννήσου τὸ ἀρχαῖον, ἐχρήσατο δὲ τύχαις δυσπότμοις, εἰς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μάλιστα δ' εἰς τὴν πολύπλανον τε καὶ οὐδενὸς τόπου βεβαίου οἴκησιν. Id eſt: *Erat enim certe* Pelaſgorum *gens Græca ex* Peloponneſo *ex antiquo orta, ſed fortuna infœlici uſa eſt in aliis rebus quidem, ſed præcipue eo, quod errones fuere & nullius loci firmam poſſeſſionem obtinuerunt.* Eorum deinde mutationes recenſet. Sed in eo

H fallitur

fallitur meo judicio Halicarnaſſeus, quod infortunatos cenſet Pelaſgos, eo, quod ſedes mutaverunt ſæpe & iiſdem agris immorari non ſuſtinebant, ſed varias & longinquas etiam regiones accedentes, diverſas terras occupaverunt, & veluti totius mundi cives facti ſunt; non addicti glebæ ſemper eidem. Imo in eo certe eſt eorum gloria, quod domi non deſides, alias terras ſibi acquirere ſatagebant. Non enim unquam ſolo patrio, id eſt, Arcadia, pulſos fuiſſe invenimus, imo ſemper in ea inviolati manſerunt, & ſoli Arcades, Pelaſgorum vera progenies, in Peloponneſum irrumpentibus Heraclidis, ſolo non ceſſere. Quænam igitur cauſa fuit erroris & peregrinationum? πολυανδρία credo & abundantia juventutis, quam ſolum natale non capiebat. Ideo plures expeditiones, & in Græciæ diverſas partes, & extra Græciæ fines fecerunt, & nomen Pelaſgicum ubique notum & celebre reddiderunt. Eorum jam à Deucalionis tempore expeditiones & domicilia diverſa narrat Herodotus lib. I. Ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλῆος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν· ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος τὴν ὑπὸ τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Ὄλυμπον χώρην, καλεομένην δὲ Ἱστιαιῶτιν. ἐκ δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, οἴκεεν ἐν Πίνδῳ Μακεδνὸν καλεόμενον. ἐνθεῦτεν δὲ αὖτις ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωρικὸν ἐκλήθη. Id eſt: *Etenim ſub Deucalione rege terram Phtiotin habitabat, tempore vero Dori filii Hellenis, regionem, quæ ſub Oſſa & Olympo, quæ Hiſtiæotis vocabatur: à Cadmeis pulſi vero Hiſtiæotide, habitavit Macednum vocatum in Pindo monte: deinde rurſus tranſiit in Dryopidem, & ex Dryopide in Peloponneſum veniens, Dorienſes vocati ſunt.* Ex hoc loco diſcimus Dores, qui cum Heraclidis Peloponneſum occuparunt, Pelaſgos etiam origine fuiſſe. De gente Pelaſgica loquitur Trogus apud Juſtinum libri. 7. initio: *Mace-*

Macedonia ante à nomine Emathionis regis, cujus prima virtutis experimenta in iis locis extant, Emathia cognominata eſt. Hujus ſicut incrementa modica, ita termini peranguſti fuere, Populus Pelaſgus, regio Bœotia dicebatur. En Macedones à Pelaſgis oriundi. Sed fuſius ea perſequitur Dionyſius Halicarnaſſeus, quem audire eſt operæ pretium. Sic igitur ille lib. 1. Ἕκτη δὲ ὕστερον γενεᾷ Πελοπόννησον ἐκλιπόντες, εἰς τὴν τότε μὲν Αἱμονίαν, νῦν δὲ Θεσσαλίαν ὀνομαζομένην μετανέστησαν· ἡγοῦντο δὲ τῆς ἀποικίας Ἀχαιὸς καὶ Φθῖος καὶ Πελασγὸς, οἱ Λαρίσσης καὶ Ποσειδῶνος υἱοὶ. ἀφικόμενοι δὲ εἰς τὴν Αἱμονίαν, τοὺς τε κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ βαρβάρους ἐξελαύνουσι, καὶ νέμονται τὴν χώραν τριχῇ, τοῖς ἡγεμόσι ποιήσαντες ὁμωνύμους τὰς χώρας. Id eſt: *Sexta poſt ætate relinquentes Peloponneſum, migraverunt in Hæmoniam, nunc mutato nomine dictam Theſſaliam: duces autem ejus coloniæ fuerunt Achæus, Phthius & Pelaſgus, Lariſſæ & Neptuni filii: ut vero in Hæmoniam ventum eſt, pulſis inde cultoribus barbaris, regionem in tres partes dividunt, appellatas ex ſuorum ducum nomine, Phthiotin & Achajam & Pelaſgiotin.* Narrat deinde pluribus idem autor, quomodo bello vexati à Curetibus & Lelegibus, ſolum verterunt, & alii Cretam (quod Diodor. firmat. lib. 5. & eos primos poſt autochthonas partem inſulæ occupaſſe) alii Cycladas; alii Olympi & Oſſæ vicina loca & Hiſtiæotim habitaverunt, alii Bœotiam, Phocidem & Eubœam migravere, alii vero in Aſiam trajicientes maritima circa Helleſpontum loca incoluerunt, ut & adjacentes inſulas, & præcipue Lesbum. Plures vero per mediterranea loca ad tribules ſuos Dodonæos ſe contulerunt, unde poſtea in Italiam transfretarunt. Locum vide apud eum autorem, eſt enim prolixior quam hic aſcribi debeat: Sed Diodori locus non eſt prætermittendus de Lesbo inſula lib. 5. Ἐρήμου δὲ οὔσης Πελασγοὺς κατασχεῖν αὐτὴν,

τοίῳ δὲ τινὶ τρόπῳ. Ξανθὸς ὁ Τριώπου τοῦ ἐξ Ἄργους Πελασγῶν βασιλεύων καὶ κατασχὼν μέρος τι τῆς Λυκίας, τὸ μὲν πρῶτον ἐν αὐτῇ κατοικῶν ἐβασίλευσε τῶν συνακολουθησάντων Πελασγῶν. ὕστερον δὲ περαιωθεὶς εἰς τὴν Λέσβον, οὖσαν ἔρημον τὴν μὲν χώραν, τοῖς λαοῖς ἐμέρισε, τὴν δὲ νῆσον..... Πελασγίαν ὠνόμασε, τὸ πρὸ τοῦ καλουμένην Ἴσσαν. Id eſt: *Eam, deſerta cum eſſet, occupaſſe Pelaſgos, hoc modo: Xanthus Triopæ filius, Pelaſgorum, qui ex Argo migraverant rex, partem quandam Lyciæ obtinens, primum quidem ibi habitans, & qui ſequuti illum fuerant, Pelaſgis imperitabat: tandem autem, cum transfretaſſet in Lesbum, deſertam regionem inter ſuos populos diviſit, inſulam vero ..... Pelaſgiam nominavit, quæ prius Iſa vocabatur.* Sed ſi tales migrationes miſeræ ſunt, ut vult Halicarnaſſeus, miſerimi olim Galli majores noſtri, qui uſque in Aſiam, poſt multos errores, armis victricibus penetraſſe hiſtoriæ omnes teſtantur, & hoc ſeculo miſerimi Tartari & Arabes, qui nomadice vivunt, & ſedes identidem mutantes, non ſe miſeros exiſtimant, & id genus vitæ Attalicis conditionibus mutare recuſarent. Tum plerique ex Pelaſgis ſedes firmas & ſtabiles ſibi fixerunt. Quando ſupra demonſtravimus Hellenas, Theſſalos, & Athenienſes, & Ægialenſes, & multos alios populos fuiſſe Pelaſgorum ἀποικίας (ut verbo Herodoti utar), maris etiam aliquando imperium affectaverunt & habuerunt, quod neceſſarium erat iis, qui in Aſiam, in Cretam, & Italiam transfretare volebant, & id quidem non ſemel obtinuerunt; nam & Euſtathius ad Dionyſium ſic ait: λέγονται δὲ τινὲς τῶν Πελασγῶν καὶ θαλασσοκρατῆσαι γενναίως ἔτη πέ. Id eſt: *Dicuntur etiam aliqui ex Pelaſgis imperium maris obtinuiſſe generoſe annis octuaginta quinque.* Georgius vero Syncellus in ſua Chronographia. pag. 180. ſine anni certa notatione ſic habet: Πελασγοί. β. ἐθαλασσο-

κρατη-

κεάτησαν ἔτη π έ. Id eſt: *Pelaſgi iterum imperium maris obtinuerunt per annos* 85. Muſicæ peritos fuiſſe Pelaſgos nemo dixit. Sed quando Arcades celebrati ſunt, ut muſicæ addictiſſimi, de quo extat apud Polybium lib. 4. pulcherrima diſſertatio. Non eſt dubitandum, Pelaſgos, eorum patres, in ea ſe exercuiſſe, poſtquam ad civiliorem vitam aſpiraverunt. Nam Arcadas Pelaſgos parum arationi deditos fuiſſe, arguit victus ratio; nam & βαλανηφάγοι ab oraculo dicti ſunt, id eſt: *glandes edentes*, *ceu glandivori.* At qui glande veſci ſolebant, non multam de frugibus ſerendis habuiſſe curam, ſed potius pecuariam exercuiſſe, & paſtoralem vitam egiſſe, conſentaneum eſt credere. At qui eo vitæ inſtituto utuntur, muſicæ ut plurimum dediti ſunt, eo quod otio abundant, & ideo Virgilius in Bucolicis paſtores Arcadas inducit cantanantes:

- - - - Arcades ambo
Et cantare pares & reſpondere parati.

Et fere omnes, qui fabulas paſtorales ſcripſerunt, ſcenam in Arcadia fecerunt, ut inter Italos Sannazarius, Grottus, Torquatus Taſſus, Guarinus, & alii. Inter Anglos Philippus Sidneus. Sic & hodie audio Hibernos, qui pecuariam exercent, muſicæ deditos, & triangulari cithara (quam vocamus harpe) plerumque ſe oblectare ſolere, unde ajunt inſignia regni Hiberniæ fuiſſe olim & eſſe adhuc tale muſicum inſtrumentum.

CAPUT X.

De Lelegibus.

Nunc de Lelegibus dicendum eſt. Nam quamvis eam gentem barbaram vocaverit Heſychius, id non vetat, quin inter Græcos antiquiores cenſeri debeant. Nam olim pleræque Græciæ partes à barbaris habitatæ, & cultæ fuerunt. De eo inſignis eſt Strabonis locus lib. 7. ubi Hecatæum Mileſium, hiſtoricum Herodoto antiquiorem, citat his verbis: Ἑκαταῖος μὲν οὖν ὁ Μιλήσιος περὶ τῆς Πελοποννήσου φησὶν ὅτι πρὸ τῶν Ἑλλήνων ᾤκησαν αὐτὴν βάρβαροι. σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ σύμπασα Ἑλλὰς κατοικία βαρβάρων ὑπῆρξε τὸ παλαιὸν ἀπ' αὐτῶν λογιζομένοις τῶν μνημονευομένων. Πέλοπος μὲν ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπαγομένου λαὸν εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Πελοπόννησον. Δαναοῦ δὲ ἐξ Αἰγύπτου. Δρυόπων τε καὶ Καυκώνων, καὶ Πελασγῶν, καὶ Λελέγων, καὶ ἄλλων τοιούτων κατανειμαμένων τὰ ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ τὰ ἐκτὸς δέ. τὴν μὲν γὰρ Ἀττικὴν οἱ μετ' Εὐμόλπου Θρᾷκες ἔσχον. τῆς δὲ Φωκίδος τὴν Δαυλίδα Τηρεύς. τὴν δὲ Καδμείαν, οἱ μετὰ Κάδμου Φοίνικες. αὐτὴν δὲ τὴν Βοιωτίαν Ἄονες καὶ Τέμβικες καὶ Ὕαντες, ὡς καὶ Πίνδαρος φησίν. Ἦν ὅτε Ὕας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον. Καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δὲ ἐνίων τὸ βάρβαρον ἐμφαίνεται, Κέκροψ, καὶ Κόδρος, καὶ Αἴκλος, καὶ Κόθος, καὶ Δρύμας, καὶ Κρινανός. Οἱ δὲ Θρᾷκες, καὶ Ἰλλυριοί, καὶ Ἠπειρῶται, καὶ μέχρι νῦν ἐν πλευραῖς εἰσιν, ἔτι μέντοι μᾶλλον ἢ νῦν. ὅπου γε καὶ τῆς ἐν τῷ παρόντι Ἑλλάδος ἀναντιλέκτου οὔσης, τὴν πολλὴν οἱ βάρβαροι ἔχουσι. Μακεδονίαν μὲν Θρᾷκες καὶ τινὰ μέρη τῆς Θετταλίας. Ἀκαρνανίας δὲ καὶ Αἰτωλίας ἄνω, Θεσπρωτοί, καὶ Κασσωπαῖοι, καὶ Ἀμφίλοχοι, καὶ Μολοττοί, καὶ Ἀθαμᾶνες Ἠπειρωτικὰ ἔθνη. Περὶ μὲν οὖν Πελασγῶν εἴρηται. τοὺς δὲ Λέλεγας τινὲς μὲν τοὺς αὐτοὺς Καρσὶν εἰκάζουσιν, οἱ δὲ συνοίκους μᾶλλον ἢ συστρατιώτας. Διόπερ

ἐν

ἐν τῇ Μιλησίᾳ Λελέγων κατοικίας λέγεσθαί τινας. Πολλαχοῦ δὲ τῆς Καρίας τάφοι Λελέγων καὶ ἐρύματα ἔρημα, Λελέγια καλούμενα. ἥ τε νῦν Ἰωνία λεγομένη πᾶσα ὑπὸ Καρῶν ᾠκεῖτο καὶ Λελέγων, καὶ ἐκβαλόντες τούτους οἱ Ἴωνες αὐτοὶ τὴν χώραν κατέσχον. Ἔτι δὲ πρότερον οἱ τὴν Τροίαν ἑλόντες, ἐξήλασαν τοὺς Λέλεγας ἐκ τῶν περὶ τὴν Σίδην τόπων τῶν κατὰ Πήδασον καὶ Σατνιόεντα ποταμόν. Ὅτι μὲν οὖν βάρβαροι ἦσαν οὗτοι, καὶ αὐτὸ τὸ κοινωνῆσαι τοῖς Καρσὶ νομίζοιτ' ἂν σημεῖον. Ὅτι δὲ πλάνητες, καὶ μετ' ἐκείνων, καὶ χωρὶς, καὶ ἐκ παλαιοῦ, καὶ αἱ Ἀριστοτέλους πολιτεῖαι δηλοῦσιν. ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἀκαρνάνων φησὶ, τὸ μὲν ἔχειν αὐτῆς Κουρῆτας, τὸ δὲ προσεσπέριον Λέλεγας, εἶτα Τηλεβόας. Ἐν δὲ τῇ τῶν Αἰτωλῶν, τοὺς νῦν Λοκροὺς, Λέλεγας καλεῖ. κατασχεῖν δὲ καὶ τὴν Βοιωτίαν αὐτοὺς φησίν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ Ὀπουντίων καὶ Μεγαρέων. ἐν δὲ τῇ Λευκαδίων καὶ αὐτόχθονα Λέλεγα τινὰ ὀνομάζει, τούτου δὲ θυγατριδοῦν Τηλεβόαν. τοῦ δὲ παῖδας δύο καὶ εἴκοσι Τηλεβόας. ὧν τινὰς οἰκῆσαι τὴν Λευκάδα. Μάλιστα δ' ἄν τις Ἡσιόδῳ πιστεύσειεν οὕτως περὶ αὐτῶν εἰπόντι·

> Ἤτοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν,
> Τούς ῥά ποτε Κρονίδης Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς
> Λεκτοὺς ἐκ γαίης λᾶας πόρε Δευκαλίωνι.

Τῇ γὰρ ἐτυμολογίᾳ τὸ λεκτοὺς γεγονέναι τινὰς ἐκ παλαιοῦ καὶ μιγάδας, αἰνίττεσθαι μοι δοκεῖ. καὶ διὰ τὸ ἐκλελοιπέναι τὸ γένος, ἅπερ ἄν τις καὶ περὶ Καυκώνων λέγοι, νῦν οὐδαμοῦ ὄντων, πρότερον δ' ἐν πλείοσι τόποις κατῳκισμένων. Id eſt: *Hecatæus igitur Mileſius de Peloponneſo ait, quod ante Hellenas habitabant eam barbari, & omnis fere Hellas (ceu Græcia) olim erat barbarorum habitatio, ut ex eorum hiſtoriis concluditur. Pelope quidem ex Phrygia populum adducente in terram, quæ ab eo Peloponneſus (id eſt Pelopis inſula) vocata eſt. Danao vero ex Ægypto, Dryopibus, & Cauconibus, & Pelaſgis, & Lelegibus, & aliis talibus inter ſe partientibus ea, quæ intra Iſthmum, & quæ extra: Atticam enim Thraces cum Eumolpo habuerunt,*

Phoci-

Phocidis autem Daulidem Tereus, Cadmiam vero, qui cum Cadmo venerunt Phœnices, ipſam vero Bœotiam Aones,& Tembices,& Hyantes, ut autem aït Pindarus: Erat quando Hyas Bœoticum genus dicerent. Et in quibuſdam etiam nominibus, barvarum quid ſonat, Cecrops, & Codrus, & Æolus, & Cothus, & Drymas, & Crinanus. Thraces vero, & Illyrii, & Epirotæ, & uſque ad nunc in vicinia ad latus habitant, & magis etiam olim quam nunc, ubi ejus, quæ nunc eſt Græcia, ſine contradictione magnam partem barbari habent, Macedoniam quidem Thraces & quandam Theſſaliæ partem, ſupra vero Acarnaniam & Ætoliam Theſproti, & Caſſopæi, & Amphilochi, & Molotti, & Athamanes, Epiroticæ gentes (habitant). Et de Pelaſgis igitur jam dictum eſt. Lelegas vero quidam eoſdem eſſe cum Caribus conjectant, alii cohabitantes tantum & commilitones (dicunt). *Itaque in Mileſia Lelegum habitationes quædam nominantur, & inpluribus Cariæ locis Lelegum tumuli & munitiones deſertæ Lelegiæ vocantur: Et quæ nunc Jonia dicitur, omnis à Caribus habitabatur & Lelegibus, ſed cum eos expuliſſent Jones, regionem eam poſſederunt. Et prius etiam, qui Trojam ceperant, expulerant Lelegas ex locis, qui circa Siden, quæ ſunt ad Pedaſum & Satnïoënta fluvium. Quod igitur barbari erant, ex eo, quod cum Caribus communem remp. habebant, ducitur indicium. Quod autem erant errones vagi, & cum iis, & ſine iis etiam ex antiquo Ariſtotelis reſpublicæ id notant; nam in Acarnanum rep. ait, quod partem ejus regionis habebant Curetes, partem vero occidentalem Leleges, poſt eos vero Teleboes. In Ætolorum vero rep. eos, qui nunc Locri ſunt, Lelegas vocat, & habuiſſe Bœotiam ait. Similiter & in Opuntiorum & Megarenſium. rep. At in Leucadiorum rep. autochthona* (ceu indigenam) *Lelegem nominat,*

ejus

ejus autem filiæ filium Teleboam, cujus filii duo & viginti Toleboæ fuerunt, quorum quidam Leucadam incoluerunt. Præcipue autem habenda fides Heſiodo qui de eo ſic ait:

Certe quidem Locrus Lelegum populos duxit,
Quos olim Saturnius, qui æterna conſilia novit,
Electos è terra Aleos dedit Deucalionis.

Nam ex etymologia, electos quoſdam fuiſſe & mixtos, ſignificatur, ut mihi videtur, & non ex eo, quod eorum gens defecerit, quod quis de Cauconibus diceret, qui nunc nullivi ſunt, prius vero in pluribus locis habitaverunt. Hanc tam longam ex Strabone ῥῆσιν, præter morem noſtrum, viſum eſt adſcribere, quod tam multa de Lelegibus doceat, & tam diverſa, ut ſolus fere hic locus ſufficiat, ad hujus tam antiquæ gentis notitiam. Pauca tamen ex aliis autoribus, & eodem Strabone addemus, ad pleniorem lectoris inſtructionem. Idem Strabo lib. 10. de eorum moribus ſic aït de Cilicibus latrocinium exercentibus: φασὶ δὲ αὐτοῖς τῶν Λελέγων συγκαταμιχθῆναι τινὰς, τὸ παλαιὸν πλανήτας ἀνθρώπους, καὶ συμβῆναι διὰ τὴν ὁμοτροπίαν. Id eſt: *Ajunt autem iis mixtos fuiſſe Lelegas quoſdam, qui ex antiquo erant errabundi & vagi homines, & ob morum ſimilitudinem conveniſſe ſimul.* Fuiſſe olim inſulares idem Strabo ait. lib. 10. Sed de iis intelligendum, qui Aſiam incoluere: Prima enim eorum origo non ex inſulis, ſed ex Laconica deducitur; & in alias Europæ partes perveniſſe, & eas incoluiſſe, idem Strabo docet lib. 12. Τό τε γὰρ Πελασγῶν ἦν φῦλον καὶ τὸ Καυκώνων καὶ Λελέγων, εἴρηται δὲ ὅτι πολλαχοῦ τῆς Εὐρώπης ἐτύγχανε τὸ παλαιὸν πλανώμενα, ἅπερ ποιεῖ τοῖς Τρωσὶ συμμαχοῦντα ὁ ποιητής, οὐκ ἐκ τῆς περαίας. Id eſt: *Pelaſgorum enim gens erat & Cauconum & Lelegum, dictum eſt autem, quod in pluribus Europæ locis cum errones erant, quæ Trojanis commilitones fuiſſe dixit poëta, non è tranſmarina terra.* In eo loco

Strabonis deeſſe videtur particula δὲ, ut legatur ἅπερ δὲ πεζῇ, ut ſit ſententia ex *oppoſitione iis*, qui in Europa fuerant: *Quæ vero Trojanis commilitones &c.* Aliter ſententia claudicaret & abſurdum ſonaret. Cares vero olim inſulares & Lelegas appellatos fuiſſe Herodotus affirmat lib. I. ſec. 171. Εἰσὶ δὲ τούτων Κᾶρες μὲν ἀπιγμένοι ἐς τὴν ἤπειρον ἐκ τῶν νήσων· τὸ γὰρ παλαιὸν ἐόντες Μίνω κατήκοοι καὶ καλεόμενοι Λέλεγες, εἶχον τὰς νήσους. *Eorum autem, qui in continentem venerant, Cares erant, ex inſulis: olim enim, cum eſſent Minoi ſubjecti, & Leleges vocati, inſulas poſſidebant.* Ex quo loco accepit procul dubio Strabo, quæ de Caribus dixit lib. 14: Πολλῶν δὲ λόγων εἰρημένων περὶ Καρῶν, ὁ μάλιστ' ὁμολογούμενος ἐστὶν οὗτος, ὅτι οἱ Κᾶρες ὑπὸ Μίνῳ ἐτάττοντο τότε Λέλεγες καλούμενοι, καὶ τὰς νήσους ᾤκουν· εἶτ' ἠπειρῶται γενόμενοι, πολλὴν τῆς παραλίας καὶ τῆς μεσογαίας κατέσχον, τοὺς προκατεχόντας ἀφελόμενοι· καὶ οὗτοι δ' ἦσαν οἱ πλείους Λέλεγες καὶ Πελασγοί· πάλιν δὲ τούτους ἀφείλοντο μέρος οἱ Ἕλληνες, Ἴωνές τε, καὶ οἱ Δωριεῖς. Id eſt: *Cum multa dicta ſint de Caribus. Quod maxime probatur hoc eſt. Quod Cares ſub Minoe cenſebantur tunc Leleges vocati & inſulas habitabant: poſtea continentis incolæ facti, magnam partem littoris & mediterraneæ regionis occupaverunt, cum priores incolas pepuliſſent, & ii quidem erant ut plurimum Leleges & Pelaſgi: rurſus vero partem eorum terræ abſtulerunt iis Græci, Iones, & Dores.* Eos Homerus Iliad. x. verſ. 429. cum Pæonibus, Caribus, Cauconibus, & Pelaſgis inter Trojanorum auxilia recenſet, & ibi Scholiaſtes ſic commentatur: Λέλεγες ἔθνος Καρικὸν, λέγει δὲ τοὺς ἐν Πηγάσῳ πόλει Καρίας οἰκοῦντας. Id eſt: *Leleges gens Carica, dicit autem eos, qui in Pegaſo urbe Cariæ habitabant.* Sed de prima eorum antiquitate, nos docet Pauſanias in Laconicis ſtatim initio: Λέλεξ (ait) αὐτόχθων ὢν, ἐβασίλευσε πρῶτος ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ ἀπὸ τούτου Λέλεγες, ὧν ἦρχεν,

ὧν ἦρχεν, ὠνομάσθησαν. Λέλεγος δὲ γίνεται Μύλης καὶ νεώτερος Πολυκάων ...... Μύλητος δὲ τελευτήσαντος παρέλαβεν ὁ παῖς Εὐρώτας τὴν ἀρχὴν, οὗτος δέ το ὕδωρ τὸ λιμνάζον ἐν τῷ πεδίῳ διώρυγι κατήγαγεν ἐπὶ θάλασσαν. καὶ ἀποῤῥυέντος ὠνόμασεν Εὐρώταν . . . ἅτε δὲ οὐκ ὄντων αὐτῷ παίδων ἀῤῥένων βασιλεύειν καταλείπεται Λακεδαίμονα μητρὸς μὲν Ταϋγέτης ὄντα, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ὄρος ὠνομάσθη ..... συνῴκει δὲ ὁ Λακεδαίμων Σπάρθῃ θυγατρὶ τοῦ Εὐρώτα. Id eſt: *Lelex, indigena cum eſſet, primus regnavit mea terra* (Laconica) *& ab eo dicti ſunt Leleges ii, quibus imperabat. Lelegis autem filius fuit Myles, & junior Polycaon ...... mortuo autem Mylete Eurotas filius imperium accepit, iſte aquam ſtagnantem, in campis foſſa manufacta, deduxit in mare, & ea fluente, ipſum fluvium nominavit Eurotam. Cum autem mares non genuiſſet, regnum reliquit Lacedæmoni, qui matrem habuerat Taygetem, à qua mons ſic eſt nominatus ..... duxerat autem Sparthamfiliam Eurotæ.* Hæc certe ſummam redolent antiquitatem, & videntur in Peloponneſo Leleges habuiſſe prima cunabula, uti & Pelaſgi, & inde in Cretam & inſulas Ægæi maris penetraviſſe, & poſtea in Cariam, & cætera Aſiæ loca orientem verſus. Ad occidentem & ſeptentrionem verſus, Pylum, Megara, Locridem, Phocidem, Theſſaliam, & Eubœam incoluiſſe. Homerum certe ſupra citavimus, qui inter eos, qui Priamo parebant, Lelegas nominat, quos Antandron & Pegaſum incoluiſſe Homeri enarratores affirmant. Miletum & Cariam tenuiſſe, Strabo, loco ſupra citato, nos docet. Caunum tenuiſſe dixit Parthenius Erotic. cap. XI. antequam Caunus ad eam urbem acceſſiſſet, & ex ſuo nomine Caunum appellaſſet. Epheſum una cum Lydio tenuiſſe Pauſanias teſtatur in Achaicis. Hæc in Aſia: in Europa vero, poſt Laconiam Megara tenuiſſe, & inde duce Pyla Cleſonio Pylum Triphyliacum adve-

 niſſe.

niſſe. Idem Pauſanias narrat Ætoliæ meridionale littus incoluiſſe, & inde ad Phocenſes penetraſſe Dicæarchus canit. Locros prius Lelegas dictos fuiſſe Scymnus Chius aſſerit, in eo Heſiodo concors, qui in fragmentis Lelegas ſub duce Locro ponit, qui Locridem ex ſuo nomine appellavit. Phocidis antiquiſſimos habitatores fuiſſe ex eodem loco Heſiodi patet, qui eos à Jove Deucalioni datos ait; quod poſt Heſiodum, & forte ex eo Dionyſius Halicarnaſſeus narrat lib. I. & duce Deucalione ex locis circa Parnaſſum in plures Græciæ partes penetraſſe tradit. Sed in hoc loco Heſiodi audiendus eſt Salmaſius *ὁ πάνυ*, qui legendum putat pro-Λεκτοὺς ἐκ γαίης Α'λέους πόρε Δευκαλίωνος, Λεκτοὺς ἐκ γαίης λαέων πόρε Δευκαλίωνι. Id eſt: *electos è terra lapidum dedit Deucalioni.* Et ut mihi videtur, multo melius, alludit enim ad fabulam Deucalionis & Pyrrhæ, quibus ex lapidibus retro jactis nati ſunt homines; tum & Parnaſſus mons rupibus aſper non male dicebatur terra lapidum. Sed ex diverticulo in deſtinatum iter. In Theſſalia Centauros, antiquos regionis circa Peliam incolas, prius Lelegas dictos fuiſſe aſſerit Pindari Scholiaſtes. Eorum autorum loca adſcribere ſuperſedebo, ne in immenſum exereſcat iſta diatribe; & quoniam, quando de urbibus & regionibus, ubi Leleges habitaſſe dicuntur, tractandum erit, eorum autorum ipſa verba operi noſtro inſerere neceſſarium erit, ne igitur repetita crambe nauſeam pariat, ſufficiat hoc loco brevitati ſtudens eorum ſententiam ex poſuiſſe. Nam ex ſupradictis credo ſatis patere, eam gentem poſt Pelaſgos antiquiſſimam in tota Græcia ſparſos fuiſſe, quod demonſtrandum erat.

CAPUT

CAPUT XI.

De Cauconibus.

Pelaſgis & Lelegibus Cauconas jungit Homerus Iliad. x. verſ. 429. Quos inter Trojanorum auxilia recenſet Dolon:

Πρὸς μὲν ἁλὸς Κᾶρες. καὶ Παίονες ἀγκυλότοξοι,

Καὶ Λέλεγες καὶ Καύκωνες δῖοί τε Πελασγοί. Id eſt:

Ad mare quidem Cares *&* Pæones *curuatos arcus habentes, &* Leleges, *&* Caucones, *& divini* Pelaſgi. Ad quæ Scholiaſtes: Καύκωνες ἔθνος Παφλαγονίας οἱ δὲ Σκυθίας, οἱ δὲ τοὺς λεγομένους Καυνίους εἶπον. Id eſt: *Caucones gens Paphlagoniæ, alii Scythiæ, alii vero Caunios eſſe dixerunt.* Quæ unde acceperit neſcio, ignorantem certe ſe prodit eorum originis. Rurſus idem Scholiaſtes ad Iliad. r. verſ. 329. Ἐνθάδε Καύκωνες πόλεμον μετεθωρήσσοντο. Id eſt: *ibi Caucones, ad bellum armabant ſe.* Rurſus fluctuat, & ait: Καύκωνες οἱ μὲν Τρωϊκὸν ἔθνος βάρβαρον, ἄλλοι δὲ Παφλαγονίας, οἱ δὲ τοὺς ἐπικληθέντας Καυκωνίας. Ἡ δὲ Καύκωνος πόλις παραλίας καὶ Λυκίας καὶ Καρίας. Id eſt: *Caucones alii Troïcam gentem barbaram dicunt, alii Paphlagoniæ, alii Caucanias vocatos. Caucanus autem urbs eſt littoris Lyciæ & Cariæ.* De hac Caucano urbe, ut de Caucania gente, nemo præter eum meminit, relegandæ ſunt eæ voces in Utopiam. De Cauno certe, credo, ſcripſerat, quæ in littore Caria ſita erat, & pro Καύκωνος legendum eſſe Καῦνος ſuadet locus alter, qui Καυνίους pro Καυνίας habet. Cauconas Peloponneſo oriundos, ut & Pelaſgos & Lelegas, videtur innuere Herodotus, qui eos Pylios vocat lib. I. ubi de Milete & Ionibus tractat. Non longe à Pylo certe habitaſſe ex Homero ſequitur.

Odyſſ. γ. ubi Minerva ſub Mentoris ſpecie Pylum advecta Neſtori dicit:

Νῦν ἀτὰρ ἠῶθεν μετὰ Καύκωνας μεγαθύμους
Εἶμ', ἔνθα χρεῖός μοι ὀφέλλεται. Id eſt:

Nunc certe mane ad Cauconas magnanimos vado, ubi creditum mihi debetur. Ubi Scholiaſtes ſic argutatur: νῦν τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ μέμνηται. Id eſt: *nunc eorum, qui in Arcadia erant, meminit.* Non tamen in Arcadia proprie erant Caucones, ſed in Triphylia prope Pylum: Quam tamen Triphyliam quidam in Arcadia ponebant, late extendentes Arcadiæ nomen. Caucones duplices olim fuiſſe nos docet Strabo, alios in Triphylia, alios in Epeorum regione ad Cauconem fluvium & Dymen. Nomen genti videtur dediſſe vir nomine Caucon, filius Celani, vel Celei, Phlyi nepos, qui terra natus dicebatur, de quo Pauſanias in Meſſeniacis. Fuit etiam alius Caucon filius Neptuni, vir Aſtydamiæ, filiæ Phorbantis, de quo Zenodotus apud Athenæum lib. 1. is fuit pater Leprei, qui Herculis æmulus cum eo pugnans interiit. Ibid. ſed pro Καυκῶνος ibi legitur Καυκωνες forte per errorem. Fuit & alius Caucon, Arcadis filius, ſi fides Euſtathio ad Odyſſ. γ. qui ad hæc Homeri μετὰ Καύκωνες μεγαθύμους ſic commentatur: ὅτι εἰς Καύκωνας Πελοποννησίους πλάττεται νῦν ἀπελεύσεσθαι....... ἕτεροι δὲ περὶ Καυκώνων φασὶν, ὅτι ἀπὸ Καύκωνος τοῦ Ἀρκάδος ἐκλήθησαν, οὗ μνῆμα ἐν τῇ Λεπρεατικῇ, κείμενοι ἐν τῇ Τριφυλίᾳ μεταξὺ Ἠλείας καὶ Πύλου. Id eſt: *quod ad Cauconas Peloponneſios fingit ſe ire .... alii autem de Cauconibus ajunt. Quod à Caucone Arcadis filio vocati ſunt, de quo mentio ſit in Lepreatica hiſtoria: ii ſiti ſunt in Triphylia inter Eleiam & Pylum.* Duplices fuiſſe Cauconas Strabonem dicentem ſupra citavimus, ſed de iis accuratius dicendum erit, quando de Peloponneſi regionibus tractabimus, ſi volet Deus. Gentem

tem fuiſſe vagam & olim errabundam, ut & Pelaſgos, ait idem Strabo lib. 12. & uſque ad oram Paphlagoniæ, Ponti, & Mariandynorum perveniſſe, & quoſdam dixiſſe eos Scythas fuiſſe, alios Macedonas, alios vero Pelaſgorum partem, & eod. lib. rurſus, cum de iis, quæ ante bellum Trojanum acciderant, hæc ait: τὸ τί γαρ Πελασγῶν ἦν φῦλον καὶ τῶν Καυκώνων καὶ Λελέγων, εἴρηται δ᾽ ὅτι πολλαχοῦ τῆς Εὐρώπης ἐτύγχανε τὸ παλαιὸν πλανώμενα. Id eſt: *Tunc enim erat Pelaſgorum gens & Cauconum & Lelegum, dictum autem jam eſt, quod in pluribus Europæ locis vagabantur.* Et hæc de Cauconibus nunc ſufficiant.

CAPUT XII.

De Caribus.

De Caribus olim ſcripſerat Philippus Theangelleus teſte Athenæo lib. 6. ſed periiſſe id opus, alicui ſilentium probat. Cares etiam gentem olim vagam fuiſſe, & quæ plures Græciæ regiones occupavit, ait Strabo lib. 13. quos Lelegum partem fuiſſe, vel eoſdem cum Lelegibus, eundem autorem dicentem ſupra laudavimus. Cum tamen ambos nominaverit Homerus, videntur jam Homeri ſeculo à Lelegibus diſtinctos fuiſſe:

Πρὸς μὲν ἁλὸς Κᾶρες, καὶ Παίονες ἀγκυλότοξοι,
Καὶ Λέλεγες καὶ Καύκωνες. Id eſt:
Ad mare quidem Cares, *& Pæones curvatos arcus habentes,*
Et Leleges & Caucones.

Et ex hoc poëtæ loco Strabo cenſet diverſos fuiſſe, & eos diſtinguit lib. 14. ſtatim ab initio, ubi de Ioniæ littore ait: Ταύτης δ᾽ φησὶ Φερεκύδης, Μίλητον μὲν καὶ Μυοῦντα, καὶ τὰ περὶ Μυκάλην καὶ Ἔφεσον Κᾶρας ἔχειν πρότερον· τὴν δ᾽ ἑξῆς παρα-

παραλίαν μέχρι Φωκαίας, καὶ Χίου, καὶ Σάμου, ἧς Ἀγκαῖος ἦρχε. Λελέγας ἐκβληθῆναι δὲ ἀμφοτέρους ὑπὸ τῶν Ἰώνων, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Καρίας ἐκπεσεῖν. Id eſt: *Ejus autem ait Pherecydes, Miletum, & Myuntem, & quæ ſunt circa Mycalen, & Epheſum Caras habuiſſe prius: littus autem quod continuo ſequitur uſque ad Phocæam, & Chium, & Samum, quæ ſub Ancæo erat. Lelegas utroſque autem ab Ionibus ejectos fuiſſe, & ad alias Cariæ partes ſeceſſiſſe.* Supra cum de Lelegibus dicebamus, locum Strabonis adſcripſimus, ubi Caras olim ſub Minöe rege fuiſſe ait, & in inſulis habitaſſe, & poſtea continentem occupaviſſe, & quod erant ut plurimum Leleges & Pelaſgi: ideo non opus eſt hoc loco iterum Strabonis verba deſcribere, ſed paulo poſt addit: οὗτοι δὲ καθ᾽ ὅλην ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα μισθοῦ στρατεύοντες. Id eſt: *Ii per totam Græciam vagabantur mercede militantes.* Ex ſupra dictis, eorum hiſtoriam ſic licet contexere: Caras fuiſſe olim Lelegum tribum, quæ in varias Græciæ partes diſperſa mercenariam militiam exercebant, & poſtea inſulas Ægæi maris inſediſſe, & ſub Minöe rege meruiſſe. Deinde in Aſiæ continentem trajeciſſe, & plures littorales & mediterraneas regiones occupaſſe, & pro Lelegibus Caras vocatos fuiſſe. Aſtrologiam exercuiſſe Euſebius & Clemens dixerunt, hic lib. 10. præpar. Euangel. Sed de iis plura dicentur inferius, ubi de Caria, & aliis locis, quos habitaverunt, agemus.

CAPUT XIII.

De Pæonibus breviter.

Pæonas Homerus cum Pelaſgis Cauconibus & Lelegibus conjungit. Sed ea gens inter Græcos non eſt cenſenda, nec in plures Græciæ partes penetravit. Barbara

bara gens fuit, & Thracum pars, Macedoniæ contermina, eorum forte mentio fiet, quando de Macedonia ſeptentrionali, & de Thraciæ littore agendum erit. De Dryopibus, Æolibus, Jonibus, Doribus, quæ gentes quidem Græcæ fuerunt, & antiquæ, ſed quæ ſedes fixas habuerunt. Et certas, tunc agemus, quando de locis, quos incoluerunt, tractabimus. Tunc enim de eorum origine, & rebus geſtis dicendum erit, ſi quid juvabunt autores antiqui. Sufficiat hoc loco eorum nomina notaviſſe, & locos, ubi de iis fuſius dicendum erit, lectori noſtro deſignare. De Dryopibus igitur aliquid dicendum erit, cum de locis, circa Sperchii fluvii originem & Oetam montem in limitibus Theſſaliæ, tractabimus; item cum de urbe Aſina in Argolica, & de Aſina in Laconica, & de Hermione & Caryſto urbibus, item cum de Cythno inſula: De Æolibus, cum de Theſſalia, Ætolia, & ea, quæ in Aſia eſt, Æolide: De Jonibus, cum de Attica, de Achaja Peloponneſi, & Aſiatica Jonia: De Doribus, cum de Tetrapoli ad Pindum, de Laconia & Megaride, & de locis circa Cnidum & Halicarnaſſum in Aſiatica Doride ſcribendum erit. Illuc, lector candidiſſime, te remittimus, ne bis eadem dicendo te enecemus.

CAPUT XIV.

De Illyride.

His præmiſſis, tandem ad deſcriptionem regionum Græciæ antiquæ accingimur, & ut ſequamur ordinem, quo Geographi utuntur, procedendo ab occidente in orientem, limitem occidentalem noſtræ Græciæ Epidamnum, quæ & Dyrrhachium dicta fuit, po-

nentes, occurrit prima regio deſcribenda ea, qua Ἰλλυρὶς, *Illyris* ab antiquis dicebatur, aliis *Illyria & Illyrias* dicta, Latinis vero autoribus ſæpius *Illyricum* vocata, ut apud Ciceronem in Philippica XI. Ea regio littoralis ad Jonicum pelagus jacet. Scylax in periplo: Μετὰ δὲ Λιβύρνους εἰσὶν Ἰλλυριοὶ ἔθνος, καὶ παροικοῦσιν οἱ Ἰλλυριοὶ παρὰ θάλασσαν μέχρι Χαονίας (ſic legendum) τῆς κατὰ Κέρκυραν. Id eſt: *Poſt Liburnos ſunt Illyrii natio, & inhabitant prope mare uſque ad Chaoniam, quæ eſt ad Corcyram.* Sic Scymnus Chius, poſtquam Illyridis gentes & urbes recenſuit, procedens ſecundum littus Jonici maris, ait:

Ἔπειτα Θεσπρωτῶν τε καὶ Χαόνων ἔθνη κατοικεῖ. Id eſt: *Poſtea Theſprotorum & Chaonum gentes inhabitant.* Et ſic Illyridis limites Chaonas facit. Sic Dionyſius Periegetes verſu 388. de mari Hadriatico & Jonio:

Ἰλλυρικὴν περὶ χέρσον ἑλίσσεται ἄχρι κολώνης
Οὐρέων τ' ἠλιβάτων τὰ Κεραύνια κικλήσκουσι. Id eſt:

Illyricam circa terram volvitur uſque ad jugum monteſque excelſos, quos Ceraunios vocant. Ad quæ ſic commentatur Euſtathius: Ὅτι τῆς Ἰλλυρικῆς χώρας πέρας αἱ ἠλίβατοι κολῶναι τὰ Κεραύνια ὄρη, οὕτω καλούμενα διὰ τὸ συχνοὺς ἐκεῖ πίπτειν κεραυνούς, περὶ ἃ κεῖται καὶ τῆς νέας Ἠπείρου μητρόπολις Ἐπίδαμνος, ἤτοι τὸ Δυρράχιον. Id eſt: *Quod Illyricæ regionis terminus præcelſa juga Ceraunii montes ſunt, ita vocati, eo quod frequenter ibi cadunt fulmina, circa quos ſita eſt Novæ Epiri metropolis Epidamnus, ſive Dyrrachium.* Sic Strabo. lib. 7. Καθάπερ δὲ τὴν Ἰλλυρικὴν παραλίαν ἐπιόντες μέχρι τῶν Κεραυνίων ὀρῶν προὔβημεν, ἔξω τῆς Ἰλλυρικῆς πιπτόντων ὀρεινῆς. Quæ Caſaubonus ita vertit: *Quemodmodum autem Illyrici oram deſcribentes maritimam, uſque ad Ceraunios montes progreſſi ſumus, qui extra Illyrici montes ſiti.* Et rurſus eodem lib.

Ἀγαμέ-

Ἀναμέμικται δὲ τούτοις τὰ Ἰλλυρικὰ ἔθνη, τὰ πρὸς τῷ νοτίῳ μέρει τῆς ὀρεινῆς, καὶ τὰ ὑπὲρ Ἰωνίου κόλπου, τῆς γὰρ Ἐπιδάμνου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας μέχρι τῶν Κεραυνίων ὑπεροικοῦσι. Id eſt: *His porro* (Epirotis) *admixtæ ſunt Illyricæ gentes, quæ ſunt ad montium partes meridionales obverſæ, & ſupra Jonium ſinum accolunt, ſupra enim Epidamnum & Apolloniam uſque ad Ceraunios habitant.* Recenſet deinde gentes Illyricas, Taulantios, Parthinos, Brugos, & paulo ſupra enumerationem fecerat aliarum gentium, quæ non erant gentis Illyricæ, ſed Epiroticæ, & Græcæ originis Epirotas, Amphilochos, Moloſſos, Athamanas, Æthicos, & alios aſperam habitantes regionem, quorum (ut ait) alii Macedonibus, alii Jonico mari propinquiores: unde concluditur, eam oram non debere ſub Macedoniæ nomine contineri, licet quidam (ut deinde ait) omnem eam oram uſque ad Corcyram, Macedoniam vocaverint, quod tractu temporis obtinuit, ut patet ex Dione. lib 41. qui diſertis verbis ait: Τὸ δὲ Δυῤῥάχιον ἐν τῇ γῇ τῇ πρότερον μὲν Ἰλλυριῶν τῶν Παρθίνων, νῦν δὲ καὶ πάνυ ἤδε Μακεδονίᾳ νενομισμένῃ, κεῖται. Id eſt: *Dyrrachium autem in terra, quæ prius Illyriorum Parthinorum erat, nunc vero Macedonia exiſtimatur, ſita eſt*, &c. Sic etiam loquitur Appianus, qui eam regionem vocat, τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων Ἰλλυρίδα. Id eſt: *Illyridem Romanis ſubjectam*, is locus extat in fragmentis à Valeſio publicatis pag. 562. ubi Appianus de Gentio Illyriorum rege loquitur: καὶ ἐσέβαλεν ἐς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων Ἰλλυρίδα. Id eſt: *Irrupit in Illyridem Romanis ſubjectam.* Quænam autem regio fuerit Illyris Romanis ſubjecta, nos docet T. Livius, qui de ea re lib. 44. fuſe tractaverat, ſed temporis injuria eum librum multis in locis mutilavit, & hiatus eſt maximus in ea narratione. Hæc tamen ſuperſunt: *Octuaginta erant lembi autore Pan-*

taucho miſſi à Gentio ad Dyrrhachinorum & Apolloniatum agros populandos. Ergo Dyrrhachium & Apollonia erant in Illyride Romanis ſubjecta. Quando vero Romani eam oram ſibi ſubjecerint, & per quem, Polybius nos docet ſolus lib. 2. Nam apud Livium non extat ea hiſtoria, periit enim liber vigeſimus, ubi de eo bello tractaverat, periit & Appiani liber, Illyricus dictus, in quo procul dubio id bellum narrabatur. In epitome tantum Liviana libri 20. id extat: *Bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos miſſi erant, occiſum, indictum eſt, ſubactique in ditionem venerunt.* Quod de Illyriis, qui circa Dyrrhachium & Apolloniam habitabant, neceſſario intelligendum eſt. Nam cæteri Illyrii occidentaliores & borealiores, qui Liſſum & Scodram incolebant, erant adhuc ſub ſuis regibus Pleurato & Gentio poſt multos annos, eo tempore, quo P. Æmilius regem Perſeum vicit Gentii auxilio male ſubnixum. At ea prima Illyrii acceſſio ad Romanum imperium facta eſt anno V.C. 525. A. Poſtumio & C. Fulvio Coſſ. & eorundem conſulum ductu, adjuvante Demetrio Phario. Eam hiſtoriam fuſe proſequitur Polybius lib. 2. eum vide. Eam Illyridis partem deſignat etiam Pauſanias in Meſſeniacis, & eos ait *fuiſſe Illyrios, qui ſupra Epirum ad Jonium mare habitant.* Οἱ Ἰλλυριοὶ τὰ πρὸς τοῦ Ἰωνίου τὴν Ἤπειρον ὑπεροικοῦντες. *Supra* nempe intelligit ad boream, nam Geographi fere omnes partes mundi ſuperiores ad ſeptentrionem, inferiores ad meridiem ponunt. Eam regionem poſtea ſub Imperatoribus Macedoniam appellatam fuiſſe, multis autoritatibus evincitur. Sed tempore belli civilis inter Cæſarem & Pompejum, quo modo appellaretur, ex Cæſare non conſtat. Nam ecce lib. 3. eam non comprehenſum fuiſſe ſub Macedoniæ nomine videtur innuere, dum ait: *Pompejus eo tempore erat*

in

in Candavia, iterque ex Macedonia in hyberna Apolloniam, Dyrrhachiumque habebat. Candavia erat ſylvarum & montium tranſitus, qua ibatur ab Illyride, de qua agimus, Macedoniam, ut ait ipſe Cæſar eodem lib. *Pompejus per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habebat.* Ex his duobus locis videtur Cæſar Illyridis oram, de qua nunc agimus, non cenſuiſſe Macedoniæ partem fuiſſe. Sed eodem libro idem Cæſar Dyrrhachinorum ditionem Macedoniam vocat his verbis: *Cæſar, poſtquam Pompejum ad Aſparægium eſſe cognovit, eodem cum exercitu profectus, & expugnato in itinere oppido* Parthinorum,*tertio die ad* Pompejum *in Macedoniam pervenit.* Aſparægium erat ad ripam Genuſi fluvii non longe à mari. Unde patet, jam Cæſaris tempore nomen late ſumptum Macedoniæ, uſque ad Jonium mare pertinuiſſe, proprie dictam vero Macedoniam citra Candaviam & alios montes ejuſdem tractus extendi non ſolere. Sed tractu temporis paulatim Illyridis nomen evanuit, & Macedoniæ adſcripta eſt ea ora, quæ olim Illyris erat. Itaque Strabo lib. 7. poſt enumerationem gentium in eo tractu habitantium, antea propriis regibus ſubditorum, vel proprio regimine utentium, hæc ſubjungit: Εἶτ' ἐπικρατούντων ἀεὶ τινῶν κατέστρεψεν ἅπαντα εἰς τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν, πλὴν ὀλίγων τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἰωνίου κόλπου. Quæ ſic vertit Caſaub: *Ac ſubinde aliis atque aliis invaleſcentibus, ad extremum omnia ſub Macedonum regnum ſunt redacta, paucis earum regionum demptis, quæ ſupra Jonium ſinum ſunt.* Hi pauci dempti, ut puto, fuerunt Illyrii, de quibus agitur, qui ſupra Jonium mare habitabant; qui vero ſub Macedonum regnum ſunt redacti interiores & mediterranei; qui ſupra Parthinos Daſſaretii, forte & alii, qui Macedoniæ proprie dictæ viciniores erant. Tempus, quo ea ac-

ceſſio ad Macedonum regnum facta eſt, ex Plutarcho in Alexandri vita notare vel conjicere licet. Id enim tempore Philippi Macedonum regis accidiſſe docet, ſub nativitatis Alexandri tempus. Ait enim eodem tempore treis nuncios fœlices Philippum accepiſſe, ſcilicet Ἰλλυριοὺς ἡττῆσθαι μεγάλῃ μάχῃ διὰ Παρμενίωνος. Id eſt: *Illyrios victos fuiſſe magna pugna per Parmenionem.* Fructum ejus victoriæ fuiſſe imperium in victos, non dubito. Hæc conjectura firmatur ex eodem vitæ Alexandri loco paulo inferius, ubi Plutarchus ait de Philippi & Alexandri jurgio: Μετὰ ταύτην τὴν παροινίαν, ἀναλαβὼν τὴν Ὀλυμπιάδα καὶ καταστήσας εἰς Ἤπειρον, αὐτὸς ἐν Ἰλλυριοῖς διέτριβεν. Id eſt : *Poſt hanc contumeliam, Olympiadem abducens in Epirum ſepoſuit, ipſe in Illyriis manſit.* Unde colligitur, quoſdam ex Illyriis jam ſub jure Macedonum fuiſſe, & nullum regem, nullum ductorem alium habuiſſe; aliter nomen viri, apud quem divertiſſet Alexander, non tacitum fuiſſet: ſed præcipuas Illyridis, quam tractamus, urbes à Philippo Amyntæ, & Alexandro nunquam ſubactas fuiſſe, patet ex eo, quod Philippus rex, Perſei pater, Apolloniam obſidione cinxit, & ab ea Romanorum auxilio repulſus, obſidionem ſoluit. Id docet Livius. lib. 24. Et ſi Illyris noſtra ſub Macedonum imperio fuiſſet, quinam fuerunt ii Illyrii, qui & Poſtumio & C. Fulvio Coſſ. ob cædem unius legati bello petiti & ſubacti in ditionem Romanorum venere? Non Illyrici boreales, qui Liſſum & Scodram incolebant; qui ſuos reges adhuc tempore Perſei habebant, & ſui juris erant? Reſtat igitur, ut ii fuerint, de quibus agimus. Sed poſtquam, everſo Macedoniæ regno, in manus Romanorum conceſſit Macedonia, & facta eſt Provincia; tunc Illyris noſtra Macedoniæ facta eſt acceſſio, & ideo Ptolemæus ſub Macedoniæ

doniæ

doniæ nomine eam comprehendit: Μακεδονία περιορίζεται...... ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ Ἰωνίῳ πελάγει, τῷ ἀπὸ Δυῤῥαχίου μέχρι Κελυδνοῦ ποταμοῦ. Id eſt: *Macedonia terminatur...... ab occidente Jonio mari, quod eſt à Dyrrachio ad Celydnum fluvium.* Sic Dio Caſſius ad eam mentem lib. 41. Τὸ Δυῤῥάχιον ἐν τῇ γῇ τῇ πρότερον μὲν Ἰλλυριῶν τῶν Παρθίνων, νῦν δὲ καὶ τότε ἤδε Μακεδονία νενομισμένῃ, κεῖται. Id eſt: *Dyrrachium autem in Illyriorum Parthinorum terra prius erat, nunc vero & tum etiam ea Macedonia exiſtimata, ſita eſt.* Sed poſtea ad differentiam additis epithetis Macedonia ἡ κάτω, id eſt: *inferior* dicta eſt, quod patet argumento ducto ex eodem Dione Caſſio, qui de M. Bruto a partibus Apollonia in Macedoniam tendente ait: Ἐς τε τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἀνεχώρησε, κἀντεῦθεν ἐς τὴν Ἀσίαν ὕστερον ἔπλευσε. Id eſt: *In ſuperiorem Macedoniam abiit, & inde poſtea in Aſiam navigavit.* Nam ſi Macedonia, quæ eſt ad Ægæum mare, unde in Aſiam fit transfretatio, dicta eſt Macedonia ἡ ἄνω, *ſuperior*; reſtat, ut ea pars, quæ eſt ad Jonium, dicta fuerit per oppoſitionem ἡ κάτω, *inferior*, quod convenit cum geographorum ſententia, qui partes ſeptentrionales ſuperiores vocant, meridionales vero inferiores, quod jam ſupra notavimus, & eam ita in ſua hiſtoria vocavit imperator Cantacuzenus lib. 1. Τῆς κατωτέρω Μακεδονίας. Id eſt: *inferioris Macedoniæ.* Sed notandum eſt, eam diviſionem, & id nomen τῆς ἄνω Μακεδονίας tum demum uſurpatum fuiſſe, poſtquam Illyris, de qua agimus, Macedoniæ accrevit, & pro ejus parte ſumpta eſt. Nam tempore Thucydidis ea pars Macedoniæ, quæ ad littus Ægæi extendebatur, vocabatur ἡ κάτω Μακεδονία. Id eſt: *inferior*, oppoſitione facta ad montanas Macedoniæ regiones, Lynceſtidem, Pelagonium, Pæoniam & ſic eam diſtinguit Thucydides lib. 8. ubi de expedi-

tione

tione Sitalcis Thracum regis contra Perdiccam & Macedones ſic ait: ξυνηθροίζοντο οὖν ἐν τῇ Δοβήρῳ, καὶ παρεσκευάζοντο, ὅπως κατὰ κορυφὴν ἐσβαλῶσιν ἐς τὴν κάτω Μακεδονίαν, ἧς ὁ Περδίκκας ἦρχε. Id eſt: *congregabantur igitur in Dobero, & præparabant ſe, ut à vertice (vel à ſublimi) invaderent inferiorem Macedoniam, in qua regnabat Perdiccas.* Et ne dubitet aliquis, de qua parte intelligendum ſit, addit eam eſſe, quæ primum à Temenidis Argo oriundis, pulſis Pieris à Pieria, & Bottiæis à Bottiæa, & aliis populis uſque ad Strymonem & Pangæum circa Axium uſque ad mare occupata eſt. Eo igitur tempore, quo Illyris noſtra non cenſebatur Macedoniæ pars, Macedonia inferior dicebatur maritima ad Ægæum, ubi Pieria, Bottiæa, Mygdonia; ſuperior vero, quæ ad montes Orbelum, Cercinam, & alios montes ſita, Pæoniæ partem, & Lynceſtidem, Pelagoniam, & alias montanas regiunculas comprehendebat. Dicta eſt igitur inferiore ſeculo Macedonia ſuperior, regio, quæ ad Ægæum mare pertinebat, non reſpectu ad regionis naturam montanæ vel campeſtris, ſed ad ſitum ſeptentrionalem, qui à Geographis, ut dixi, ſemper ſuperior cenſetur meridionali. Nam regiones ad Pangæum & Strymonem altius ad ſeptentrionem ſitæ ſunt multo, quam noſtra Illyris, quæ meridionalis eſt. Appellata eſt etiam poſterioribus ſeculis Macedonia ſecunda, ut ab imperatore Juſtiniano Novella undecima, & in eo graviter lapſus eſt Pancirollus in ſuis ad notitiam commentariis cap. 136. qui Primam Macedoniam ad Jonium pelagus collocat. Nam ex dicta Novella patet, ſecundam Macedoniam, quæ tribuitur ſedi Archiepiſcopali primæ Juſtinianæ, eſſe eam, quæ Prævalitanæ adiacet. Primam puto eſſe eam, quæ ſub Theſſalonicenſi Archiepiſcopo manſit, nam aliter nullam habuiſſet Theſſalonicenſis ditio-

ditionem, ſi Macedonia ad Ægæum, ubi ſita erat Theſſalonica, ei ablata fuiſſet. Tum ratio ſuadet, primam Macedoniam intelligi debere eam; quæ antiquior erat, ad Aegæum ſita, ubi Pella antiqua regum ſedes, ubi Philippus & Alexander regnabant. Secundam vero debere intelligi eam, quæ ad Jonium jacet, quando non ab antiquo eo nomine fruebatur, & nuper eam appellationem acceperat. Tum Juſtinianus, qui eas provincias ſic diſtinxit, Conſtantinopoli morabatur, ubi ſedes imperialis totius orientis venerabatur; at reſpectu ad Conſtantinopolim, prima occurrebat Macedonia ad Aegæum. Vocata eſt etiam aliquando Illyris noſtra παράλιος, id eſt, *littoralis*, & ſic eam pluries nominat Laonicus Chalcocondylas, & expreſſe ſatis lib. 7. de Amurathe: Ἐπεὶ δὲ ἀπήγαγε τὸν στρατὸν ἀπὸ τῆς πρὸς τὸ Ἰώνιον Μακεδονίας τῆς τῶν Ἀλβάνων χώρας. Id eſt: *Poſtquam vero abduxit excercitium à Macedonia ad Jonium, quæ eſt Albanorum regio.* (Nam ſupra docuerat, Albanos eſſe in Macedonia littorali lib. 2. ubi de Breneſe) καὶ ἐς τὴν παραλίαν Μακεδονίαν ἐπὶ τοὺς Ἀλβάνους μεγάλα καὶ ἐπίσημα ἔργα ἐπιδεικνύμενα. Id eſt: *Et in littorali Macedonia contra Albanos magna & inſignia opera edita eſſe.* Et lib. 8. Ἡγουμένου δὲ Ἰησοῦ τοῦ Βρενεζέω εἰσέβαλε πρὸς τὸ Ἰώνιον τῆς Μακεδονίας χῶρον. Id eſt: *Duce autem Ioſua, Breneſis filio, inuaſit Ionium Macedoniæ locum.* Ubi libenter legerem τὸ Ἰώνιον Μακεδονίας χώραν. Id eſt: *Ionium Macedoniæ regionem.* Et ex his locis bene colligitur, Illyridem, de qua tractamus, eſſe eandem regionem, quæ nunc Albania dicitur, ſaltem in parte. Vocata eſt etiam aliquando noſtra Illyris, *Epirus nova.* Nam tempore notitiæ imperii Romani, quam volunt ſub Theodoſio Juniore concinnatam fuiſſe, duæ provinciæ ſub Epiri nomine cenſebantur, ſic enim habet notitia fol. 15. verſo: *Provinciæ Macedo-*

niæ. VII. *Achaja*, *Macedonia*, *Creta*, *Theſſalia*, *Epirus vetus*, *Epirus nova*, *&* *pars Macedoniæ ſalutaris*. Fuiſſe autem Epiri nomine cenſitam noſtram Illyridem, docet nos Malchus rhetor, ubi de Balamero & Sidimonto loquitur, ait Sidimontum fuiſſe ἐν τῇ καθ' Ἐπίδαμνον Ἠπείρῳ. Id eſt: *In Epiro, quæ eſt ad Epidamnum*. Et rurſus in excerptis de legationibus editionis regiæ pag. 81. ubi narrat Balamerum ab obſidione Heracleæ in Macedoniæ profectum fuiſſe *novam Epirum*, & ibi *Epidamnum* occupaſſe. Id etiam evincitur ex lege unica Cod. de Stratoribus, cujus legis hic eſt titulus: *Impp. Valentinianus & Valens. A A. ad Zozimum præſidem novæ Epiri*. Extat reſcriptum leg. 2. Cod. de apparitoribus, ea lex Stratores coërcet & vetat, ne plus quam ſolidum probo nomine poſcant, & in equis offerendis certam cuſtodiant formam. Id reſcriptum ad Epiri novæ præſidem mittitur, eo quod in Epiro nova, & à Dyrrhachio præcipue & Appollonia incipiebat via Egnatia, maxime frequentata, per quam equitabant omnes, qui Roma Conſtantinopolim & orientem petebant. Ideo in ea provincia Stratorum avaritia, qui curſoribus equos præbebant, erat præcipue coërcenda, & ideo ad præſidem Epiri novæ id reſcriptum miſſum fuerat, ſub cujus imperio erant Dyrrhachium & Apollonia, novæ Epiri civitates. Sed in eo non ſequimur Pancirollum, qui in ſuis in notitiam commentariis cap. 137. vult, Epirum novam ultra Acheloum, orientem verſus Locros & Phocenſes fuiſſe, & ideo Macedoniam ſalutarem dictam fuiſſe putat eam Illyridis partem, quam ex ſupra citatis autoritatibus probavimus Epirum novam nuncupatam fuiſſe. At cum Malcho rhetore, ſupra citato, qui diſtricte Epirum novam circa Epidamnum collocavit, alios autores habemus, qui noſtram fulciunt ſententiam. Euſthatius

ſthatius igitur ad hunc Dionyſii locum:

Οὐρέων τ' ἠλιβάτων τὰ Κεραύνια κικλήσκουσι·

Sic ait: Ὅτι τῆς Ἰλλυρικῆς χώρας πέρας αἱ ἠλίβατοι καλοῦνται τὰ Κεραύνια ὄρη, οὕτω καλούμενα διὰ τὸ συχνοὺς ἐκεῖ πίπτειν κεραυνούς, περὶ ἃ κεῖται ἡ τῆς νέας Ἠπείρου μητρόπολις, ἡ ποτὲ καλουμένη Ἐπίδαμνος, ἤτοι τὸ Δυῤῥάχιον. Id eſt: *Quod Illyricæ regionis terminus excelſi montes ſunt Ceraunii. Ita dicti, eo quod ſolent ibi multa fulmina cadere, circa quos ſita eſt novi Epiri metropolis, quæ olim Epidamnus vocabatur vel Dyrrhachium.* Accedit ad Euſtathii hominis Græci, & in Græciæ rebus doctiſſimi autoritatem Georgius Logotheta in hiſtoria ſua editionis regiæ pag. 92. ubi ſic de Pirenæis montibus ait: ἃ δὴ καὶ διορίζει τὴν παλαιάν τε καὶ νέαν Ἤπειρον τῆς Ἑλληνίδος καὶ ἡμετέρας γῆς. Id eſt: *qui dividunt antiquam & novam Epirum a noſtra Hellenica terra.* Ibi ex totius negotii narratione (locus enim eſt prolixior) deprehenditur, per novam Epirum non poſſe intelligi Ætoliam, nec Locridem, aut Phocidem, ut vult Pancirollus, ſed Illyridem littoralem, de qua ſermo eſt. Sed turbam facit Suidas in voce Ἐπικλήτης ubi ait de Epicteto Philoſopho ἐν Νικοπόλει τῆς νέας Ἠπείρου ᾤκησε. Id eſt: *in Nicopoli novæ Epiri habitavit.* Nam ibi Epirum novam vocat eam, quæ antiqua Epirus fuit, & olim ſic vocabatur, ubi in confinio fuit Actia Nicopolis. Idcirco, vel Suidam erraviſſe, quod ſæpe facit, vel τὸ νέας additum fuiſſe à mala manu, non dubito aſſerere. Nam Epirum veram, & ab omni tempore ſic nominatam, poſtea novam Epirum vocatam fuiſſe, ratio non patitur. Nec ita Pancirollus ſentit, qui eandem & Epirum antiquam & ſemper ita vocatam fuiſſe conſentit. Sed diſertiſſime omnium Conſtantinus in Themate occidentali. 9. ſic ait: καὶ ὧδε μὲν ἐπαρχία τῆς νέας Ἠπείρου, τοῦτ' ἐστὶ, τοῦ Δυῤῥαχίου τοῦ πάλαι καλουμένου Ἐπιδάμνου.

vꝫ. Id eſt: *Et ſic ſe habet præfectura novæ Epiri, id eſt Dyrrhachii, quæ urbs olim vocabatur Epidamnus.* Errorem Suidæ ſequutus eſt is, qui in tabula Peutingeriana regionum denominationes appoſuit, nam Epirum novam ab Apollonia uſque ad Nicopolim extendit, ſed ex ſupra citatis id nomen male appoſitum luce clarius eſt. Nunc videndum eſt, an vere Pancirollus dicto cap. 137. putaverit Macedoniam ſalutarem, noſtram Illyridem, quod non puto. Nam ipſius notitiæ verba id non concedunt. Sic enim notitia fol. 15. verſo: *Sub diſpoſitione virorum illuſtrium Præf. Prætorio per Illyricum dioceſes infra ſcriptæ.* Macedonia. Dacia. *Provinciæ Macedoniæ* VII. *Achaja, Macedonia, Creta, Theſſalia, Epirus vetus, Epirus nova, & pars Macedoniæ Salutaris. Provinciæ Daciæ V. Dacia mediterranea, Dacia Ripenſis, Mœſia prima, Dardania* Prævalitana, *& pars Macedoniæ ſalutaris.* In hac provinciarum deſcriptione Epirus nova diſtinguitur à Macedonia ſalutari. Non fuit igitur eadem. Itaque neceſſe eſt, Macedoniam ſalutarem alibi fuiſſe ſitam. S. Ruffus Macedoniam etiam in provincias ſeptem diviſerat, ſed nulla Macedoniæ ſalutaris facta mentione, & ejus loco Prævalitanam ponit. Sed de ea quæſtione dicemus, Deo dante, quando de Macedonia nobis agendum erit. Nunc ſufficiat Pancirolli errorem notaviſſe, ne quis ab eo decipiatur. Et Illyris quidem, quam in manu habemus, quamvis toties nomen mutaverit, non tamen omnino evanuerat priſtina & prima appellatio. *Illyricum* teſtis eſt Anna Comnena, quæ poſt tot ſecula eam revocavit. Sic enim ea de Alexia Contoſtephanum claſſis ducem contra Bæmundum mittente. lib. 12. editionis regiæ: καὶ πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον, ἐξέπεμψε ἐπαπειλησάμενος τοῦ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἐκκοπὴν, εἰ μὴ φθάσας προκαταλάβοι τὴν πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν τοῦ Βαιμοῦντου δια-

τοῦ Διαπεραιώσιν. Iſt eſt: *Et eum ad Dyrrhachium miſit, minatus ei oculorum effoſſionem, niſi præveniret Bæmunti transfretationem.* Et rurſus eodem libro: Ὁ'πηνίκα δ' ἔγνω, διαπλωϊσάμενον τὸ Βαιμουντον περὶ τὴν Ἰλλυρικοῦ πεδιάδα. Id eſt: *Statim ac novit Bæmundum navibus trajeciſſe ad Illyrici campeſtria.* Sed ſatis ſuperque in iis antiquis nominibus moramur, nunc de recentioribus aliquid breviter dicendum eſt. Proavorum noſtrorum memoria ea regio Albania vocabatur; ſed id nomen ultra Illyridis noſtræ fines extenditur. Nam & Illyricum proprie dictum, quod ad ſeptentrionem noſtræ Illyridis jacet, ubi Liſſus & Scodra, & Macedoniam tunc liberam, & Epiri montana complectitur. Nam in catalogo *de cognominibus urbium & locorum*, à Leone Allatio publicatorum, in ſuis ad Acropolitam notis, cap. 24. ubi priſcis nominibus recentiora tribuuntur, ſic habet: Ἰλλύριοι οἱ Ἀλβανῖται. Ἰλλυρικὸν τὸ νῦν Κανικὸν καὶ ἡ Σερβία. *Illyrii Albanitæ. Illyricum quod nunc Canicum & Servia.* Ubi pro Κανικὸν, puto legi debere Κανινικὸν; nam nomen regionis eſt Κάνινα τὰ, unde analogice deducitur *Caninicum.* Enimvero jam à Ptolemæi tempore Albanorum nomen in eo tractu noſcebatur; ſed anguſtis limitibus coarctatum, & unico tantum oppido nobilitatum. Sic enim ille lib. 3. cap. 13. Ταυλαντίων Ἄρνισσα, Ἐλυμιώτων Ἔλυμα, Ὀρεστίδος Ἀμαντία, Ἀλβάνων Ἀλβανόπολις. Iſt eſt: *Taulantiorum Arniſſa, Elymiotum Elyma, Oreſtidis Amantia, Albanorum Albanopolis.* Non ſunt igitur advenæ heri aut nudius tertius ibi accolentes Albani, ſed ab antiquiſſimis temporibus ejus regionis incolæ. Ideo falſum credo & fallentem Magium Patavinum, qui ſic in ſua Græcia: *Albania dicitur ab Albanis populis Aſiaticis, qui à Tartaris expulſi iſtic conſederunt.* Vellem nos docuiſſet, unde id acceperat. Barletius

tius eos aliunde deducit his verbis: *Epirotæ qui & Albani appellati ſunt, ex Albanis priſcis & nobilibus Italiæ populis, qui Colchidis etiam portionem incoluerunt, originem traxiſſe dicuntur.* Et hæc qnidem opinio licet falſa (ut credo) minus tamen abſurda videtur. Sed potius eorum nomen (ſi conjecturæ locus eſt) putarem à ſitu & regionis, quam incolebant, natura, iis datum fuiſſe. *Albem* enim & *Alpen* excelſos montes ſignificaſſe priſca Gallorum lingua, teſtes ſunt montes, qui ab Italia nos dirimant; & nunc etiam inter Italos vox *alpeſtre* durum & montanum ſignificat, & antiqui illi Albani Italiæ montanam regionem incolebant, reſpectu ad Latii campeſtria, unde & iis nomen non ab illa fabuloſa ſcropha. Quod autem Galli montes *Alpen* vocabant, teſtis Iſidorus originum lib. 14. cap. 8. quod etiam aſſerit Servius ad Virgilii Æneid. libro 10. his verbis: *Alpes immites apertas.* Gallorum vero lingua, quæ & Celtica, longe lateque per Europam extendebatur, & dialecto tantum differebat, ideo *Alben* & *Alpen* montes excelſos ſignificaſſe in univerſa fere Europa non dubium eſt. Sed ad noſtros Albanos redeundum. Ii paulatim vel ob fœcunditatem multiplicati, vel ob virtutem militarem celebres facti, totam longe lateque regionem à ſuo nomine denominavere. Non memorati tamen antiquis autoribus Græcis, nec ullus, quod ſciam, ante Ptolemæum, de iis mentionem fecit; nec mirum, quando in montibus aſperis anguſte degentes, & unico oppido contenti, non multis interfuerant negotiis, & ſub Illyriorum vel Macedonum nomine latebant. Sed poſterioribus ſeculis ſub imperatoribus Conſtantinopolitanis nobilitati ſunt, & tempore quidem Theodori Laſcaris, qui imperium orientale poſtliminio ad Græcos revocavit. Jam videtur τὸ Ἀλβανὸν, *Albani-*

baniam fuiſſe præfecturam non contemnendam. Sic enim Georgius Acropolita hiſt. cap. 14. de Theodoro quodam Epiri Deſpota: Τὴν τε γὰρ Θεσσαλίαν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο Ἀχρίδα τε καὶ Πρίλαπον, Ἀλβανόν τε καὶ αὐτὸ Δυῤῥάχιον. Id eſt: *Theſſaliam enim ſibi ſubjecit & Achridam & Prilapum, tum Albanum & ipſum Dyrrhachium.* Et iterum cap. 77. de ſe ipſo ille autor: Ἐκεῖθεν ἐξιὼν τῆς πρὸς τὸ Ἀλβανὸν φερούσης ἠπτόμην, καὶ τὴν τε Σέρβια παρελθὼν καὶ παραμείψας τὴν Καστορίαν, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀχρίδα παρεκκλίνας (ſic legendum) ἀφικόμην περὶ τὸ Ἀλβανὸν, κἀκ τούτου μετὰ τῶν τῆς χώρας ἐκκρίτων καλείληφα τὸ Δυῤῥάχιον. Id eſt: *Inde exiens viam ad Albanum capeſſi, & Servia præteriens & Caſtoria à tergo relicta, Albanum acceſſi, & inde cum quibuſdam ejus regionis electis Dyrrhachium perveni.* Et rurſus cap. 25. Chronici de Joanne Aſan Bulgarorum rege: καὶ τὰ πέριξ τούτων κατέδραμε, καὶ τῆς μεγάλης Βλαχίας, ἀλλὰ καὶ Ἀλβανοῦ κατακυριεύει. Id eſt: *Et omnia circum circa incurſavit; & magnæ Blachiæ, imo & Albani dominus factus eſt.* Sed preſſius locum deſignat & regionem Cantacuzenus hiſt. lib. 2. cap. 27. Διατρίβοντα δὲ ἐν Θεσσαλίᾳ βασιλέα, οἱ τὰ ὀρεινὰ τῆς Θεσσαλίας νεμόμενοι Ἀλβανοὶ ἀβασίλευτοι, Μαλακάσιοι, καὶ Μπούιοι, καὶ Μεσαρῖται ἀπὸ τῶν φυλάρχων προσαγορευόμενοι, περὶ δισχιλίους καὶ μυρίους ὄντες προσεκύνησαν. Id eſt: *Regem vero in Theſſalia morantem Albani, qui montana Theſſaliæ incolunt, ſine rege degentes, Malacaſii, & Mpuii, & Meſaritæ, ſic à familiarum ducibus denominati duodecim mille numero adorarunt.* Et lib. 3. cap. 12. καὶ Ἀλβανοὺς τοὺς περὶ Πογονιανὴν καὶ Λίβισδαν νεμομένους ληισάμενος καὶ δίκας τῆς ἀδικίας ἐπιθεὶς (ἴσε γὰρ δὴ πω καὶ αὐτοὶ ὡς καὶ περιόντος βασιλέως, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν πολλὰς τὰς τῆς Ἀκαρνανίας πόλεις, καὶ Βαλάγριτα ἐκάκωσαν ὁσημέραι κατατρέχοντες. Id eſt: *Et Albanos, qui circa Pogonianam & Liviſdam incolunt depræ-*

prædatus,& pœnas eorum malitiæ imponens(noviſtis enim, quo modo ſuperſtite imperatore,& poſt ejus deceſſum Acarnaniæ urbibus & Balagritæ multum damni intulerunt, quotidie incurſiones facientes? Ubi locorum fuerint Pogoniana & Libiſda divinandum foret, niſi nos doceret in Acarnaniæ vicinia fuiſſe; urbes credo non fuere, quoniam alibi talia nomina non inveniuntur; fuerunt forte vel montium cacumina, vel ignobiles pagi in montibus, qui Acarnaniam & Epirum à Theſſalia dividunt, Pyrenæo ſcil. & Pindo olim dicto, ſiti. De Balagrita, utrum fuerit urbs, vel regio, inquirendum. Ea vox apud antiquos non reperitur ex eodem Cantacuzeno lib. 2. cap. 32. divinare quis poteſt, fuiſſe locum non longe ab Epiro & Acroceraunis, ſic enim ille: Ὅτι οἱ περὶ Βαλάγριτα καὶ Κάνινα νεμόμενοι Ἀλβανοί. Id eſt: *Quod Albani qui circa Balagrita & Canina habitabant.* Et paulo poſt de iiſdem. Βαλάγριτά τε καὶ Κάνινα ἐκακούργουν πάνυ καὶ φρούριόν τι Σκρεπάριον ὠνομασμένον, καὶ τὴν Κλεισοῦραν. Τίμωρον δὲ φρούριόν τι καὶ αὐτὸ ἑσπέρων περὶ Βαλάγριτα ᾠκισμένον, παρεστήσαντο ἤδη καὶ βεβαίως εἶχον. Id eſt: *Balagrita & Canina omnino vaſtabant,& caſtrum quoddam Screparium nomine, & Cliſuram, & Timorum caſtellum etiam quoddam occidentale circa Balagrita ædificatum cœperant & firmiter poſſidebant.* Puto tamen, imo firmiter credo, Balagritam Cantacuzeni nihil aliud eſſe, quam ea civitas, quæ lingua Bulgarica, Belgradum dicebatur, ut infra amplius demonſtrabimus, ubi de ea dicendum erit. Albanus populus latrociniis aſſuetus, & propter frequentes incurſiones vicinis regionibus infeſtus,ab Andronico Palæologo non ſolum repreſſus, ſed & vaſtatus, & fere deletus eſt, ea hiſtoria ſatis fuſe deducta extat apud Cantacuzenum, & inde operæ pretium eſt quædam excerpere, unde poſſimus aliquid veriſimile attexere de

noſtris

noſtris Albanis. Sic igitur Cantacuzenus lib. 2. cap. 32. paulo poſt verba nuper citata, ſic ait de Andronico imperatore, qui bellum infere cogitabat Albanis: Τοιαῦτα δὲ βουλευσαμένῳ καὶ συμμαχίαν ἐδόκει δεῖν ἐξ Ἰωνίας μεταπέμπεσθαι Περσικὴν ἕνεκα τῶν Ἀλβανῶν πεζήν, ὄρη γὰρ δυσπρόσοδα νεμόμενοι, καὶ μεγάλα, καὶ πολλὰς ἔχοντα ἀποφυγὰς, καὶ καταδύσεις, οὐ ῥαδίως ὑπὸ τῶν ἱππέων βλάπτεσθαι ἐδύναντο, καὶ μάλιστα ἐν θέρει εἰς τὰ ἀκρότατα ἀνιόντες τῶν ὀρῶν, ὅπου καὶ πεζοῖς ἀντιτάξασθαι οὐκ εὐχερὲς, διὰ τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου. Id eſt: *Talia cogitanti, ei viſum eſt neceſſe eſſe, ex Jonia auxilium Perſicum pedeſtre accerſere contra Albanos, nam cum montes inacceſſos incolerent & magnos & multa perfugia & latibula habentes, non facile poterant ab equitibus lædi, æſtate præcipue in ſumma cacumina recedentes, ubi & peditibus etiam non facile erat contra eos aciem explicare, ob locorum firmam ſecuritatem.* Ex hoc loco & ejus belli tota narratione, ubi de nulla urbe aut caſtello mentio ſit, firmatur id, quod ſupra dixerat idem autor ſupra eodem lib. cap. 28. de iisdem Albanis: Ἐδεδοίκεσαν γὰρ μὴ χειμῶνος ἐπελθόντος διαφθαρῶσιν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἅτε πόλιν οἰκοῦντες οὐδεμίαν, ἀλλ᾽ ὄρεσιν ἐνδιατρίβοντες καὶ χωρίοις δυσπροσόδοις, ὧν ἀναχωροῦντες τοῦ χειμῶνος διὰ τὸ κρύος καὶ τὴν χιόνα ἄπιστόν τινα ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐκείνοις νιφομένην, εὐεπιχείρητοι ἔσεσθαι ἐδόκουν. Id eſt: *Timebant enim ne per hiemem à Romanis (id eſt Græcis) delerentur, ut pote nullam urbem inhabitantes. Sed in montibus degentes & locis acceſſu difficilibus, unde digreſſi propter frigus & nives altiſſimas, faciles captu ſibi videbantur.* Sine urbibus igitur, ſine munitionibus & caſtellis erant. Et ut ex hoc loco colligitur, ſine proprio lare fixo & permanente: Quoniam æſtate ſumma montium, hyeme, valles & apricos locos ſectabantur, ideo vagi & errabundi ab eodem Cantacuzeno νομάδες appellantur lib. 1.

 cap. 55.

cap. 55. Οἱ τὸ τὰς Διαβόλεις νεμόμενοι Ἀλβανοὶ νομάδες. Id eſt: *Qui Diaboleas incolebant Albani nomades.* Et eandem etiam de iis profert ſententiam Laonicus Chalcocondylas lib. 8. Εἰσὶ δὲ τὸ γένος τοῦτο νομάδες ἅπαντες, καὶ οὐδαμῇ σφισὶ χρονίαν τὴν διατριβὴν ποιούμενοι. Id eſt: *Sunt autem ea natio nomades omnes, & nullibi per longum tempus morantur.* Et ſuper eo facile nobis foret plura congerere. Ex pluribus tamen locis ſupra citatis τὸ Ἀλβανὸν vel Ἀλβανόπολις conſtat fuiſſe urbem ceu pagum celebrem ſatis, unde origo Albanorum eorum vagorum fuit; nam nihil vetat, quin urbs illa manſerit, & in ea Albani illi antiqui certam ſedem habentes: ſed ob anguſtos terminos & locorum aſperitatem, urbe ea ſuos cives nimis fæcundos, & eorum multitudinem non capiente, multa inde examina per Græciæ montana divagaſſe, & in plures tribus diviſos, ſparſa, & diverſis cognominibus diſtinctos fuiſſe dicamus. In ſumma ex ſupradictis colligitur, gentem fuiſſe olim parum celebrem, & anguſtis limitibus coarctatam, ſed quæ poſterioribus ſeculis, per montium juga Pindum puta & Callidromum uſque ſparſa, omne illud montium jugum incoluerint, quod Illyridi noſtræ, Epiro, Acarnaniæ, & Ætoliæ imminebat, & inde graves multa damna campeſtribus regionibus inferebant, & plana etiam occupabant aliquando. Nam eam regionem, quæ prius Taulantiorum in littore Jonici maris, & poſtea Parthinorum fuerat, in Dyrrhachii vicinia, eos occupaſſe patet ex Cantacuzeno, qui eodem 2. lib. cap. 32. ubi de expeditione imperatoris contra Albanos agit, ſic ait: Ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν Ῥωμαίων ἄγων στρατιὰν ἀφίκετο. Ἐκεῖ καὶ ..... διὰ Θεσσαλίας ἐπὶ Ἀλβανοὺς ἐχώρει, καὶ μέχρι Ἐπιδάμνου ἐχώρει ληϊζόμενος αὐτούς. Id eſt: *Poſtquam & ipſe Imperator ducens exercitum Romanorum per Theſſaliam in Albanos pro-*

proceſſit & eos depalando uſque ad Epidamnum progreſſus eſt. Sed poſterioribus ſeculis ingruentibus Turcis, Conſtantinopolitano imperio paulatim deficiente, adeo aucti ſunt, ut in Peloponneſum penetrantes, ejus peninſulæ plures regiones & præcipue montanas occupaverint Græcis principibus, qui Peloponneſum tenebant, ſe ſubjicientes primum, ſed poſtea jugo excuſſo rebelles facti, ſuo jure uſi ſunt. Id patet ex Chalcocondyla lib. 8. cujus locum licet prolixum afferimus evidentiæ cauſa: Ὡς οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου ἡγεμόνες ὥρμηντο φεύγειν ἐπὶ Ἰταλίας, καὶ Ἑλλήνων ὅσοι ἐνῴκουν τὴν νῆσον ἐπιφανέστεροι, ὡς δὲ σφισὶ σπονδὰς ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο, οὐκ ἔτι διενοοῦντο ἀπιέναι, ἀλλ' ἐμμενόντες περιέπεσον ξυμφορᾷ οὐ σμικρᾷ τινὶ, οὐδὲ ἐπιτυχούσῃ. Ὡς γὰρ ἑώρων αὐτοὺς οἱ Ἀλβανοὶ παρασκευαζομένους ἐπαίρειν, οὐκ ἔτι ἤθελον πείθεσθαι, ἀλλὰ συνίσταντο μὲν πρὸς ἀλλήλους, καὶ συνώμνυντο, ὡς ἐπιθησόμενοι τῇ Πελοποννήσῳ. Ἔπραττον δὲ ταῦτα, ἐνάγοντος Πέτρου τοῦ χωλοῦ, ἀνδρὸς τὸν τρόπον οὐκ ἀγαθοῦ, δεξιοῦ δὲ ἄλλως, καὶ καθηγουμένου τοῖς Ἀλβανοῖς τὴν ἐπήγησιν ταύτης τῆς ἀποστάσεως, ἐνῆγε δὲ ἐπικείμενος ὥστε ἀφίστασθαι ἀπὸ Ἑλλήνων, καὶ σφισὶν ἡγεμόνα ἑλέσθαι ὃν ἂν αὐτοὶ ἕλωνται. Id eſt: *Cum Peloponneſi duces fugere pararent in Italiam, & cum iis Græcorum illuſtriores inſulam* (id eſt Peloponneſum) *habitantes rex* (Mahumetes) *cum iis fœdera fecit. Ideo abire non amplius voluerunt, ſed manentes in calamitatem inciderunt non parvam, aut vulgarem. Albani enim cum eos viderunt ad fugam paratos, non amplius iis obedientes ſe præbere voluerunt, ſed congregati conjuraverunt ad inuadendum* Peloponneſi *dominium. Talia vero faicebant inducente eos* Petro *claudo, viro non bono; ſed induſtrio, & qui autorem ſe præbuerat Albanis in hoc defectionis propoſito, eos enim inducebat inſtans, ut à Græcis deficerent, & ſibi ducem quem vellent eligerent.* Narrat porro idem autor, quomodo Can-

tacuzenum quendam ducem ſibi eligentes, Peloponneſum vaſtarunt, urbes ceperunt, & diripuerunt, Græcos pro mancipiis accipientes, addit deinde: Καὶ ηὔξετο μὲν τοῖς Ἀλβανοῖς τὰ πράγματα, καὶ ἐς μέγα ἐχώρει. Id eſt: *Et auctæ ſunt Albanorum vires, & incrementum accipiebant.* Et rurſus pag. ſequente: Καὶ ἐδόκει μὲν οὖν ὡς τὰ Πελοποννήσου πράγματα χωρῆσαι ἐπὶ τοὺς Ἀλβανούς, εἰ μὴ διαπραξαμένου τοῦ Ἀζανέω ἐν ταῖς βασιλέως θύραις. Id eſt: *Et videbantur Peloponneſi negotia ſecundum Albanorum vota bene procedere, niſi ad portas regis Azanes negotiatus fuiſſet.* Narrat deinde quomodo Turachanes dux à Mahumete miſſus ſimul cum Peloponneſi ducibus Albanos in ſummitate Barboſtenis montis, ubi uxores & liberos depoſuerant, & aditum muro & turribus muniverant, debellavit, & decem mille corporum eorum potitus eſt. Item aliam eorum partem, quæ Ithomen ſeceſſerat & Aoton vel Ætheon muniverat, coëgit ad fœdus ineundum, & principibus Peloponneſi iterum ſubjecit: ſic repreſſa fuit Albanorum in Peloponneſo rebellio. At Albani, qui Illyricum latus incolebant, proprios ductores ex ſua gente habuerunt. Inter quos quidam Ibanes (forte Joannes) ad magnum potentiæ gradum evectus eſt. Nec non & Arianites quidam, Comneni filius, ſed ab Amurathis ducibus victi ad Amurathis januam ceu portam coacti ſunt ire, & ibi ſupplicum more viventes, & Amurathen quocumque ibat comitantes, cum nihil eorum quæ petebant obtinerent; ipſe Arianites & Ibani mortui filius Georgius Caſtriota (quem Turcæ Scanderbegum vocarunt) aula ſe proripuerunt, & rebelles facti, bellum fortiter geſſerunt, præcipue Scanderbegus, qui ducta Arianitis filia Donica, indeſinenter adverſus Turcas regionem ſuam inuadentes ſtrenuiſſime præliabatur, & ita fortiter ſe geſſit,

geſſit, ut Amurathem ipſum, Crojam urbem ſuæ ditionis primariam obſidentem, repulerit & obſidionem ſolvere coëgerit. Hæc ex Laonico, qui ea pluribus narrat, excerpſi, quæ fuſius apud eum enarrata videre poteris, ſi lubuerit. Tum in vita dicti Georgii Caſtriotæ à Marino Barletio deſcripta, plura excerpere licebit, ad Albanorum regionem & hiſtoriam noſcendam. Sed omnia locorum & urbium nomina fere nova habet, quæ ad antiqua referri non poſſunt ob cauſas, quas ipſe docet. Illum Georgium Epirotarum regem vulgo nuncupant, ſed male, neque enim unquam regio titulo uſus eſt, neque in Epiro proprie dicto & antiquo ditionem ſuam habebat, ſed in Illyride noſtra, & alia boreali ſupra Dyrrhachium & Liſſum. Durat etiam hodie Albanorum gens & nomen, & ex ea gente ſæpe Itali principes, & præcipue Veneti auxiliares copias accerſunt, quas vocabulo Græco, *Stradiotos*, id eſt, Στρατιώτας dicunt, & ad noſtram uſque Galliam etiam eorum equeſtres copiæ pervenerunt, ſub factionis Guiſianæ ducibus militantes, & ex relationibus domini *de la Boulage le goux* videntur etiam hodie uſque ad montes Atticæ Paructhem & Brilottum perveniſſe, & ibi nomadice vivere ſub nomine *Arnautarum* cogniti, à quodam eorum duce Arnaldo, ſic, ut credere eſt, denominati. Sed de ea gente hæc ſufficiant, & de eorum regione, quam nunc *Muſachiam* vocari aſſerit Niger, Caſtaldus vero in ſua mappa *Tamoriſam* ibi ponit.

CAPUT XV.

De Cerauniis montibus.

Illyridem Græcam terminabant à meridie Ceraunii montes, ut ex pluribus autoribus ſupra demonſtravimus, & ratio ejus nominis notata. Eorum montium pars, quæ uſque ad mare pertinebat, & promontorium ibi faciebat; vocabatur plurali numero Ἀκροκεραύνια τὰ, & erat is tractus montium ad mare vergens, brachium quoddam Pyrenæorum ceu Pindi montis, quod à partibus circa Dodonem verſus mare Jonium tendebat. De iis montibus mentionem fecerunt inter Græcos Pindarus, Scylax, Apollonius, Scymnus, Chius, Conon, apud Photium, Strabo, Appianus, Plutarchus, Pauſanias, Ptolemæus, Dio Caſſius, Euſtathius, Cantacuzenus. Inter Latinos ex antiquis Cæſar, Florus, Suetonius. Inter poëtas Virgilius, Horatius, Ovidius, Propertius, Lucanus, Seneca, Sil. Italicus, Juvenalis. Inter Geographos, Plinus, Mela, Solinus, Æthicus, Marcianus Capella, Dominicus, Niger. Eos montes Pindarus deſribit Nemeor. 4. Νεοπτόλεμος δ' ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ, βουβόται τόθι πρῶνες ἔξοχοι κατάκεινται Δωδώναθεν ἀρχόμενοι πρὸς Ἰώνιον πόρον. Id eſt: *Neoptolemus vero* (imperabat) *latæ extenſæ Epiro, ubi ſunt altæ eminentiæ boum paſcua, incipientes à Dodone ad Jonium fretum tendentes.* Scylax Caryandeus in cap. de Illyriis: Κατὰ ταῦτα ἐστὶ τὰ Κεραύνια ὄρη ἐν τῇ Ἠπείρῳ, καὶ νῆσος παρὰ ταῦτα ἐστὶ μικρὰ, ᾗ ὄνομα Σάζων. Id eſt: *Secundum hæc ſunt Ceraunii montes in Epiro, & ad eos inſula parva nomine Saſon.* Ea inſula non ſinit nos dubitare, ubi ſit promontorium, de quo agitur; ſed ex ea inferius

Apol-

Apollonius ſuos Argonautas ad eos montes deduxit. lib. 4. verſ. 520.

- - - - Οἱ δ' ἐν ὄρεσσιν
Ἐνναίουσιν ἅπερ τε Κεραύνια κικλήσκονται,
Ἔκποθεν ἐξότε τούς γε Διὸς Κρονίδαο κεραυνοὶ
Νῆσον ἐς ἀντιπέραιαν ἀπέτραπον ὁρμηθῆναι.

Id eſt: *Alii autem in montibus habitant, qui Ceraunii vocantur, ex eo, ex quo Jovis Saturnii fulmina, eos coëgerunt ſecedere in inſulam oppoſitam.* Idem Apollonins eodem lib. 4. eos montes vocat Ἀβάντων οὔρεα. Id eſt: *montes Abantum*, eo, quod ex Eubœa Abantes ibi habitaverunt. De iis montibus Strabo lib. 6. καὶ τὰ Κεραύνια ὁμοίως ὄρη κλείει πρὸς αὐτὸν τὸ στόμα τοῦ Ἰωνίου κόλπου. Id eſt: *Et montes Ceraunii claudunt adverſus eum* (Lacinium) *os Jonii ſinus*. Et lib. 7. poſtquam Illyridis oram executus eſt, ait: Μετὰ δ' Ἀπολλωνίαν Βυλλικὴ καὶ Ὤρικον (ſic legendum, non vero Βαλλιακὴ καὶ Ὤρεον, ut vulgo legitur) καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτοῦ ὁ Πάνορμος, καὶ τὰ Κεραύνια ὄρη ἡ ἀρχὴ τοῦ στόματος τοῦ Ἰωνίου κόλπου καὶ τοῦ Ἀδρίου. Id eſt: *Poſt Apolloniam autem Byllica & Oricum, &. ejus navale* P*anormus, & montes Ceraunii principium oris Ionii ſinus & Adriæ.* Et eodem lib. non multo poſt: Χάονες μὲν καὶ Θεσπρωτοὶ, καὶ μετὰ τούτους ἐφεξῆς Κασσωπαῖοι (καὶ οὗτοι δ' εἰσὶ Θεσπρωτοὶ) τὴν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν παραλίαν μέχρι Ἀμβρακικοῦ κόλπου νέμονται. Id eſt: *Chaones quidem, & Theſproti, & poſt eos continua ſerie Caſſopæi (& ii etiam Theſproti) littus incolunt à Cerauniis montibus, uſque ad Ambraciam.* At infra demonſtrabitur Chaones fuiſſe inter Epiri gentes magis ad ſeptentrionem ſitos, unde ſequitur, eos montes fuiſſe terminum Epiri ad ſeptentrionem, & Epirum ab Illyride noſtra diſterminare. Itaque Euſtathius ad Dionyſii hos verſus de Adriatici maris extenſione & fluxu:

- - - - Ἐπὶ

- - - - Ἐπὶ δ' ἄσπετον ὁλκὸν ἄγουσι
Ἰλλυρικὴν περὶ χέρσον ἑλίσσεται, ἄχρι κολώνης,
Οὐρέων τ' ἠλιβάτων, τὰ Κεραύνια κικλήσκουσι.

Sic ait: Ὅτι τῆς Ἰλλυρικῆς χώρας πέρας αἱ ἠλίβατοι κολῶναι, τὰ Κεραύνια ὄρη. Id eſt: *Quod Illyricæ regionis terminus ſunt alti vel præcipites montes, quos Ceraunios vocant.* Plerique eos montes non ſolum terminum fecerunt inter Illyridem & Epirum, ſed etiam inter mare Hadriaticum & Jonium. Sic Ponponius Mela lib. 1. cap. 2. *Pyrrhique Buthrotum ultra eſt, deinde Ceraunii montes ab iis flexus in Adriam.* Sed multo antiquior Scylax pridem ita definiverat in periplo cap. Ὠρίκιοι. Τόδε στόμα τοῦ Ἰωνίου κόλπου ἐστὶν ἀπὸ Κεραυνίων ὀρῶν μέχρι ἄκρας Ἰαπυγίας. Id eſt: *Os autem Jonii ſinus eſt à Cerauniis montibus uſque ad ſummam Iapygiam, vel ad promontorium Iapygiæ.* Id promontorium nautis formidabile erat propter frequentia naufragria, & mira fuit Cæſaris felicitas, qui media hyeme Brunduſio ſolvens, id promontorium cum ſua claſſe ſine damno acceſſit. Ejus verba hæc ſunt: *Pridie nonas Ianuarias naves ſoluit impoſitis legionibus ſeptem, poſtridie terram attigit. Cerauniorum ſaxa inter & alia loca periculoſa quietam nactus ſtationem, & portus omnes timens, quos teneri ab adverſariis arbitrabatur, ad eum, qui appellatur Palæſte, omnibus navibus ad unam incolumibus, milites expoſuit.* In exemplaribus editis pro Palæſte legitur Pharſalus maximo errore. Nam & Lucanus ab eo tempore proximus, de eo negotio lib. 5. & nomine loci, quem acceſſit Cæſar, nos docet perſpicue, ſic canens:

Inde rapi cœpere rates, atque æquora claſſem
Curva ſequi, quæ jam vento fluctuque ſecundo
Lapſa Palæſtinas uncis confixit arenas.

Et Paulus Marſus ad 4. faſtorum Ovidii ait, in vetuſtiſſimo

ſimo libro Chalcide Eubœæ empto, ſcriptum fuiſſe pro Pharſalo, Palæſte, quibus autoritatibus niſus confidenter repoſui Palæſte. Nomen Græcum fuit παλαιςὴ, quæ vox locum ſignificat, in quo luctæ exercitium factum fuit à nautis, ut credere eſt, qui ibi luctam exercuerant, ſic vocatum. Non tam fœliciter Auguſtus de quo Suetonius cap. 17. *Ab Actio cum Samum inſulam in hyberna ſe recepiſſet .... repetiit Italiam, tempeſtate in trajectu bis conflictatus: primo inter promontoria Peloponneſi atque Ætoliæ, rurſus circa montes Ceraunios utrobique parte Liburnicarum demerſa, & ejus in qua vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto.* Ideo Horat. ode 3. lib. 1.

Qui vidit mare tumidum, &
Infames ſcopulos Acroceraunia.

Et Ovid amor. 2. epiſt. 11.

Quas Scylla infeſtet quaſque Charybdis aquas,
Et quibus emineant violenta Ceraunia ſaxis.

Inde breviſſimus in Italiam trajectus, quod teſtatur planiſſime Virgilius Æneid. 3.

Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta:
Unde iter Italiam curſuſque breviſſimus undis.

Hos montes eoſdem eſſe, quos nunc ab urbe vicina vel caſtello Itali vocant, monti de Cimæra, patet ex adjacente inſula, quæ olim Saſon, nunc Saſena dicitur, & ſic eos notant in ſuis tabulis Caſtaldus, & Magnus, ille in ſua Græcia, hic in ſua Italia optime.

CAPUT XVI.

De mari Jonio.

Ab eorum montium promontorio Jonium mare incipit, ut ſupra ex Scylace, Strabone, & Pomponio Mela notavimus, & terminus noſtræ Illyridis ad occidentem dicitur. Sic Theophraſtus Apolloniam urbem Illyridis, ut infra docebimus, vocat, ad differentiam aliarum ejuſdem nominis τὴν περὶ τὸ Ἰώνιον, *quæ eſt prope Ionium*, hiſt. plant. lib. 8. cap. 10. & rurſus lib. de cauſis Plantarum 3. cap. 2. Ἐν Ἀπολλωνίᾳ οὖν τῇ περὶ τὸ Ἰώνιον. *In Apollonia igitur, quæ eſt ad Ionium.* Conon apud Photium ſatis diſerte de eadem urbe: Ἀπολλώνια πόλις Ἑλλὰς ἐστὶν, ἐν τῇ Ἰλλυριῶν γῇ, κεῖται δ' ἐπὶ θαλάσσης, καὶ ποταμὸς Ἀῶος διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων, ὃ ὕστερον ἐκβάλλει εἰς τὸ Ἰώνιον πέλαγος. Id eſt: *Et Apollonia urbs eſt Græca in Illyriorum terra, ſita autem eſt ad mare, & fluvius Aous per mediam ipſam fluit, & id in Ionium mare exit.* Ideo Lucanus lib. 2.

> - - - - *ceu læva petatur*
> *Illyris Ionias vergens Epidamnus in undas*

Sed Jonium mare modo latius, modo anguſtius ſumitur, & quidem latiſſime ſumpſit Pindarus Pyth. 3. ubi ait: Ἰονίαν τέμνων θάλασσαν Ἀρέθοισαν ἐπὶ κράναν παρ' Αἰτναῖον ξένον, ὃς Συρακόσσαισι νέμει βασιλεύς. Id eſt: *Ionium ſcindens mare ad fontem Arethuſam apud hoſpitem Ætnæum, qui Syracuſis regit rex.* Ubi Scholiaſtes interpretatur Jonium mare circa Siciliam & Adriaticum mare. Late ſumpſit etiam Euripides in Phœniſſis verſu 217. Ἰόνιον κατὰ Πόντον ἐλάτα πλεύσασα περιρρύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων Σικελίας. Id eſt: *Ionium per mare re-*

mio

mo cum navigaſſet circumfluos ſuper ſteriles campos Siciliæ: Ubi Scholiaſtes: Οἱ δὲ φασὶν Αἰσχύλῳ αὐτὸν ἕπεσθαι, οἰομένῳ πάντα τόπον Ἰώνιον λέγεσθαι, ὃν ἀλωμένη ἐπῆλθεν ἡ Ἰώ. Id eſt: *Alii dicunt eum Æſchylum ſequi, qui putavit omnem locum Ionium vocari, ubi Io errabunda venit.* Paulo ſupra dixerat idem Scholiaſtes ad eundem locum: Ἔνιοι δὲ Ἰώνιον λέγουσι τὸ κατ' Εὔβοιαν πέλαγος. Id eſt: *Quidam autem Ionium vocant mare, quod eſt ad Eubœam.* Sed & latiſſime ſumebant ii, de quibus idem Scholiaſtes ait, ibid: Οἱ δὲ λέγουσι τοὺς ἀπὸ Συρίας εἰς τὴν Ἑλλάδα εἰσβάλλοντας τὸν Ἰώνιον πόντον περᾶν. Id eſt: *Alii dicunt eos, qui de Syria in Græciam navigant, Ionium mare transfretare.* Late etiam ſumpſit Appianus civil. 5. qui Jonium uſque ad Scodram Illyridis ſuperioris & ultra extendit, ait enim de diviſione imperii inter Octavium Cæſarem & Antonium facta: Ὅρον μὲν εἶναι σφισὶ Σκόδραν πόλιν (ſic lego) τῆς Ἰλλυρίδος ἐν μέσῳ τοῦ Ἰωνίου μυχοῦ δοκοῦσαν εἶναι. Id eſt: *Terminum quidem iis eſſe Scodram urbem Illyridis in medio Ionii receſſus videtur eſſe.* Si Scodra fuit in medio Jonii receſſus, ceu ſinus, debuit ultra Scodram etiam ſe multum extendiſſe Jonium ſinum ſecundum Appiani mentem: ſed ſub nomine Jonii comprehendebat etiam Adriaticum, quod multi faciunt, & inter alios Scylax, qui id peculiare habet, quod videtur nomen Jonii maris aſtringere ad Adriaticum mare, & Jonium non cenſere citra Ceraunia, Græciam verſus. Vide eum in cap. Ἰλλυριοί, & ſequenti, ubi expreſſe ait: Τὸ δὲ αὐτὸ Ἀδρίας ἐστὶ καὶ Ἰώνιος. Id eſt: *Idem autem eſt Adrias & Ionius.* Sinus ſcil. Et paulo ſupra dixerat, os Jonii ſinus eſſe à Cerauniis montibus ad acram Japygiam. Plutarchus tamen in Antonio, Jonii maris finem, ait, fuiſſe terminum communem, inter Octavium, & Antonium, & veluti metam inter utriuſque ditionem: καὶ

διήρουν τὴν ἡγεμονίαν, ὅρον ποιούμενοι τὸ Ἰώνιον. Id eſt: *Et diviſerunt imperium, & Ionium fecerunt terminum.* Quæ verba tamen niſi particularius ab Appiano explicata forent, dubium parerent, utrum ab extremitate Jonii verſus orientem, vel meridiem accipienda forent, utrum vero ab alio extremo Jonii verſus occidentem. Sed Appiani verba dubium ſoluunt: ſic Dio lib. 42. de Octavio, qui bellum in Dalmatia geſſerat, de quo Cæſar civil. lib. 3. ait: Ὡς γὰρ πότε τὸ Ἰώνιον περιέπλευσε, καὶ τὸ Ἀντώνιον τὸ Γαίον συνέλαβεν, ἄλλων μὲν τινῶν χωρίων ἐκράτησε, τὴν δὲ δὴ Σάλωνα, καίπερ ἐπὶ πλεῖστον αὐτὴν πολιορκήσας, οὐχ εἷλε. Id eſt: *Tunc temporis enim ad Ionium adnavigaverat, & C. Antonium ceperat, & quorundam oppidorum dominus factus fuerat, Salonem vero non cepit, quamvis eam obſidione multum preſſiſſet.* Si Jonium uſque ad Salonas extendit, manifeſtum eſt, ſub nomine Jonii etiam Adriaticum eum comprehendiſſe. At Plinius etiam mare Siculum Jonium vocavit lib. 3. cap. 8. *A Pelori mare* Ionium *Ora ſpectante oppidum Meſſana.* &c. ſic & lib. 4. cap. 11. Nam Græci & I*onium dividunt in Siculum ac* Creticum *ab inſulis*, non tamen Adriaticum ſub eo nomine comprehendit, nam mare ad Dyrrhachium Adriaticum vocat eodem capite paulo ſupra, de Byſantio enim loquutus ſcribit: *Aveſt à Dyrrhachio* VII. *millia paſſuum, tantum patet longitudo terrarum inter Hadriaticum mare &* Propontidem. (Sed maxime & immane erratum eſt in litteris numeralibus & puto legendum *Septingenta millia paſſ.*) Et ſic ſequitur eorum ſententiam, qui Ceraunia terminum faciunt Jonii, & principium Adriatici, de quo ſupra diximus, & autores laudavimus, quos hic rurſus teſtes adducere, tædium afferret lectori. Alios igitur nondum citatos proferemus. Dio lib. 41. de Cæſare: ἐπεραιώθη πρὸς τὰ ἄ-

κρα τὰ

κρα τὰ Κεραύνια ὠνομασμένα, ἐστὶ δὲ ἐσχατα τῆς Ἠπείρου πρὸς τῷ στόματι τοῦ Ἰωνίου κόλπου. Id eſt: *Transfretavit ad promontaria, quæ Ceraunia appellantur, ſunt autem in extremitate Epiri ad os Jonii.* Dionyſius certe Periegetes, cujus verſus ſupra citavimus, Adriaticum uſque ad Ceraunia extendit, & ita Adriam non Jonium facit terminum occidentalem noſtræ Illyridis, ſed in eo nominis tantum eſt differentia: nam late ſumptum Jonium ultra Ceraunia, imo ultra Dyrrhachium & Scodram extenditur, & totum Adriaticum ſinum complectitur, ut ex Appiano ſupra probavimus. Terminus autem meridionalis fuit is, qui anguſte id nomen acceperunt, Strophades inſulæ. Valerius flaccus argon. 4.

Jamque ad Jonii metas, atque intima tendunt
Saxa, vocat magni Strophadas nunc incola Ponti.

At aliter Virgilius, qui eas inſulas Jonio in magno ponit lib. 3. ſed Virgilius videtur, dum *magno* addidit, innuere voluiſſe, Jonium late & anguſte ſumi, & in magno, id eſt, late ſumpto Jonio (quod Creticum & Siculum mare comprehendit), eas inſulas fuiſſe, quas Flaccus pro termino ponit Jonii parvi, id eſt, anguſte ſumpti. Ejus ſinus varia apud autores inveniuntur nomina, Æſchylus eum vocavit κόλπον Ῥέας, *ſinum Rheæ*, in Prometheo in vinculis. Apollonius Κρονίην ἅλα, *Saturneum mare.* lib. 4. quod Scholiaſtes interpretatur τὸν Ἀδρίαν, *Adriam*, eo quod ſuo ſeculo ita vocabatur. Lycophron Ἰοῦς χώραν (ut legit optime Euſtathius) id eſt *Jus cavum.* Dionyſio Periegeti dicitur Ἀδρίας ἅλμη verſ. 380. Id eſt: *Adriæ ſalſugo*, & paulo poſt idem autor id mare vocat Σικελὰν θάλασσαν. Id eſt: *Siculum pelagus*, quod ait ab Orico claudere Græciæ occiduum latus verſu 400 Pind. Ἰωνία θάλασσα. Apollodoro pag. 61. Ἰώνιος κόλπος. *Ionicus ſinus.* Sed tandem prævaluit

luit nomen Ἀδρίας & Ἀδριατικὸν πέλαγος. Et eo nomine paulatim ſe proferente, in deſuetudinem abiit Ionii maris appellatio & jam Strabonis tempore mutaverat nomen; ſic enim ille lib 7. καὶ τὰ Κεραύνια ὄρη ἡ ἀρχὴ τοῦ ςόματος τοῦ Ἰονίου κόλπου καὶ τοῦ Ἀδρίου, τὸ μὲν δὴ ςόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐςι. διαφέρει δὲ ὁ Ἰώνιος, διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάσσης ταύτης ὄνομα τοῦτ' ἐςίν. Ὁ δὲ Ἀδρίας τῆς ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ. Id eſt: *Et montes Ceraunii initium faucium Ionici ſinus & Hadriatici, os enim illis eſt commune. Sed præſtat Ionicus eo quod primæ partis ejus maris nomen eſt: Adrias vero intime uſque ad ultimum receſſum, nunc vero ad univerſum nomen Adriæ pertinet.* Itaque ſic habet Heſychius: Ἰώνιον πέλαγος, ὁ νῦν Ἀδρίας. Id eſt: *Ionium pelagus, quod nunc Adrias vocatur.* Unde nomen acceperit variæ ſunt ſententiæ. Æſchylus ab Iûs erroribus id deducit in Prometheo vincto, ubi Iûs nymphæ fata canit ipſam alloquens:

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
Σαφῶς ἐπίςασ', Ἰώνιος κληθήσεται
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Id eſt: *Futuro autem tempore maris receſſus. (Scito id manifeſte) Ionius appellabitur tui progreſſus monumentum cunctis mortalibus* Sic Apollodorus de eadem in vaccam transformata: Ἥρα δὲ τῇ βοὶ οἶςρον ἐμβάλλει· ἡ δὲ πρῶτον εἰς τὸν ἀπ' ἐκείνης Ἰώνιον κόλπον καὶ ἦλθεν. Id eſt: *Iuno autem vaccæ æſtrum immittit: ea autem primum in ſinum ab ea* I*onicum vocatum venit.* Sic Lycophron, ut ſupra notavi: Ἴους χεύλω, *Ius cavum* vocans, idem etymon aſſerit. Hanc eandem ſententiam habet Didymus, & iiſdem verbis, ad hæc Homeri Iliad. β. διακόρω Ἀργειφόντη. At Apollonii doctus Scholiaſtes alias origines ejus nominis recenſet ad verſum 308. & quoniam is locus multa, quæ jam diximus, firmat, eum integrum hic

hic apponam: Τὸ Ἰώνιον πέλαγος τῆς Ἰταλίας εἰς ὃ ἐκδίδωσιν ὁ Ἀδρίας· διὸ καὶ τινὲς αὐτὸ Ἀδρίαν ὀνομάζουσι καὶ μεταδιδόασι τοῦ ὀνόματος, ἐπεὶ γὰρ συνάπτει ὁ Ἀδρίας τῷ Ἰωνίῳ διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν τὸν Ἀδρίαν, ποτὲ δὲ Ἰώνιον Ἀδρίαν καλοῦσι. ὠνομάσθη τὸ γένος Ἰλλυριοῦ, ὡς φησὶ Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ· Ἰώνιον πέλαγος πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ οὕτω καλούμενον ἀπὸ Ἰωνίου ἀνδρὸς Ἰλλυριοῦ· τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς γενομένης πλάνης τῇ Ἰοῖ. Id eſt: *Ionium pelagus* Italiæ, *in quod influit Adrias, & ideo quidam eum Hadriam vocant, & illi impertiunt illud nomen; nam quoniam Hadria* Ionium *attingit, ea de cauſa aliquando Hadriam* Ionium *vocant, aliquando vero* Ionium *Hadriam nominant. Dictum fuit autem ab* Ionio *viro* Illyrio, *ut Theopompus ait libro.* 21. Ionium *mare (ait) ad* Italiam *pertinens ſic vocatum ab* Ionio Illyrio *viro, aliqui vero ab* Iüs *errore deducunt.* De eo etiam Servius ad Æneid. 3. ait: *Nonnulli* Ionium *ab* Ionio *rege, qui in inſula, quæ ante* Ionium *jacet, regnaverat, dictum tradunt.* Tertium Hymum profert ex Archidamo Pindari Scholiaſtes ad Pyth. 3. ad hæc verba Ἰωνίαν τέμνων. Ἰώνιον πέλαγος (ait) τὸ περὶ Σικελίαν, τὸ περὶ τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος, ὡς καὶ Θουκυδίδης............ τὸ μὲν ὄνομα ἔλαβεν, ὡς μὲν ἔνιοι, ἀπὸ Ἰοῦς, Θεόπομπος δὲ ἀπὸ Ἰωνίου ἀνδρὸς Ἰλλυριοῦ, Ἀρχίδαμος δὲ ἀπὸ τῶν ἀπολλυμένων ἐν αὐτῷ Ἰώνων. Id eſt: I*onium pelagus, quod eſt circa Siciliam, quod eſt, circa Adriaticum mare, ut Thucydides ....nomen accepit, ut quidam volunt, ab* Io, *Theopompus autem ab* Ionio *viro* Illyrio, *Archidamus vero ab Jonibus, qui ibi perierunt.* In tanta varietate, ubi nihil eſt certi, ſi quid eligendum foret, putarem, Archidami etymum prævalere debere, ut rationi magis conſentaneum, & ut exemplo id firmetur: Hiſpani certum maris ſpatium vocaverunt ſua lingua *golfo de las jegas*, quod equarum mare ſignificat, eo quod ibi multus periit

riit equarum numerus, quas in Americam ducere volebant, ut ibi equorum greges alere poſſent. Sed ſi poſt tam diverſas ſententias liceret etiam noſtram conjecturam apponere, putarem, dictum fuiſſe Jonium mare, initio ſumpto à ſinu, qui poſtea vocatus eſt Corinthiacus, & maris Ionici etiam appellatione continetur. Iones enim ibi habitabant olim, antequam ab Achæis pulſi alio migrarent, nihil enim frequentius, quam maria à regionibus, quas alluunt, appellari, & ideo facile crederem, Ionici maris appellationem ab Ionum littoribus primum deductam, paulatim ad longinquiores maris tractus ſe extendiſſe, quod evenit etiam Adriatico mari; nam ab urbe Adriæ vicina ſic nominatum longe lateque extenſum eſt ad alias partes. Hactenus de mari Ionio.

CAPUT XVII.

De Illyridis limite orientali & ſeptentrionali.

Qui fuerint noſtræ Illyridis limites ab oriente, non ita facile eſt aſſerere. In ſumma quidem Macedoniam & quandam Theſſaliæ partem ei ab oriente adjacere, ſatis conſtat; at ubi fuerit interſtitium & verus limes, qui Illyridem à Macedonia diſterminabat, id vero non eſt facile aſſequi. Nam modo latius, modo anguſtius ſe Macedonia extendebat, pro ut res Macedonum bene aut male ſe habebant, & pro ut eorum regibus, imperium in vicinos affectantibus, fortuna parum aut multum favebat. Tum montes in eo limite perpetue hinc & inde ſe extendentes, unde flumina oriebantur, quæ ſæpe ſolent regiones diſterminare, quando majora fiunt, ſed in ipſa origine id præſtare non poſſunt,

ſunt, rem difficiliorem reddunt, & eo, quod in iis montibus nullæ vel paucæ erant urbes celebritate aliqua notæ, paucas etiam nobis exhibent ſcriptas autoritates, quæ in iis tenebris facem nobis præferre poſſint. Itaque generali quadam & ſummaria limitis ejus deſcriptione contenti erimus, donec in urbium enarratione aliquid lucis affulgeat in una quaque parte. Perpetuis igitur montium jugis noſtra Illyris à Macedonia & Theſſalia dividebatur, quæ variis nominibus ab autoribus appellata ſunt. Et Pindus quidem à Theſſaliæ parte eam terminabat, cujus partes & diverſa juga, ut opinor, erant *Tymphe*, *Pœum*, *Lacmon*, & *Aſnaus*, & *Merope*, & *Citium*, à quibuſdam memorata. A Macedonia vero montes, qui *Illyrici* vocantur à Strabone lib. 7. quorum diverſa juga diverſis nominibus indigitabantur, & Σκόρδον ὄρος, *Scordum mons* dicta fuit pars quædam borealior, per quam Macedonia Scodram & Liſſum ibatur. Polybius in excerptis legationibus cap. 76. de legatis à Perſeo ad Gentium miſſis: οἱ δὲ ποιησάμενοι τὴν πορείαν ὑπὲρ τὸ Σκόρδον ὄρος .... μετὰ πολλῆς κακοπαθείας ἦλθον εἰς Σκόδραν. Id eſt: *Iti cum iter feciſſent per Scordum montem .... cum plurima vexatione Scodram pervenerunt.* Si tamen fides eſt ſupplemento libri ſeptimi Strabonis, *Bertiſcus* mons potius limes foret Illyridis, de qua agitur: Nam videtur ille mons ad mare uſque pertinuiſſe, ſic enim illud ſupplementum (quod videtur breviarium eſſe quoddam & compendium eorum, quæ Strabo in fine libri ſeptimi fuſe narraverat:) Ὅτι ἡ Μακεδονία περιορίζεται .... ἐκ Βορρᾶ μὲν, τῇ νοουμένῃ εὐθείᾳ γραμμῇ τῇ διὰ Βερτίσκου ὄρους, καὶ Σκάρδου, καὶ Ὀρβήλου, καὶ Ῥοδόπης, καὶ Αἵμου. τὰ γὰρ ὄρη ταῦτα, ἀρχόμενα ἀπὸ τοῦ Ἀδρίου διήκει καθ' εὐθεῖαν γραμμὴν ἕως τοῦ Εὐξείνου. Id eſt: *Macedonia terminatur ....*

O *à Ba-*

à borea linea recta, quæ intelligitur per Bertiſcum montem, & Scardum, & Orbelum, & Rhodopen, & Hæmum: ii enim montes, qui incipiunt ab Adria, continuantur per lineam rectam uſque ad Euxinum. Sed non poſſum credere ex Strabone hæc deſumpta fuiſſe, niſi male intellecto: Rhodope enim mons non poteſt continuare lineam rectam cum Hæmo & aliis illis montibus, quippe qui multo inferius ad meridiem citra Hebrum ſitus ſit. Hæmus vero ultra Hebrum ad boream multum diſſitus. Itaque nullam fidem poſſum adhibere tali topographiæ, apud Ptolemæum certe numeri graduales Bertiſcum montem, longe ab hoc ſitu recedentem, ponunt. Sed & minimam apud me fidem merentur Ptolemæi numeri, quippe quos innumeris in locis corruptos, & à veritate recedentes curioſo examine deprehendi, quod ſemel dictum ſit. Itaque ſuper eo nihil certi aſſerere poſſum, deſunt enim probationes, nec alius, quos ſciam, de eo Bertiſco monte fecit mentionem: Ideo ad alia properandum. Illyricorum montium aliud jugum fuit *Candavia*, ſatis celebre, eo quod via Egnatia à Dyrrhachio per illud jugum in Macedoniam, & inde in Thraciam & orientales partes penetrabat. De ea Strabo. lib. 7. Ἡ μὲν οὖν πᾶσα Ἐγνατία καλεῖται, ἡ δὲ πρώτη ἐπὶ Κανδαυίας λέγεται ὄρους Ἰλλυρικοῦ, διὰ Λυχνιδίου πόλεως καὶ Πυλῶνος, τόπου ὁρίζοντος ἐν τῇ ὁδῷ τήν τε Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Μακεδονίαν. ἐκεῖθεν δ' ἐστὶ παρὰ Βαρνοῦντα διὰ Ἡρακλείας καὶ Λυγκιστῶν. &c. Id eſt: *Tota igitur via Egnatia vocatur, prima vero pars dicitur, quæ ad Candaviam eſt Illyricum montem per Lychnidium urbem, & Pylonem, locum, qui in via diſterminat Illyridem à Macedonia, inde vero procedit juxta Barnuntem per Heracleam & Lynceſtas.* Ex hoc loco arguitur, limitem Illyridis & Macedoniæ non fuiſſe in ipſa Candavia, ſed ultra

ultra Lychnidum lacum, & urbem in loco dicto Pylon, & ex nomine conjicio fuiſſe anguſtias in altero jugo ultra Candaviam & Lychnidum, nam id videtur ſignificare πυλῶν: plures enim in montibus tramites anguſti, στενὰ, & πύλαι, & πυλῶνες vocabantur. Notandum enim, Strabonem non dicere, fuiſſe urbem aut pagum aut vicum, ſed tantum locum. In tabula Peutingeriana is locus non notatur, nam poſt Lychnidum urbem deficit linea, quod mirum eſt: Nam in toto imperio Romano via Egnatia celeberrima fuit. Gratias igitur Straboni, qui de eo limite nos docuit. Nemo enim præter illum, nec de illo loco Pylone, nec de Barnunte, ſive urbe, ſive pago mentionem fecit. Pauci etiam ex antiquis de Candavia meminerunt. Apud Ptolemæum in tabula 10. Europæ. cap. 13. male ſcriptum ejus montis nomen legitur. ſic: οἱ ἡ Ἀλιάκμων ποταμὸς ἀπὸ Καναλουιων ὀρεων, quam vocem credo in Κανδαουίων debere mutari facili lapſu præcipue in majoribus litteris manuſcriptorum codicum ΚΑΝΔΑΟΥΙΩΝ in ΚΑΝΑΛΟΥΙΩΝ. Vidit errorem Bertius in ſuo Ptolemæo, & hanc vocem emendat vel interpretatur in margine: *Cambunii Candaviæ montes.* Sed fallitur, dum putat montes Cambunios apud Livium eſſe Candaviam, vel Candaviæ partem. Nam ex Livii narratione patet, Cambunios montes inter Macedoniæ Elymæam, & Theſſaliæ Tripolitim ſitos fuiſſe, non inter Illyricum & Lynciſtas: Candavia enim in ipſa Egnatia inter Daſſaretios noſtræ Illyridis populos, & Lynceſtidem longe à Tripolitide procedebat; idcirco niſi habuerit Bertius autoritates, quibus probari poſſit, Candaviæ nomen uſque ad Tripolitin Theſſaliæ olim ſe extendiſſe, non credam Cambunios fuiſſe Candaviæ partem. Sed auctoritates deſunt. Nam Polybiana hiſtoria pene

tota, heu! periit, in qua multa ſuper iis locis procul dubio dixerat fuſe, & veluti ob oculos poſitis locis, quod ubique facit, & ex qua multa diſcere licuiſſet. Et T. Livius ejus exſcriptor perpetuus, ſed pluribus in locis mutilus, & auctoris, unde omnia fere ſumpſerat, (præcipue in Græciæ rebus) nominis diſſimulator, acciſas tantum reliquias nobis tanti autoris ſervavit. Tacendum eſt igitur, ubi autores tacent. De Candavia iterum dicendum erit infra, quando de inferioribus Illyridis locis tractabimus, nunc enim de limitibus tantum agitur. Illyrici igitur montes memorati Straboni lib. 7. Illyridem à Macedonia dirimebant. Ii montes poſterioribus ſeculis vocati ſunt Πυρηναῖα, vel Πηρηναῖα, vel Πῤῥηναῖα. Nam ſecundum diverſas editiones diverſe legitur ea vox, & in una & eadem editione diverſe legitur apud Georgium Acropolitam, qui & Logothetes. Sic enim ille hiſtoriæ ſuæ cap. 80. Συνεστάλησαν οὖν μέχρι τῶν οἰκείων ὅρων, εἴτ' οὖν τῶν Πυῤῥηναίων ὅρων, ἃ δὴ διορίζει τὴν παλαιάν τε καὶ νέαν Ἤπειρον τῆς Ἑλληνίδος καὶ ἡμετέρας γῆς. Id eſt: *Fugati ſunt igitur uſque ad proprios fines, ceu ad Pyrrhenæos montes, qui diſterminant veterem & novam Epirum à Græca & noſtra terra.* Et rurſus cap. 82. Ὁ δὲ μέγας Δομέστικος ὁ Στρατηγόπουλος, καὶ ὁ Ῥάουλ Ἰωάννης τὰ Πυῤῥηναῖα ὑπερβάντες ὄρη περὶ τὴν Ἄρταν ἐχώρουν. Id eſt: *Magnus autem Domeſticus Strategopulus, & Raoul Joannes Pyrrhenæos montes ſupergreſſi Artam fuerunt.* Sed in ejuſdem hiſtoriæ Chronico compendiario, in locis ſupra citatis, legitur Πηρηναίων & Πηρηναῖα ὄρη, & ſic quidem in eleganti editione Pariſienſi; at in vetere editione, quæ Coloniæ Allobrogum prodiit, legitur Πηρηναίων & Πῤῥηναῖα, ſed licet diverſe ſcribatur, ſonus eſt idem in jotaciſmo, quod nunc obtinet, & Latine Pyrenæa ſonat: Et credo legendum

gendum Πυρλυαῖα, & id nomen accepiſſe eos montes à Francis, qui illic ſub Roberto Guiſcardo, & ejus filio Buamondo contra Alexium militaverant, & ab iis conconfirmatum, qui, durante Francorum imperio Conſtantinopolitano, per annos circiter 80. in omnibus fere Græciæ partibus morati ſunt cum imperio, qui ob ſimilitudinem cum montibus Pyrenæis, qui Galliam ab Hiſpania diſterminant, ita eos montes nominaverant. Iidem Illyrici montes Illyridem ad ſeptentrionem à Labeatum regione dividebant; & ex Polybii loco licet concludere, montium perpetua juga Illyridem Græcam à cætera Illyriorum regione ſeparaſſe. Is eſt libri 8. ubi Acroliſſi & Liſſi occupationem à Philippo factam narrat: Πάλαι δὲ τῇ διανοίᾳ περὶ τὸν Λίσσον καὶ τὸν Ἀκρόλισσον ὤν, καὶ σπουδάζων ἐγκρατὴς γενέσθαι τῶν τόπων τούτων, ὥρμησε μετὰ τῆς δυνάμεως· ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν ἐπὶ δύο ἡμέρας, καὶ διελθὼν τὰ στενά, κατέζευξε παρὰ τὸν Ἀρδάξανον ποταμὸν οὐ μακρὰν τῆς πόλεως. Id eſt: *Cum jam pridem Philippus de Liſſo & Acroliſſo capiendo cogitaret, & eorum locorum dominium affectaret, profectus eſt cum copiis, confecto autem bidui itinere, & ſuperatis anguſtiis ad Ardaxanum fluvium non longe ab urbe caſtra poſuit.* Ex his Polybii verbis non diſcimus, unde Philippus profectus eſt, ſed cum dicat, eum confecto bidui itinere, ſuperatis anguſtiis non longe ab urbe Liſſo caſtra metatum eſſe, colligitur, eum non aliunde profectum fuiſſe, quam ex partibus Dyrrhachio vicinis. Nam bidui iter cum exercitu per montes & anguſtias ad ſummum ſunt ſtadia 120. vel paulo plus. Non igitur à Macedoniæ partibus veniebat Philippus, ſed à propinqua Liſſo regione. Anguſtiæ illæ ceu fauces jugum montium neceſſario ſupponit, quod per eas anguſtias penetrabatur. Nam στενὰ ſunt valles anguſtæ inter duo montium juga: ſed ſi montes

illi vel jugum illud campeſtre ſpatium & planum ad mare reliquiſſet, non opus fuiſſet Philippo, ut per anguſtias exercitui ſemper moleſtas, & periculorum plenas viam inſtitueret, cum per maris littus (ſi planum fuiſſet) via pateret. Nam ex Polybii narratione, & aliis etiam autoribus colligitur, Liſſum non longe à mari ſitum fuiſſe; unde ſequitur montis jugum, ceu Bertiſci, ceu alius cujuſvis ad mare uſque pertinuiſſe, & Dyrrhachinorum ditionem Illyrici noſtri partem borealem à cætero Illyrico ſeparaſſe, & à Labeatum gente, quæ prima occurrebat à noſtra Illyride tendentibus ad Illyrici barbari regiones. Nec ab ea ſententia me demovet Anna Comnena Alexiados lib. 12. his verbis: ὁ δὲ Λίσσος (ſic legendum) μετέωρον ἐστὶ πολίχνιον, καὶ πάνυ δυσάλωτον κάτω, καὶ περὶ τὰς πεδιάδας ὁρῶν τὸ Δυῤῥάχιον, ὡς λέγουσι. Id eſt: *Liſſus autem oppidulum eſt in excelſo poſitum, & ab omni parte expugnatu difficile: Ideo per planitiem Dyrrhachium aſpiciens, ut ajunt.* Nam Dyrrhachii partem ſuperiorem per maris ſinum, qui Labeatum regionem ad ipſum Drilonis os intrat, & in terras ſe inſinuat, liberum aſpectus iis, qui Acroliſſum habitabant, uſque ad Dyrrhachium permittebat, cujus pars quidem ad mare, altera vero in excelſo poſita erat. Is nunc ſinus maris, qui Liſſum & Dyrrhachium interèedebat, ab Italis vocatur *Golpho de Lodrin.* De Labeatum gente meminit Plin. lib. 3 cap. 22. Ejus ſitus ex Livio demonſtrari poteſt, is lib. 43. de Perſeo: *In Peneſtiam exercitum reducit ad Oeneum oppidum in poteſtatem redigendum, & alioqui opportune ſitum & tranſitus ea eſt in Labeatas, ubi Gentius regnabat.* At Gentius regnabat Liſſo, ut patet ex Polybio in excerptis cap. 76. de legatis, qui ad Gentium miſſi fuerant à Perſeo, qui μετὰ πολλῆς κακοπαθείας ἦλθον εἰς Σκόδραν, καὶ πυθόμενοι

μενοι τὸ Γένθιον ἐν Λίσσῳ διατρίβειν διεπέμψαντο πρὸς αὐτόν. Id eſt: *Cum multa vexatione Scodram venerunt, & diſcentes Gentium Liſſo morari, ad eum miſerunt.* Liſſus, Illyrici borealis & barbari urbs, occurrebat prima iis, qui à noſtra Illyride in alteram borealem Illyridem tendebant, ut nuper ex Polybio probavimus. Itaque Labeatum regio erat limes borealis noſtræ Illyridis. Nam Peneſtas, ubi erat Oeneum, ultimos fuiſſe noſtræ Illyridis ad boream, infra demonſtrabitur. Sed poſterioribus ſeculis vel nomen vel incolas mutavit. Nam apud Ptolemæum de Labeatis nulla fit mentio, & Σκιρδῶνες vocantur populi, qui Macedoniam contingebant. Iidem forte, qui Plinio Sirtari vocantur lib. 3. cap. 22. quod proxime accedit ad nuperum nomen, quo Scodra vocabatur, cum à Turcis capta fuit. Scutari enim vocatur ejus temporis hiſtoricis. At Anna Comnena lib. 12. eo loci videtur, Vetonas gentem locare: Nam in Dyrrhachii ſitus deſcriptione ait, mare Adriaticum ἐπικάμπτειν πρὸς ἀνατολάς τε καὶ βορρᾶν πρὸς τοὺς Οὐέτωνας βαρβάρους, ὧν κατ' ἀντικρὺ κεῖται τῶν Ἀπουληΐων ἡ χώρα. Id eſt: *Ad orientem & boream convertitur ad Vetonas barbaros, quibus ex oppoſito jacet Apuleorum regio.* Nec mirum ſi Bulgaris & Valachis eæ regiones occupatæ nomina mutavere. Omnes illi montes, qui Illyridem noſtram ab altera Illyride Macedonia, & Theſſalia diſterminabant, nunc ab Italis communi nomine Albaniæ montes vocantur, & jure cum Albanorum genere longe lateque per eos extenduntur.

CAPUT

CAPUT XVIII.

De Illyridis priſcis incolis, & primum de Taulantiis.

Hanc occidentalem Græciæ noſtræ partem, quam Illyridem vocabant, incoluere initio barbaræ gentes, Illyrici plerumque generis, *Taulantii*, *Parthini*, *Albani*, *Peneſtæ*, *Daſſaretii*, *Eordeti*, *Bulliones*, *ceu* *Bulidenſes*, *Amantini*, & ſi fides Appiano, *Phryges* etiam è Phrygibus reduces, ſic enim ejus verba ſonant: Χρόνῳ δὲ τὸ τε χώρας καὶ πόλεως καταχεῖν Φρύγας ἐκ Φρύγων ἐπανελθόντας. Id eſt: *Poſt tempus vero* Phrygas *& regionem & urbem tenuiſſe è* Phrygia *reduces*. Sed ea voce uſus eſt, eo quod apud Herodotum legitur: οἱ δὲ Φρύγες (ὡς Μακέδονες λέγουσι) ἐκαλέοντο Βρίγες, χρόνον ὅσον Εὐρωπήϊοι ἐόντες σύνοικοι ἦσαν Μακέδοσι. Id eſt: *Phryges autem (ut ajunt Macedones) Briges vocabantur, quandiu Europæi fuerunt Macedonum accolæ.* Sed ex hoc loco non ſequitur, Brygas illos ceu Phrygas fuiſſe Illyricum populum. Nam antiquiſſimo illo tempore, de quo loquebatur Herodotus, Macedones non erant Illyriorum noſtrorum accolæ, ſed potius Thracum, qui Sithoniam & alias regiones tenebant, Macedonibus antiquis conterminas, & Brigas illos multo veri ſimilius eſt fuiſſe Thracas, qui multo faciliorem in Aſiam trajectum habebant, ſolo Ægeo intercedente, vel etiam Helleſponti freto, quam Illyrii, qui ad Jonium tam longe à Phrygia habitabant. Ideo de Phrygibus illis Appiani, de quibus ex aliis autoribus non conſtat, nullam habebimus rationem.

Earum gentium prima occurrit dicenda *Taulantii*, utpote occidentem & ſeptentrionem verſus ſiti, de quibus

quibus antiquiſſima mentio extat apud Thucydidem lib. I. Ἐπίδαμνος ἐστὶ πόλις ἐν δεξιᾷ ἐισπλέοντι τὸν Ἰώνιον κόλπον· προσοικοῦσι δ᾽ αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Id eſt: *Epidamnus eſt civitas, quæ ad dextram jacet ei, qui Jonicum ſinum nave intrat: accolunt eam Taulantii barbari gens Illyrica.* Eorum etiam meminit Ariſtoteles in mirandis: Ἐν Ἰλλυριοῖς τοῖς Ταυλαντίοις καλουμένοις. Id eſt: *In Illyricis, qui Taulantii dicuntur.* Olim id nomen ſatis celebre & extenſum erat, nam proprium regem habebant, quod ex Arriano aſtrui poſſe videtur. lib. 1. ubi Glaucias Taulantiorum rex, cum Clyto Bardylei filio ſociatus, bellum Alexandro intulit. Sed puto eum non ſolum Taulantiorum regem fuiſſe, ſed eorum etiam Illyriorum, qui ad Iſſam, Scodram, & alia ad ſeptentrionem loca uſque ad Dardanos pertingebant. Nam nomen illud Glaucias fuit Illyricis regibus familiare. Certe Taulantios poſtea anguſtis limitibus coarctatos facit T. Livius lib. 45. Nam eos in turba aliorum vicinorum nominat: *Non ſolum liberos, ſed etiam immunes Iſſenſes & Taulantios, Daſſaretiorum Tiruſtas, Rizonitas, Olciniatas.* Sed is locus Livii, quando nunc in noſtras manus incidit, ſanandus eſt; jure enim ſuſpectus eſt mendi. Quis enim unquam Daſſaretiis accenſuit *Rizonitas & Olciniatas* (nam de Tiruſtis nihil unquam legi) ad mare ultra Liſſum & Scodram habitantes? Lege meo periculo, *Iſſenſes, Taulantios, Daſſaretios, tum Tiruſtas, Rizonitas* &c. Sic & Appianus in Illyrico, eos inter alias ſeptem gentes Illyricas nominat. Sed Plinius poſt gentes octodecim Illyrici generis recenſitas uſque ad Drilonem, ſeptem alias gentes enumerat, quæ defecerant, inter quas Taulantios recenſet lib. 3. cap. 22. Ptolemæus tamen Plinio recentior ſub Tau-

lantiis totam fere Illyridis noſtræ oram comprehendit. Sed id fecit homo Ægyptius, ſecundum antiqua nomina. Jam enim defecerant, Plinio teſte. Sed (credo) ob Thucydidis autoritatem in loco ſupra citato. Omnes, qui de Epidamno vel Dyrrhachio mentionem fecerunt, de Taulantiis meminere, licet non amplius forent Taulantii. Sic Claudius Ælianus de animalibus lib. 14. cap. 1. Ἐν τῷ Ἰωνίῳ πελάγει πλησίον Ἐπιδάμνου ὅπου καὶ Ταυλάντιοι περιοικοῦσιν. Id eſt: *In Jonio pelago prope Epidamnum, ubi & Taulantii accolunt.* At Taulantii multis ante Ælianum ſeculis defecerant, & de iis nulla mentio fit apud Cæſarem in bello Dyrrhachino, & notandum eſt Ælianum exſcripſiſſe Thucydidem & ab eo vocem περιοικοῦσιν, accepiſſe. Sic Nonnus Dionyſiac. 44. qui ſub Theodoſio vivebat, multis poſt Plinium ſeculis, dixit:

Ἤδη δ' Ἰλλυρίης Ταυλάντιον ἕδος ἀρούρης.

Id eſt: *Jam & Illyrii agri Taulantiorum ſolum.* Et Stephanus de urbibus Ταυλάντιοι Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Muſachiam eam regionem nunc vocatam aſſerit Niger, at Tamoriſam Caſtaldus, Emathiam Barletius, quod ſit penes eorum fidem. Emathia certe ſic olim dicta, ſita erat ad Ægæum; ſed credo ab Emathio fluvio, quem in eo tractu nominat Barletius, totam regionem nuncupaſſe. Is eſt (credo) qui *Mathis* à Livio dictus eſt. *Mathis Dyrrhachii non longe à Liſſo.* Eum Caſtaldus in ſua Græciæ tabula poſuit cum nomine *Matin*, inter Dyrrhachium & Liſſum. Eum etiam poſuiſſe videtur Maginus, ſed nomine non appoſito: Et non longe ab eo fluvio uterque *Crojam* ponit, quam bene viderint ii, qui Crojam vel ejus ruinas inſpicere potuerunt.

CAPUT

CAPUT XIX.

De Epidamno ceu Dyrrhachio.

Eorum urbs præcipua fuit Epidamnus, cujus mentionem fecere antiqui autores, Scylax, Thucydides, Ariſtoteles, Polybius, Scymnus Chius, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Appianus, Ælianus, Pauſanias, Polyænus, Dio, Stephanus, Malchus Rhetor, Sozomenus, Conſtantinus in Thematibus, Nicetas, Euſtathius, Chalcocondylas, è Græcis. Mutato nomine, ſed tamen Græco, à Latinis appellata *Dyrrhachium*; memorata Straboni, Plutarcho, Pauſaniæ, Ptolemæo, Dioni, autori veteris orbis deſcriptionis, Stephano, Conſtantino in Themat. Cedreno, Zonaræ, Suïdæ, Annæ Comnenæ, Georgio, Acropolitæ, Euſtathio, Græcis. Item Ciceroni, Cæſari, Livio, Melæ, Lucano, Plinio, Solino, Feſto, Vitruvio, & aliis Latinis. De ea ſic Scylax: κατ' ἀντίον δ' ἐστὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἔθνος, ἐν ᾧ ἡ Ἐπίδαμνός ἐστι, καὶ ποταμὸς παρὰ τὴν πόλιν παραῤῥεῖ, ᾧ ὄνομα Πάλαμνος. Id eſt: *è regione eſt Illyrica gens, in qua eſt Epidamnus, & fluvius juxta urbem fluit nomine Palamnus.* De Epidamno fuſius Thucydides lib. I: Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον, προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀποικίσαντες μὲν Κερκυραῖοι οἰκιστὴς δ' ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος τῶν ἀφ' Ἡρακλέους κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς. ξυνῴκισαν δὲ καὶ τῶν Κορινθίων τινὲς καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ Δωρικοῦ γένους. Id eſt: *Epidamnus eſt urbs ad dextram ejus, qui in Jonium ſinum navigat: Eam accolunt Taulantii barbari Illyrica gens: Eam condiderunt Corcyræi, dux*

vero coloniæ condendæ fuit Phalius Eratoclidis Corinthius ab Hercule oriundus, ſecundum morem antiquum à Metropoli vocatus: participes etiam coloniæ condendæ fueruntquidam ex Corinthiis & alii Dorici generis. Sic ex optimo autore ejus urbis cunabula & ſitum deſcribit, & paulo poſt loquitur de Corcyrenſibus, qui quadraginta navium claſſe Epidamnum obſidebant: Sed ex eo Thucydidis loco derogatur fides Appiano, qui civilium ſecundo ſic ait de Pompejo: καὶ διέπλευσεν ἀσφαλῶς εἰς Δυρράχιον, ἣν Ἐπίδαμνόν τινες νομίζουσι διὰ πίαν δι᾽ ἄγνοιαν. Βασιλεὺς τῶν τῆδε βαρβάρων Ἐπίδαμνος πόλιν ᾤκισεν ἐπὶ θαλάσσης. τούτου θυγατριδοῦς Δυρράχιος, νομιζόμενος εἶναι Ποσειδῶνος, ἐπίνειον ᾤκισεν τῇ πόλει καὶ Δυρράχιον ὠνόμασε. Id eſt: *Et ſecure Dyrrhachium adnavigavit, quam quidam Epidamnum putant eſſe, hoc ſcilicet ignorantes. Rex barbarorum, qui ibi incolebant, Epidamnus urbem condidit ad mare, hujus ex filia nepos Dyrrhachus qui Neptuni eſſe dicebatur, navale emporium huic urbi addidit & Dyrrhachium nominavit.* Addit deinde multa fabuloſa de Hercule & Jonio Dyrrhachi filio, & Phrygibus, & Taulantiis, qui eam urbem tenuere, qui à Liburnis pulſi, advocatis in auxilium Corcyrenſibus, Liburnos rurſus pepulerunt, & una cum Corcyrenſibus locum denuo inhabitarunt, & deinde ait: Ὅθεν Ἑλληνικὸν εἶναι δοκεῖ τὸ ἐπίνειον, τὴν δὲ ἐπίκλησιν ὡς οὐκ αἴσιον ἐναλλάξαντες οἱ Κερκυραῖοι, καὶ τὴν δ᾽ ἀπὸ τῆς ἄνω πόλεως Ἐπίδαμνον ἐκάλουν, καὶ Θουκυδίδης οὕτως ὠνόμασεν. ἐνίκα δὲ ὅμως τὸ ὄνομα καὶ Δυρράχιον κληΐζεται. *Inde Græcum videtur eſſe navale illud: Nomen vero, utpote mali ominis, mutantes Corcyræi eodem nomine quo ſuperior urbs vocabatur, Epidamnum vocaverunt: Et Thucydides ita appellavit. Obtinuit tamen id nomen & Dyrrhachium vocatur.* Ita quidem Appia-

Appianus vir Ægyptius, qui fabulas, à neſcio quo acceptas, Thucydidi prætulit, & parum videtur intellexiſſe, quid ſignificaret vox ἐπίνειον, quæ proprie notat emporium navale maritimum, ad uſum alicujus urbis conſtructum, quæ non erat ad mare, & ideo portum non habebat, quod optime notavit Henricus Stephanus, & multa exempla protulit. Sed Epidamnus urbs ſita erat in Iſthmo peninſula, & ipſa ſibi erat ἐπίνειον *navale*, & ipſe Appianus ait ad mare poſitam fuiſſe in loco citato: Ἐπίδαμνον πόλιν ᾤκισεν ἐπὶ θαλάσσης. Id eſt: *Epidamnum ædificavit urbem ad mare.* Ideo Polybius non ei tribuit ἐπίνειον *navale*, ſed λιμένα *portum.* lib. 2. ubi de Illyriis loquitur: Μέρος δέ τι προσέσχε τῶν Ἐπιδαμνίων λιμένα. λόγῳ μὲν ὑδρείας καὶ ἐπισιτισμοῦ χάριν, ἔργῳ δὲ ἐπιβουλῆς καὶ πράξεως ἐπὶ τὴν πόλιν· τῶν δὲ Ἐπιδαμνίων κακῶς ἅμα καὶ ῥαθυμῶς αὐτοὺς παραδεξαμένων, εἰσελθόντες ἐν αὐτοῖς τοῖς περιζώμασιν, ὡς ὑδρευσόμενοι μαχαίρας ἔχοντες ἐν τοῖς κεραμίοις οὕτω, κατασφάξαντες τοὺς φυλάττοντας τὴν πύλην, ταχέως ἐγκρατεῖς ἐγένοντο τοῦ πυλῶνος. ἐπιγινομένης δὲ κατὰ τὸ συντεταγμένον, ἐνεργῶς τῆς ἀπὸ τῶν πλοίων βοηθείας, παραδεξάμενοι τούτους ῥαδίως κατεῖχον τὰ πλεῖστα τῶν τειχῶν· τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως ἀπαρασκεύως μὲν διὰ τὸ παράδοξον, ἐκθύμως δὲ βοηθούντων καὶ διαγωνιζομένων. συνέβη τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀντιποιησαμένους, τέλος ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς πόλεως. Ἐπιδάμνιοι μὲν οὖν ταυτῇ τῇ πράξει διὰ τὴν ὀλιγωρίαν ἐκινδύνευσαν ἀποβαλεῖν τὴν πατρίδα. Id eſt: *Pars aliqua Dyrrhachii portum appulit, ſpecie quidem aquandi & frumentum emendi cauſa, reipſa vero inſidiarum in ipſam urbem, & aggreſſionis gratia: cum autem eos Epidamnii inconſulto & negligenter excepiſſent, ingreſſi cum ſolis ſubligaculis tamquam aquaturi & gladios in hydriis habentes abſconditos, cuſtodibus occiſis, facile portam occupaverunt, & cito, ut convenerat, auxilium à navibus*

 acci-

accipientes, facile pleramque murorum partem obtinuerunt. Cum autem urbis cives, imparati quidem ob inexpectatum malum, ſed animoſe accurrerent, & præliarentur, evenit, quod Illyrii, cum diu reſtitiſſent, tandem expulſi fuerunt. Epidamnii igitur hoc modo propter negligentiam fere ſuam patriam amiſerunt. Ex tota hac narratione patet, ipſam urbem ſitam fuiſſe ad mare, & portum habuiſſe, nec in ea ulla mentio fit alterius muri, quam ejus, qui eam partem ad mare cingebat, & cum cæteris urbis partibus, forte excelſioribus, eam inferiorem partem conjungebat. Valeat igitur Appianus cum ſuis fabulis, & potior nobis ſit Thucydidis autoritas, & Polybii, Græcorum ex ipſa Græcia autorum, & fide, ſi quis alius, in rebus Græciæ digniſſimorum. Id firmat omnino, & cum iis conſentit Lucanus lib. 6. dum de ea urbe canit:

Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro,
Naturam ſedemque loci; nam clauſa profundo
Undique præcipiti, ſcopuliſque vomentibus æquor
Exiguo debet, quod non eſt inſula, collo.
Terribiles ratibus ſuſtentant mœnia cautes,
Joniumque furens, rapido cum tollitur auſtro,
Templa domoſque quatit, ſpumatque in culmina Pontus.

Non poteſt expreſſius ſignificari eam urbem fuiſſe ad ipſum mare ſitam. In eo Lucani loco legitur vulgo *colli*, ſed credo legendum *collo*, ut poſui; & ſic Dominicus Niger ſuo tempore legebat. Nam & Iſthmus Græce dicitur γῆς αὐχένα μεταξὺ δύο θαλασσῶν. Id eſt: *Collum terræ inter duo maria.* Ideo non probo Pauſaniam, qui in Eliacorum 1. Appianum ſequitur, & ſic ait: Ἐπιδάμνιοι δὲ χώραν μὲν, ὥσπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς, πόλιν δὲ οὐ τὴν ἀρχαίαν ἐπὶ ἡμῶν ἔχουσι· ἐκείνης δὲ ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον, ὄνομα δὲ τῇ πόλει τῇ νῦν

τῇ νῦν Δυῤῥάχιον ἀπὸ οἰκιστοῦ. Id eſt: *Epidamnii autem regionem quidem eandem, quam ab initio poſſident, non vero antiquam urbem incolunt; ſed parum diſtantem: Nomen vero urbis, quæ nunc incolitur, eſt Dyrrhachium à conditore.* Nec laudo Dionem Caſſium, qui dubius videtur inter utroſque pendere, dum ſic ait lib. 41: Τὸ δὲ Δυῤῥάχιον ἐν τῇ γῇ πρότερον μὲν Ἰλλυριῶν τῶν Παρθινῶν, νῦν δὲ καὶ τότε γῇ ἤδε (ſic lego) Μακεδονία νενομισμένῃ κεῖται, καὶ ἐστὶν ἐπικαιρότατον· εἴτ᾽ οὖν ἡ Ἐπίδαμνος καὶ ἡ τῶν Κερκυραίων, εἴτε καὶ ἑτέρα τις οὖσα. Id eſt: *Dyrrachium in terra, quæ prius fuit Illyriorum Parthinorum, nunc vero ea terra Macedonia exiſtimatur, jacet, & eſt locus commodiſſimus, ſive ſit Epidamnus, & ea, quæ à Corcyræis condita fuit, ſive alia quædam ſit.* Hunc autorem in dubium procul dubio impulit locus Appiani: Alteram tamen non ex ſe, ſed ex aliis profert meliorem ſententiam; nam addit: Οἱ δὲ ἕτεροι Δυῤῥάχιον ἀντωνομάσθαι τὸ χωρίον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων· πρὸς τὴν τῆς ῥαχίας δυσχέρειαν ἔφασαν, ὅτι ἡ τῆς Ἐπιδάμνου πρόσρησις ζημιώδη δηλῶσιν ἐν τῇ τῶν Λατίνων γλώσσῃ ἔχουσα δυσοιώνιστος σφίσιν ἐν τῷ περαιοῦσθαι ἐς αὐτὴν ἔδοξεν εἶναι. Id eſt: *Alii vero Dyrrhachium mutato nomine dictum, ob dorſi ſpinam aſperam dixerunt, eo quod Epidamni prolatio cum damnoſam ſignificationem habeat, in Latina lingua iis, qui in eam urbem transfretabant, aliquid mali ominis habere videbatur.* Itaque contra Appianum omnes antiqui conſentiunt. Scymnus Chius, qui ſub nomine Marciani Heracleotæ prodiit, ſic canit.

Πρὸς τῇ θαλάσσῃ δ᾽ ἐστὶν Ἐπίδαμνος πόλις
Ἑλληνὶς, ἣν Κόρκυρ᾽ ἀποικίσαι δοκεῖ.

Id eſt: *Ad mare eſt Epidamnus urbs Græca, quam Corcyra videtur ædificaſſe.* Nullam de Dyrrhachio facit mentionem: Et ſi ipſa urbs fuit ad mare, quid opus

illi

illi fuit altero emporio navali? Nam ipſa ſibi navale erat, & ſibi ſufficiebat. Strabo plane lib. 7. Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυῤῥάχιον, ὁμωνύμως τῇ χεῤῥονήσῳ λεγομένη ἐφ᾽ ἧς ἵδρυται. Id eſt: *Epidamnus Corcyræorum opus, quæ nunc Dyrrhachium dicitur eodem nomine quo peninſula, in qua ſita eſt.* Optime. Ex Strabone credo, Philo apud Conſtantinum Themate 9. Μετὰ δὲ τὸ Ῥιζωνικὸν Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυῤῥάχιον ὁμωνύμως τῇ Χεῤῥονήσῳ ἐφ᾽ ἧς ἵδρυται, ὡς Φίλων γράφει. Id eſt: *Poſt Rizonicum Liſſus eſt urbs, & Acroliſſus, & Epidamnus à Corcyræis condita, quæ nunc Dyrrhachium vocatur, eodem nomine cum peninſula, in qua ſita eſt.* Philo iſte fuit is, qui Byblius dictus eſt, ſub Trajano vixit, & de urbibus ſcripſerat, & viris, in iis illuſtribus libros triginta, ut refert Suidas. At ex Strabone & Philone Stephanus, cujus locus aſcribendus, quoniam emendatione eget: Ἐπίδαμνος, πόλις Ἰλλυρίδος, ἐπὶ χεῤῥονήσου τῆς καλουμένης Δυῤῥαχίου. ἐστὶ δὲ ἑτέρα ἐν τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ. Id eſt: *Epidamnus urbs Illyridis in peninſula, quæ vocatur Dyrrhachium.* Vel vox ἑτέρα eſt à mala manu, & omnino tollenda, vel quod magis puto, tota ultima clauſula, ἐστὶ δὲ ἑτέρα, transferenda eſt ad vocem ſequentem Ἐπίδαυρος. Nam Stephanus de Epidauro in Jonio ſinu nullam alibi facit mentionem. Euſebius in Chronico ad annum ſecundum Olymp. 38. hæc habet: *Epidamnus condita quæ poſtea vocata Dyrrhachium.* Georgius etiam Syncellus ex Africano, ut puto, fidem Thucydidis ſequitur, & Epidamni conditum, non ad Heroicum & fabuloſum ſeculum, ſed ad annum mundi circiter 4850, poſt Battum Cyrenes conditorem & Periandrum eum refert his verbis: Βάττος Κυρήνην ἔκτισεν, Κορινθίων Περίανδρος ὁ Κυψέλου ἐτυράννησε. Λιπάρα ἐκτίσθη. Ἐπίδαμνος ἡ νῦν καλουμένη

λεγομένη Δυῤῥάχιον ἐκλήθη. Id eſt: *Battus Cyrenem condidit, Corinthiorum Periander factus eſt Tyrannus, Cypſeli filius. Lipara condita fuit. Epidamnus quæ nunc Dyrrhachium vocatur condita fuit.* Unam, non duas facit illuſtriſſimus Joſephus Scaliger in ſuis, quæ nuper prodiere in Euſebii Chronicon commentariis redivivis pag. 84. editionis nuperæ, quam curavit Janſonius Amſtelodamenſis, Appianum balbutire ait, hæc ſunt ejus verba: *Vide neceſſario Appianum lib.* 11. *Emphyl. ubi balbutit de Epidamno: Ait enim Dyrrhachium, quod eſſet ominoſum nomen, mutatum in Epidamnum à Græcis. Imo contra Epidamnum ominoſum à Latinis in Dyrrhachium mutatum.* Hæc optime, quæ cum antiquorum turba conſentiunt. Sed ecce ſtatim ſententiam mutat, & ab antiquis diſcedit, addit enim: *Ego neutrum verum puto. Sed cum Epidamnus eſſet oppidum, Dyrrhachium ejus navale à loco celebriore, Dyrrhachium potius ab exteris, quam Epidamnum vocatum.* Sed ex ſupra citatis autoribus conſtat, eam urbem habuiſſe portum, non navale: λιμένα, non ἐπίνειον. Sed ne tanti viri autoritas rapiat lectorem noſtrum & in errorem inducat, majoris lucis gratia, aliorum etiam, qui de ea urbe aliquid dixerunt, autoritates, auctarii vice addendæ ſunt. Ab Eratoſthene incipiamus, qui referente Strabone, ſic de ea urbe ſcripſerat. πόλις δὲ Ἑλληνὶς Ἐπίδαμνος ἐπὶ χεῤῥονήσου τῆς καλουμένης Δυῤῥαχίου. Id eſt: *Urbs autem eſt Græca Epidamnus in peninſula, quæ vocatur Dyrrhachium.* Quæ verba ideo magis notanda, quod Eratoſthenes librum Timoſthenis de portubus exſcripſerat, ut nos docet Marcianus in periplo. Unde quis non male colligeret, Epidamnum non habuiſſe navale aliud, quam ſuum portum, qui & ipſius urbis ad mare ſitæ pars erat: Aliter id navale ſeorſim ab Epidamno no-

taſſet Eratoſthenes, & proprio nomine indigitaſſet, qui poſt Timoſthenem de portubus ſcripſerat. Diodorus Siculus lib. 12. bellum inter Illyrios & Epidamnios narrat pluribus, unde natum fuit bellum inter Corinthios & Corcyræos, de ipſius Epidamni dominio. In ejus oppidi obſidione ne verbum quidem de navali Epidamniorum facit, licet dicat: στρατευσάντων δὲ τῶν βαρβάρων πολλῇ δυνάμει, καὶ τὴν μὲν χώραν καταοχόντων, τὴν δὲ πόλιν πολιορκούντων. Id eſt: *Cum autem magno cum exercitu bellum gererent barbari, & tota regione potiti urbem obſiderent.* Fuiſſet tamen operæ pretium barbaris, ex belli ratione eo navali potiri, ſi quod fuiſſet ab urbe ſeparatum, & procul dubio urbis obſidionem ab ejus occupatione cepiſſent, & de eo Diodorus non ſiluiſſet. Pomponius Mela de eo tractu: *Urbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnos ante erat. Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris omen id viſum eſt.* Sic Plinius lib. 3. cap. 23. *In ora vero Denda civium Romanorum, Epidamnum colonia, propter inauſpicatum nomen à Romanis Dyrrhachium appellata.* Ita Ptolemæus pro una & eadem civitate duo nomina recenſet. lib. 3 cap. 13. ſic enim habet, dum fines Macedoniæ deſcribit: Ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ Ἰωνίῳ πελάγει τὸ ἀπὸ Δυῤῥαχίου, ἤτοι Ἐπιδάμνου μέχρι Πεπυλύχνου ποταμοῦ. Id eſt: *ab occidente vero* (finitur) *mari Jonio, quod eſt à* Dyr*rhachio ſive Epidamno, uſque ad Pepylychnum fluvium.* Pro una etiam & eadem civitate Procopius de bello Vandalico. lib. 1. Latine citabo, quoniam Græcum exemplar non eſt ad manum: *Imperator Orientis* 120. *dierum iter ſortitur è Cyrenes finibus, uſque ad Epidamnum, quod contra ipſum Jonium ſinum eſt, nunc* Dyrrha*chium vocatum.* Faſtidium non ferres lector, ſi omnes, quæ de ea re autoritates ſuppetunt, congerere vellem.
Unam

Unam tantum addam, quoniam rem omnino explanat. Euſtathius igitur in ſcholiis ad Dionyſium Periegetem ad verſum 389. ubi de Cerauniis montibus, ait: Περὶ ἃ κεῖται ἡ τῆς νέας Ἠπείρου μητρόπολις, ἡ πότε καλουμένη Ἐπίδαμνος, ἤτοι τὸ Δυῤῥάχιον, δηλοῦν ἐκ τῆς τοιαύτης κλήσεως τὴν τοῦ τόπου τραχύτητα. Δυῤῥάχιον γὰρ ἐστὶ δυσέξοχον. Id eſt: *Circa quæ ſita eſt novæ Epiri metropolis, quæ olim vocata erat Epidamnus, vel Dyrrhachium, quæ ex tali appellatione oſtendit loci aſperitatem: Nam* Dyrrhachium, *quod aſperitatem habet eminentem, notat.* Sed ſi ea urbs habuit navale, & unum nomen urbi, alterum vero navali inditum fuerat, illud navale minime vocari debuit Dyrrhachium: nam id nomen ab aſperitate cautium datum, minime conveniebat loco, ubi naves appellere debebant, qui propter præcipites cautes periculoſi erat acceſſus, & ipſa igitur urbs, ſecundum eos ἡ ἄνω, ſuperior, debuit eſſe in iis aſperis cautibus ſita: navale vero in loco facilioris acceſſus. Ergo ipſa urbs in excelſo poſita, Dyrrhachium debebat dici, non vero navale, & ita videtur aliquid abſurdi habere viri illuſtriſſimi ſententia. Sed de ea quæſtione ſatis.

De ejus urbis conditu, ſatis ſupra dictum eſt ex Thucydide. De ſitu etiam autoritates ſupra citatæ nos docuerunt, ſi quis plura deſideret, adeat Dexippum apud Conſtantinum in nono Themate, Stephanum & Suïdam in Δυῤῥάχιον, & ad eandem vocem Etymologicum, Favorinum & Procopium de bello Gottico, qui noſtræ ſententiæ concinunt. Juxta eam urbem fluebat fluvius, qui Scylaci Πάλαμνος, dictus eſt ut jam ſupra notavimus. At Vibius Sequeſtet vel illum vel alium in eoden tractu vocat *Alto*, qui forte idem eſt, quem Æſchylus in Supplicibus vocavit Ἄλγος *Algos*, quem facit totius Helladis occidentalem terminum, ſed nullis

aliis autoribus memoratum, ideo nihil ſuppetit quod de eo dicere poſſimus. Ejus urbis ſitum aliquantum mutatum fuiſſe non eſt mirum, in tantis, quæ paſſa eſt, bellis & mutationibus. Id notat Pauſanias Eliacorum 2. Ἐπιδάμνιοι δὲ χώραν ἥνπερ ἐξ ἀρχῆς, πόλιν δὲ οὐ τὴν ἀρχαίαν ἐπὶ ἡμῶν ἔχουσι, ἐκείνης δὲ ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον. Id eſt: *Epidamnii regionem eandem, quam olim habuerunt poſſident, at non eandem, quam olim habebant urbem, ſed paululum diſtantem.* Ejus mutationis veſtigia durabant uſque ad finem Alexii Comneni: Nam ſic Anna Comnena lib. 3. de Roberto Guiſcardo, Dyrrhachium obſidente: Καὶ δὴ ἔνδον τῶν ἐρειπωθέντων τειχῶν τῆς πάλαι καλουμένης πόλεως Ἐπιδάμνου καλύβας ἐπήγνυτο. Id eſt: *Et intra ruinas murorum ejus urbis, quæ olim Epidamnus vocabatur, tentoria fixit.* Id ſæpe accidit urbibus, quæ detrimenta, vel augmenta recipiunt, nec ideo alia urbs cenſeri debet. Adjacentis regionis quæ ad meridiem vergunt, plana ſunt & paluſtria: nam Apſus fluvius ibi paludem facit, aut tranſmeat, quod ait Lucanus lib. 5.

- - - - Apſo geſtare carinas
Cauſa palus leni quam fallens egerit unda.

Et hoc etiam teſtatur Maginus Patavinus lib. 2. his verbis: *Dyrrhachium nunc Durazzo, oppidum inſalubre ob adjacentes paludes.* Sed ea planicies per maris littora extenſa, non multum ad mediterranea penetrat, montibus orientem verſus aſſurgentibus, qui olim Parthinorum, nunc Albaniæ montes dicuntur, quod etiam ex Cæſare colligitur lib. 3. civil. quando à caſtris ad Aſparium pergit, ut lateret Pompejum: *Poſtero die omnibus copiis magno circuitu difficili anguſtoque itinere Dyrrhachium profectus eſt.* Et non multo poſt Parthinorum loca ait eſſe, *aſpera & montuoſa*, & paulo inferius: *erant circum caſtra Pompeji permulti editi atque aſperi colles.* Eam

urbem

urbem in eo tractu dignitate præcipuam fuiſſe, teſtatur bellum de ejus poſſeſſione, inter Corcyræos & Corinthios factum, quod narrat initio ſui operis Thucydides. Ideo meruit colonia Romana fieri, quod ab Auguſto Cæſare factum teſtatur Dio lib. 11. Τοὺς γὰρ δήμους τοὺς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, τοὺς τὰ τοῦ Ἀντωνίου φρονήσαντας, ἐνοικίσας τοῖς μὲν στρατιώταις τάς τε πόλεις καὶ τὰ χωρία αὐτῶν ἐχαρίσατο, ἐκείνων δὲ τοῖς μὲν πλείοσι τό τε Δυῤῥάχιον καὶ τοὺς Φιλίππους. Id eſt: *Populos enim Italiæ, qui pro Antonio ſteterant, habitatoribus miſſis, militibus quidem urbes eorum & fundos gratis dedit, & eorum pluribus, Dyrrhachium & Philippos.* Ideo Anna Comnena eam totius Illyrici metropolim vocat lib. 1. ubi de Baſilacio loquitur, & ita cenſetur in catalogo metropolitarum primo, ibi enim ponitur in numero 41. Τὸ Δυῤῥάχιον, & in ſecundo catalogo, numero 80. ſic legitur. Ὁ Δυῤῥαχίου, καὶ αὐτὸ μβʹ. ὄν, εἰς νʹ ὑπεβιβάσθη. Id eſt: *Dyrrhachii: & illud quadrageſimum ſecundum cum foret, ad quinquageſimum, tranſlatum eſt.* Ex eadem Anna Comnena videtur ea urbs in ducatus dignitatem evecta. lib. 1. ubi ait: Ἀλλὰ Νικηφόρος Βρυέννιος τὴν Δουκικὴν περιεζωσμένος ἀρχὴν Δυῤῥαχίου ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μιχαήλ. Id eſt: *Sed Nicephorus Bryennius, qui Ducatu Dyrrhachii ornatus fuerat ab imperatore Michaelo.* Ea enim verba non videntur intelligenda de ſimplice præfectura; nam, ſic & Joannes Scylitzes Curopalates in breviario. p.855. editionis regiæ: Ἐν τῷ μεταξὺ δὲ περιεβλήθη Δοὺξ τῆς Ἰταλίας ὁ Περηνὸς, μὴ δυνηθεὶς δὲ εἰς Λογγιβαρδίαν περαιωθῆναι διὰ τὴν τοῦ Ῥομπέρτου καταδυναστείαν, ἔμεινεν ἐν Δυῤῥαχίῳ, ὀνομασθεὶς τοῦ Δυῤῥαχίου Δούξ. Id eſt: *Interim dux Italiæ declaratus eſt* Perenus, *ſed cum in Longobardiam trajicere non poſſet, ob Roberti potentiam Dyrrhachii manſit, Dux* Dyrr*hachii nominatus.* Magnam & fœlicem ex Dexippo vocat Conſtantinus in IX The-

mate, ubi ſic ait: Δυῤῥάχιον, ἥ ποτε Ἐπίδαμνος, ὑπὸ Κονσιλιαρίου πόλεις θ. Σκάμπα, Ἀπολλωνία, Βουλλὶς, Ἀμαντία, Πουλχεριόπολις, Αὐλων, Λήστρων, Σκέπτλων. Id eſt: *Dyrrhachium, quæ olim Epidamnus, ſub Conſiliario urbes novem. Scampa, Apollonia, Bullis, Amantia,* Pulcheriopolis, *Aulon, Leſtrum, Scepton.* In his nominibus quædam ſunt corrupta, pro Σκάμπα apud Ptolemæum legitur Σκάμπις, ut in Antonini Itinerario, *Scampis.* Pro Βουλλὶς legendum Βουλὶς cum unico λ. ut apud omnes alios autores legitur. De Pulcheriopoli alibi mentionem factam non inveni, de ejus nominis mutatione infra agemus. Λήστρων & Σκέπτλων, ſunt voces non prius auditæ, & nobis ignotæ. Sed corrigendus eſt Conſtantini textus, ubi Dexippum laudat, & ſic habet: Δεξίππος ἐν Χεῤῥονικῷ δεκάτῳ, nam manifeſtum eſt, legi debere ἐν χρονικῷ. Nam Dexippum Chronica ſcripſiſſe, teſtes ſunt Porphyrius, Euſebius, Photius. Celebris etiam fuit ea civitas, eo quod fuit terminus orientalis imperii verſus occidentem. Nam Porphyrogeneta paulo poſt in eodem Themate. Δέξιππος ἐν Χρονικῷ δεκάτῳ Μακεδονικὴν πόλιν αὐτὴν καλεῖ, γράφων οὕτως. Καὶ Μακεδόνων Ἐπίδαμνον εἰς ὕστερον Δυῤῥάχιον μετωνομασθεῖσαν, πόλιν τῆς Μακεδονίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα οὖσαν κατὰ κράτος αἱροῦσιν, ἕως ὧδε ὁ μερισμὸς τῆς βασιλείας ἐγένετο τοῦ κρατοῦντος βασιλέως τὸ Βυζάντιον. Τὰ γὰρ ἀντίπερα, ἅπερ ὁ Ἰώνιος κόλπος τῷ βασιλεύοντι τῆς Ῥώμης ὑπήκοαι. οὕτω γὰρ ἐμέρισεν ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος. Id eſt, *Dexippus in Chronico decimo eam Macedonicam vocat, ſic ſcribens. Et Macedonum Epidamnum poſtea Dyrrhachium dictam mutato nomine, urbem Macedonia magnam & fœlicem vi capiunt, eo uſque diviſio imperii facta eſt ejus, qui Byſantium poſſidet, ulteriora enim, veluti Jonius ſinus, Romæ regnanti obediebant, ſic enim diviſerat magnus imperator*

rator Conſtantinus. Idem videre eſt apud Sozomenum lib. 2. cap. 3. ubi de limitibus orientalis imperii verba facit: Ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἴστρον πόλεων, καὶ Ἐπιδάμνου περὶ τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ μέχρι Κυρήνης καὶ τῶν τῇδε Λιβύων. Id eſt: *Ab urbibus circa Iſtrum & Epidamno earum, quæ ad Jonium ſinum jacent uſque ad Cyrenem & Libas, qui inibi habitant.* Juris Italici fuiſſe eam coloniam expreſſe legitur in lege juris 7. ff. de cenſibus: *Juris Italici ſunt* Τρῳάς, Βηρυτός, Δυῤῥάχιον. & l. in Luſitania 8. §. 8. *In provincia Macedonia Dyrrhachium, Caſſandrenſes, Philippenſes, Dienſes, Stovenſes, Juris Italici ſunt.* Munitam, & maximi momenti fuiſſe colligitur ex eo, quod Pompejus (ut verbis Cæſaris utar) *omnem commeatum totiuſque belli apparatum eo contuliſſet.* Et quod apud Cedrenum in Baſilio imperatore pag. 703. edit. regiæ narratur, Chryſelium quendam, ut eam urbem traderet imperatori, obtinuiſſe, ut ipſe & duo ejus filii Patricia dignitate ornarentur, quæ tunc maxima erat. Sed magis ex Annæ Comnenæ Alexiade, ubi ejus urbis ſitus & munimenta & obſidio, quam paſſa eſt oppugnante Bohemondo Gallo Nortmano, cum magnis copiis, ſed fruſtra, fuſe narratur, eam vide. Ejus urbis cives olim probos & moribus optimis addictos colligitur ex Plutarcho in quæſtionibus Græcis: Ἐπιδάμνιοι γειτνιῶντες Ἰλλυριοῖς ᾐσθάνοντο τοὺς ἐπιμιγνυμένους αὐτοῖς πολίτας γιγνομένους πονηροὺς καὶ φοβούμενοι νεωτερισμόν· ᾑροῦντο πρὸς τὰ τοιαῦτα συμβόλαια καὶ τὰς ἀμείψεις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἕνα τῶν δεδοκιμασμένων παρ' αὐτοῖς, ὃς ἐπιφοιτῶν τοῖς βαρβάροις. Παρεῖχεν ἀγορὰν καὶ διάθεσιν πᾶσι τοῖς πολίταις, πωλήτης προσαγορευόμενος. Id eſt: *Epidamnii Illyriorum vicini, cum viderent ſuos cives ex eorum commercio deteriores factos, ne aliquid in ſtatu civitatis innovarent metuentes, elegerunt ad tales contractus & permutationes quotannis unum*

unum probatæ virtutis virum, qui ad barbaros commearet, omnium civium nomine, cum hic negotiaretur, qui Poletes (id eſt venditor) *vocabatur.* Sed ſi fides autori veteris orbis deſcriptionis à Jacobo Gottophredo publicatæ, mutatis in deterius moribus peſſimi evaſerunt, eorum enim malitiæ cauſam tribuit calamitatis, quam paſſa eſt ea civitas, his verbis: Τὸ Δυῤῥάχιον γὰρ διὰ τὴν τῶν οἰκούντων πονηρίαν διήχησεν καὶ οὐκ ὤφθη. Id eſt: *Dyrrhachium enim propter incolarum malitiam, ſonitum dedit, & non apparuit.* Breviter nimis certe. Nam illud διήχησεν, non ſatisfacit nobis, & modum, quo non apparuit, non ſatis exprimit, fuit quando putabam legi debere διέσχεν, id eſt, *hiatum fecit.* Nam licet in terræ motu hiatus non ſine ſtrepitu fiat, is ſtrepitus tamen non eſt ruinæ cauſa, ut nec ſclopeti ſtrepitus cauſa vulneris, ſic de Amphiarao Scholiaſtes Ariſtophanis in veteri lexico dixit: διέσχεν ἡ γῆ φεύγοντι, *hiatum fecit* vel *aperuit ſe terra fugienti.* Statum mutavit ſæpe ea civitas, & jam Ariſtotelis tempore magiſtratus ſuos mutaverat, Politic. 5. cap. I. Καὶ ἐν Ἐπιδάμνῳ μετέβαλεν ἡ πολιτεία κατὰ μόριον, ἀντὶ γὰρ τῶν φυλάρχων βουλὴν ἐποίησαν. Id eſt: *Et Epidamni mutatus eſt etiam ſtatus reip. in parte, nam pro tribuum magiſtris ſenatum conſtituerunt.* Tempore vero Auguſti colonia facta eſt, ut ſupra diximus, & uſa eſt legibus Romanis. Poſt imperii vero diviſionem ab Imperatore orientis præfectos accipiebant, poſterioribus ſeculis Ducatus titulum habuit, & proprios Duces, ut ſupra dictum eſt. Sub Epiri Deſpotarum imperio ſæpiſſime fuit, ut apud inferioris ſeculi autores paſſim videre eſt. Georgii Caſtrioti ceu Scanderbegi tempore ſub Venetorum imperio tenebatur, ut ex Barletio conſtat. In Carloniciorum poteſtatem, dein in Comnenorum Montis ferati Ducum manus, qui ejus dynaſtæ, facti

ſunt

ſunt devenit. Sed ex eorum manibus eam urbem eripuit Bajazethes ſecundus Turcarum imperator, & ex eo tempore in manibus Mahumetanorum manſit, & maxima cura ab iis hucuſque ſervatur. Vide Paulum Jovium, Leunclavium & alios. Nam in immenſum creſceret hæc diatribę, ſi omnes autorum inferioris ſeculi locos adſcribere vellem. Nam hiſtoriam uniuſcujuſque urbis attexere niſi brevem & ſummariam, non eſt inſtituti noſtri. Id tantum addam: calamitas ex terræ motu, quæ eam afflixit, accidit 8. anno Conſtantii, ſecundum Euſebium & Hieronymum; at ſecundum Cedrenum 9. Rurſus anno Juſtini 4. qui cadet in annum domini 522. vehementer concuſſa eſt, quod teſtatur Nicephorus Calliſt. lib. 17. cap. 3. Sed ab eodem Juſtino, magnifice inſtauratam fuiſſe, Cedrenus docet, & in ea inſtauratione, ut puto, facta eſt mutatio ſitus, de qua ſupra. Eadem non multum antea ab Anaſtaſio imperatore ſuo cive pulchre ornata & valide munita fuerat, quod ait idem Nicephorus lib. 16. cap. 25. Viros illuſtres ea civitate oriundos paucos memorant autores. Olympionicen Cleoſthenem recenſet Pauſan. Eliacor. 2. cujus Olympiæ extabat imago in curru cum hoc epigrammate:

Κλεοσθένης μ' ἀνέθηκεν ὁ Πόντιος ἐξ Ἐπιδάμνου
Νικήσας ἵπποις καλὸν ἀγῶνα Διός. Id eſt:

Cleoſthenes me appoſuit Pontius ex Epidamno, cum viciſſet equis pulchrum agonem Jovis. Forte vertendum foret, Pontii filius: ſed nomen Πόντις Græcum non ſonat. Indidem oriundus etiam fuit Anaſtaſius Diconis dictus imperator, de eo cum Nicephoro Calliſt. ſupra citato nos docet Euagrius lib. 3. hiſt. eccleſiaſt. cap. 29. De eo Joannes Antiochenus ait, eum τὴν ἐνεγκαμένην κοσμῆσαι καὶ τρισὶ περιβαλεῖν στεφάνοις. Id eſt: *Patriam ſuam ornaviſſe & triplici murorum ambitu cinxiſſe.*

CAPUT XX.

De Arniſſa urbe.

Eorum Taulantiorum, non longe ab Epidamno in mediterraneo, fuit *Arniſſa* urbs, ſi fides foret Ptolemæi numeris, ut editi ſunt. De ea urbe cum nulli alii autores fecerint mentionem, vereor ne Ptolemæus falſus ſit in ejus poſitu. Thucydides equidem de Arniſſa Macedonum urbe meminit; ſed ex iis, quæ narrat, patet, eam longe à Taulantiis maris accolis in ſuperiore Macedonia poſitam fuiſſe, & quidem Lynceſtide orientaliorem & borealiorem. Nam à Lynceſtis cum ſe reciperet Braſidas & Toronam cogitaret, Arniſſam adiit, quæ prima occurrebat ditionis Perdiccæ, quæ ditio erat Macedonia proprie dicta. Bottiæa & aliæ regiunculæ ad ſinum Thermaïcum, & eo tempore Illyris, de qua agitur, nunquam fuerat ſub Macedonum imperio. In ea Arniſſa Macedonica notanda eſt Bertii hallucinatio, qui in ſuo Ptolemæo dupliciter erravit, dum Arniſſam Ptolemæi prope Dyrrhachium ſitam, putat eſſe Arniſſam Thucydidis, & iterum errat, dum eam putat fuiſſe Perdiccæ regiam, ex male intellecto Thucydide, qui lib. 6. ſic ait de Braſida, à Lynceſtide recepto: Βρασίδας δὲ, ὡς ἀντιλάβετο τῶν μετεώρων, καὶ ἀσφαλέστερον μᾶλλον ἰὼν, αὐθήμερον ἀφικνεῖται εἰς Ἄρνισσαν πρῶτον τῆς Περδίκκου ἀρχῆς. Id eſt: *Braſidas vero, ubi editiora adeptus eſt, tutius iter faciens, eodem die Arniſſam primum venit, quæ erat ditionis* Perdiccæ. Sic vertit Valla, & Henricus, Stephanus qui eam verſionem recognovit: at, ut puto, Bertius legerat πρώτην, non πρῶτον, (& ut puto melius). Sed πρώτην male intellexit primariam: nam ex tota rei geſtæ narra-

narratione patet, πρώτην debere intelligi *primam*, id eſt, quæ prima ei occurrebat in ditione Perdiccæ. Nam Macedonum primariæ civitates erant eo tempore Pella & Ægæ, de quibus apud autores paſſim fit mentio. At Arniſſam fuiſſe ignobile oppidulum, colligitur ex eo, quod ſolus Thucydides & ſemel tantum de ea mentionem fecit. Igitur ex ſola numerorum Ptolemæi autoritate, Arniſſam Taulantiorum regioni non inſeremus, quoniam in tota belli civilis narratione, quod in ea potiſſimum incubuit, nulla de ea urbe fit mentio.

CAPUT XXI.

De Loco Petra dicto.

Poſt Dyrrhachium ſequebatur in littore, procedendo à ſeptentrione in meridiem, *Petra*, locus editus, cum portu, de quo ſic Cæſar tertio de bello civili: *Pompejus interclusus Dyrrhachio, ubi propoſitum tenere non potuit, ſecundo uſus conſilio, edito loco, qui appellatur Petra, aditumque habet navibus mediocrem, atque eas à quibuſdam protegit ventis, caſtra communit.* Ex his Cæſaris verbis non elicitur, fuiſſe locum habitatum, quod tamen navium ſtatio ſuadere videtur. Lucanus certe lib. 3. collem tantum vocat:

> *Quemque vocat collem Taulantius incola* Petram
> *Inſedit caſtris:* - - - -

Eo certe tempore nullum oppidulum nullum, caſtellum ibi ſitum fuiſſe videtur. At caſtellum ibi ædificatum fuiſſe poſterioribus his ſeculis, teſtatur Dominicus Niger lib. XI. qui poſtquam de Dyrrhachio & Panyaſo fluvio adjacente tractavit, hæc ait: *Hinc promontorium eſt, in quo caſtellum* Petra *olim, nunc Lachi di-*

citur. De hoc caſtello meminit & ampliſſimus Thuanus, hiſtoriæ univerſalis conditor, numquam ſine honore nominandus, hiſtoriæ lib. 104 Et promontorium illud, in quo ſitum eſt, in Caſtaldi mappa, & aliis recentioribus notatur Italice, *Cabo de Lachi* Aliter tamen à Barletio vocatur fol. 26. verſo ubi de proventibus Scanderbegi ſic loquitur: *Ni in ſalinis forſan magnum hujus rei momentum fuerit, quas longe pulcherrimas habebat in loco, qui Campupeſcupi dicitur, inter montem & locum, cui Selita nomen eſt ex altera parte, ex altera ſanctum Nicolaum à* Petra. *Notiſſima tellus, vel infamis potius ſenatus olim Romani obſidione atque fortuna.* Hic locus non poteſt intelligi de alio, quam de Petra, loco edito, ad mare prope Dyrrhachium ſita, ubi Pompejus caſtrametatus eſt, Dyrrhachio excluſus, & ibi à Cæſare munitionibus clauſus fuit, ut narratur lib. 3. de bello civili.

CAPUT XXII.

De Panyaſo fluvio.

Inter Dyrrhachium & Petram exonerat ſe in mare fluviolus nomine Panyaſus, quem poſt Dyrrhachium ſtatim ponit Ptolemæus. Sic:

Δυῤῥάχιον	- - - -	με	μ	γ΄.
Πανυάζυ ποτ. ἐκβολαί.	με	μ	γό.	

Non tantum diſtaſſe à Dyrrhachio, quantum ponunt numeri Ptolemæi, ſuſpicor ex Cæſaris narratione. Nam poſt occupatam à Pompejo Petram, ait Cæſar: *Pompejus neque à mari Dyrrhachioque diſcedere volebat.* Quod innuit Petram à Dyrrhachio diſtaſſe, quando Pompejus caſtris ibi poſitis, Dyrrhachinis erat præſidio, & vetabat ne Cæſar obſidionem ejus urbis tentare poſſet. At omnes

omnas mappæ in eo conſentiunt, inter Dyrrhachium & *Cabo de Lachi*, hoc eſt Petram. Panyaſum in mare ſe exonerare. Petra igitur longius diſtabat à Dyrrhachio, quam os Panyaſi: at ſecundum Ptolemæi numeros, os Panyaſi diſtat à Dyrrhachio decem ſcrupulis, decima ſcil. gradus parte, quatuor leucis Gallicis vel plus, quod non convenit cum Cæſaris narratione, qui in tanto interſtitio, Pompejum facile à Dyrrhachio diſcluſiſſet: propius igitur à Dyrrhachio diſtabat os Panyaſi. Dominicus Niger Panyaſum brevem fluvium vocat: & eum fuiſſe fluvium exiguum, & non magni nominis, ex aliorum autorum ſilentio conjicio. Nam nullus antiquorum, vel recentiorum, quos mihi legere contigit, ejus meminit. Niſi forte apud Scylacem pro Πάλαμνος legere quis velit Πανύασος (quod forte debet fieri) de hoc Palamno certe nullis alius meminit, quod ſi ita eſt, & verum dixerit Scylax, qui Palamnum ad ipſam urbem præfluere ait: numeri Ptolemæi nihil habent ſani. In eo Scylacis loco aliquid habemus, quod dicendum exiſtimamus, ſed altius paulo repetenda ſunt ejus verba: Ἐκ Βούθοης δὲ εἰς Ἐπίδαμνον πόλιν Ἑλληνίδα πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός· ὁδὸς δὲ τριῶν ἡμερῶν. Id eſt: *A Buthoa autem ad Epidamnum urbem Græcam, navigatio eſt unius diei & noctis: iter vero trium dierum.* Poſtea ſequenti capite: Κατ' ἄντιον δέ ἐστι τὸ Ἰλλυρικὸν ἔθνος, ἐν ᾧ ἡ Ἐπίδαμνός ἐστι, καὶ ποταμὸς παρὰ τὴν πόλιν παραρρεῖ, ᾧ ὄνομα Πάλαμνος. Id eſt: *Ex oppoſito eſt Illyrica gens, in qua Epidamnus eſt, & fluvius urbem præterfluit, cui nomen eſt Palamnus.* Hunc locum ſollicitavit Salmaſius ὁ πάνυ, referente & non contradicente Iſaaco Voſſio, in ſuis ad Scylacem commentariis, & vult legi pro κατ' ἄντιον, κατ' Οἰδάντιον, de qua emendatione, ſi dixero ſolam emendatoris autoritatem ei fidem facere, à vero non aberrabo. Nam cum antea non

fecerit de Oedantio mentionem, Scylax non convenit, ut in deſignando Dyrrhachii ſitu eam urbem dixerit è regione Oedantii, de qua nihil dixerat, & de qua ſolus Stephanus fecit mentionem; nec addit, an ad mare, an in mediterraneo ſita fuerit. Sed cum periplum ſcribat Scylax, oporteret eam fuiſſe ad mare ſitam, at ſi oppoſita Dyrrhachio ad mare fuiſſet, vel in littore Italiæ fuit (at de Italia eo loco non agitur) vel in ſinu ad os Drilonis prope Liſſum. Sed mirum foret, de ea nullam feciſſe Cæſarem mentionem, nec alios, qui de eo bello ſcripſerunt, cum de Liſſo Acroliſſo, & Nymphæo in eo littore meminerint. Itaque mallem lectionem vulgatam manere, quæ nihil habet abſurdi, imo cum locorum ſitu bene convenit. Nam à Buthoa urbe in Illyrico littore mare flexum incipit, & verſus orientem, magno ſinu facto in terras ſe inſinuat, tum recepto Drilone fluvio, paulatim ad occidentem littus recurrit, uſque ad promontorium & peninſulam, ubi ſita errat Dyrrhachium, & ideo tanta emergit differentia inter maritimum iter rectum, quod brevius; & terreſtre, quod per magnum circuitum fiebat ob littoris flexum. Ergo ſolo mari intercedente Buthoa Dyrrhachium ſpectabat, & erat ex adverſo, illa ad ſeptentrionem, hæc ad meridiem, & ſic non male Scylax dixit κατ᾽ ἀντίον. Hunc fluvium Panyaſum à Plinio vocatum fuiſſe *Paniſſa*, male putavit Bertius in ſuo Ptolemæo, longiſſime enim ab hoc tractu in Thracia Paniſſa fluvium ponit Plinius. In tabulis Peutingerianis, prope Dyrrhachium fluvius notatur, cui nomen appoſitum *Geneſis*, ſi pro *Genuſo* poſitus eſt, male locatus eſt prope Dyrrhachium inter eam urbem & Apſum fluvium. Nam ex Cæſare lib. 3. civilium clariſſime patet, Genuſum fluvium fuiſſe inter Apſum fluvium & Appolloniam, longe à Dyrrhachio. Itaque pro Geneſis, in tabula reponendum

Panya-

Panyaſis, ultima ſyllaba concedente. Hunc fluvium eundem eſſe cum Genuſo, putat doctiſſimus in Geographicis Samſonius, & ſic poſuit in ſua Græciæ mappa: ignoſcat mihi, ſi aliter ſentio, ut ex Cæſare didici. Sed illud *παρόραμα* non eſt tanti, ut aliquid detrahi poſſit eruditiſſimi viri exiſtimationi. Eum Spicuaſſa nunc vocari ſcribit Ortelius ex Theveto nullius autoritatis viro, qui alibi Apſum eodem nomine Spicuaſſa vocavit, forte oblitus ſui, (ut ait Ortelius) ſed in Sophiani tabula vocatur *Argento*, in Magini tabula vero *Arzenta*, & ex hoc nomine, ſuſpicor eundem eſſe fluvium, quem *Χαρσάνην*, *Charſanem* vocat Anna Comnena. Nam ex Charſanes factum eſt Charſantes, & ſublata aſpirata *Arſantes*. Id vero non tantum ex nominis ſimilitudine conjicio, ſed ex ipſius Annæ narratione, de fuga patris ſui Alexii, poſt cladem à Roberto Guiſcardo acceptam, de qua prolixe agit. lib. 4. Caſtra poſuerat Alexius in loco circa templum ſancti Nicolai, de Petra ad littus maris, dum Guiſcardus Dyrrhachium oppugnabat, fit pugna, vincit Guiſcardus, Alexium fugientem Galli ſequuntur uſque ad locum, qui *mala coſta* dicebatur, ardua ſcilicet petra, quæ Charſanem fluvium præfluentem habet, ibi aſſequuntur Alexium Galli, at ille equo vectus mirabili petram præruptam ſaltu ſuperat, & ſic evaſit ab eorum manibus, & per montium amfractus biduo vagatus Achridem pervenit, unde colligo, *Charſanem*, illum eſſe *Arzentam* à Magino deſcriptum, qui à meridie fluens & poſtea ad orientem ſe flectens in mare prope Dyrrhachium exit. Is fluvius in Magini tabula lacum facit, vel per eum tranſit, unde etiam Apſus oritur, quod etiam ſequitur Caſtaldus in ſua mappa, ſive alter ab altero ſic expreſſerit, ſive veritate ſitus hodierni ſic cogente. Sed quoniam de eo lacu (quem ſatis magnum deſcribunt) nihil di-

hil dixerint antiqui, licet de ea regione multa dixerint, ob bellum civile inter Cæſarem & Pompejum tanta contentione in iis locis geſtum, puto, ſi is lacus verus ſit, eam regionem ſtatum mutaſſe, ut ſæpe fit, & eum lacum terræ motu emerſiſſe, quem ſine nomine ponunt. In eum fluvium *Arzenta* in Magini tabula defluit alius fluvius ex latere ſiniſtro ſecundum *Arzentæ* decurſum, quem ſuſpicor eſſe *Buzen*, de quo Anna Comnena lib. 13.

Caput XXIII.

De Apſo fluvio.

A Petra verſus meridiem procedendo, *Apſus*, fluvius in mare exit, memoratus Straboni, Plutarcho, Ptolemæo, Dioni, Græcis autoribus; Latinis vero Cæſari, Livio, Lucano, Vibio. Nobilitatus fuit is fluvius maxime, eo quod occupata fuerunt ejus littora caſtris Cæſaris & Pompeji, de eo ſic Cæſar lib. 7. *Cæſar præoccupato itinere ad Dyrrhachium finem properandi fecit, caſtraque ad flumen Apſum ponit in finibus Appolloniatum, ut vigiliis caſtelliſque bene meritæ civitates tutæ eſſent præſidio, ibi reliquarum ex Italia legionum adventum expectare, & ſub pellibus hyemare conſtituit. Hoc idem Pompejus fecit, & trans flumen Apſum, poſitis caſtris eo copias omnes auxiliaque conduxit.* Ex hoc loco patet, eum fluvium inter Dyrrhachium & Apolloniam fluere, quod firmat T. Livius lib. 3. *Conſul Sulpicius eo tempore ad Apſum flumen habebat caſtra.* &c. Id flumen apud Plutarchum in Flaminio male poſitum fuiſſe, & ibi pro Ἄψῳ debere legi Ἀώῳ, docuimus in noſtris criticis exercitationibus, fuſe ſatis. Eum fuiſſe ſatis latum & profundum, & vado in inferiori parte non tra-

jici

jici poſſe, patet ex eo, quod Pompejus, cum in animo haberet copias Cæſaris delere, antequam Antonius adveniret, pontem ſuper eo extruxit, ſed malo eventu, ſic de ea re Dio Caſſius lib. 41. Γνοὺς δὲ ταῦθ' ὁ Πομπήϊος, συμβαλεῖν μὲν αὐτῷ ὡς τάχιστ' ἐθέλησε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν ποταμὸν διαβιβάσαι ἐπεχείρησε, ὡς δὲ γέφυρα βάρος λαβοῦσα διελύθη, καὶ τινὲς τῶν διαβεβηκότων μονωθέντες ἀπώλοντο, ἐπέσχεν. Id eſt: *Cum hæc reſciviſſet* Pompejus, *quam citiſſime cum eo congredi volebat, & ea de cauſa fluvium trajicere tentavit, ſed cum pons præ nimio onere diſſolutus fuiſſet, & aliqui eorum, qui primi tranſierant, periiſſent, retinuit ſe.* Navium etiam capax erat in parte inferiore prope mare, cauſam paludi, per quam tranſit, ait eſſe Lucanus lib. 5.

- - - - *Apſo geſtare carinas*
Cauſa palus leni quam fallens egerit unda.

Et parum ſpatii erat inter eam paludem & mare, nam ſic Dio eodem lib. de Cæſare: Αὐτοῦ δὲ δὴ τοῦ Δυῤῥαχίου ὁ Καῖσαρ μεταξὺ τῶν τε ἑλῶν, καὶ τῆς θαλάσσης νυκτὸς, ὡς καὶ προδοθησομένου, τῶν τε ἀμυνομένων πειράσας, εἴσω μὲν τῶν στενῶν παρῆλθε. Id eſt: *Cæſar etiam Dyrrhachium* (tentavit,) *& inter paludes & mare anguſtias adiit noctu, tamquam ſi ipſi proditum iri ſperaret, & ut experimentum faceret eorum, qui illud defendebant, intra anguſtias proceſſit.* Apſus non multum terræ peragrat, ſed brevis eſt ejus defluxus, quod Lucanus nos docet, dum de eo & Genuſo ſic canit:

- - - - *Neuter ſe longo gurgite laſſat,*
Sed minimum terræ vicino littore novit.

Inde eſt, quod de eo nihil dicitur in magno illo terræ ſpacio, quod ambitu munitionum ſuarum Cæſar & Pompejus amplexi ſunt. Ideo nuperi Geographi critico aculeo transfigi merentur, qui in Græciæ tabulis quas

publice propoſuerunt, male ſequuti ſunt Caſtaldi errorem, qui in ſua Græciæ hodiernæ delineatione, eum fluvium (vel Panyaſum, nam ab eodem lacu eos decurrere, & in lacum unicum influere facit, non addito nomine) uſque à Theſſaliæ limite non longe à Penei fonte deducit, & eum in longitudine decurſus duplum Aoi depingit: cum è contrario Aous ab eo limite deducendus erat, & multo longiori decurſu delineandus, ut infra Deo dante docebimus. Mercator etiam in ſuis tabulis eum errorem ſequitur, cujus nec Ptolemæus, nec Sophianus autores fuerunt, & mirum eſt, eos errorem ſuum non deprehendiſſe ex nomine loci, quem ponunt ad ripam falſi eorum Apſi, cujus loci nomen eſt in Caſtaldi tabula, *Auoſtema*, in mappa recenti Philippi de la Rue *Auoſtoma*, ſed ut ratio ſuadet, legi debet *Auoſtena*. Id nomen Græce procul dubio dicebatur Α'ώυ ϛενὰ, de quo loco Livius lib. 32. cujus verba infra citabimus, cum de Aoo tractabimus. Id nomen eos docere debebat, eo loci Apſum non fluere, ſed Aoum. Nam Α'ώυ ϛενὰ ad verbum reddi debet, *Aoi anguſtiæ*. Apſum nunc *Ureum* ab incolis vocari, aſſerit Dominicus Niger lib. XI. & ab Olybo monte decurrere ait. Caſtaldus Uregum vocat, alii ex Theveto Spirnaſſam vocant, & Urego caſtellum ad ejus os ponunt, quinam, melius ætas ventura forte docebit, ſi quando, Turcis profligatis, ea loca luſtrare licebit. De Olybo monte nihil umquam legi, & unde Niger id habeat, fateor me ignorare. Circa, vel non longe ab Apſi ore ſitæ fuerunt eæ ſalinæ, de quibus in vita Scanderbegi fit mentio, ut ſupra notavimus, ſed de iis tacent antiqui.

CAPUT

CAPUT XXIV.

De Genuſo fluvio.

Poſt Apſum unius diei itinere exercitus in ordine procedentis, *Genuſus* in mare ſe exonerat. A Ptolemæo non eſt notatus, & inter Græcos ſoli Dioni Caſſio, inter Latinos Cæſari, Livio, Lucano & Vibio ſequeſtri memoratur. Spatium quod inter eum & Apſum intercedit definit Cæſar civil. 3. Nam poſtquam pugnam ſuorum minus felicem ob munitionem, quæ à caſtris Pompeji ad flumen Apſum uſque per paſſus 400. pertinebat, narravit, & profectionis ſuæ Apolloniam verſus rationem reddidit, de Pompejanis ſuo receptui incommodantibus ſic ait: *Sed cum ventum eſſet ad flumen Genuſum, quod ripis erat impeditis, conſequutus equitatus noviſſimos prælio detinebat.* Et paulo poſt, Pompejanis repulſis, ſic pergit: *Confecto juſto itinere unius diei, quod propoſuerat Cæſar, transductoque exercitu, flumen veteribus ſuis caſtris contra Aſparagium conſedit.* En juſtum unius diei iter, inſtructo exercitu ſcilicet & quadrato agmine incedendo, inter caſtra ad Apſum & flumen Genuſum. Id ſpatium tribus circiter ad ſummum leucis Gallicis definiri debet, & ex ſequentibus patet, ita debere intelligi, ſi apud Cæſarem numeri bene ſe habent, ſic enim de die ſequenti ait: *Signo profectionis dato exercitum educit, duplicatoque ejus diei itinere* VIII. *millibus paſſuum ex eo loco procedit.* Si octo millia paſſuum fuerunt duplicatum iter præcedentis diei, reſtat, ut ille die præcedente quatuor tantum millia proceſſerit, quibus addendo ſpatium, quod inter Apſum & caſtra Cæſaris erat, quinque milliaria circiter vel paulo plus

colliguntur inter Apſum & Genuſum. Fluvius ille ſatis incitatus & rapidus erat, ſi fides Lucano, qui eum volucrem vocat lib. 5.

> *Prima duces vidit junctis conſiſtere caſtris*
> *Tellus, quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus*
> *Circumeunt ripis.*

Quali nomine nunc vocetur non inveni, & de eo nomine neotericæ tabulæ tacent. Sed ad ejus os caſtellum vel turrim vel oppidulum notant nomine *Pyrgo*, quod vocabulum turrem ſignificat, ex quo conjicio olim turrem eo loco ædificatam fuiſſe, ubi ſitum erat olim *Aſparagium*, de quo loco ſolus Cæſar. lib. 3. de bello civili; ex eo tamen ſitum deprehendere conabimur. Cæſar igitur ait, Pompejum, poſtquam in caſſum prohibere tentaverat, ne Antonius cum Cæſare conjungeretur, in Macedoniam reverſum, ad *Aſparagium* caſtra poſuiſſe, ex eo conjicio non procul à mari ſitum fuiſſe eum pagum. Nam in tota ejus belli ratione videmus, id ſemper curæ fuiſſe Pompejo, ne procul à mari caſtra poneret, quoniam per mare frumentum & commeatus abunde illi ſuppetebant. Tunc Cæſar ipſe: *Juxta eum caſtra poſuit, eductis omnibus copiis acie inſtructa decernendi poteſtatem Pompejo fecit.* Unde colligo caſtra Pompeji & Cæſaris non habuiſſe fluvium intermedium, aliter Cæſar non bene diceret, ſe feciſſe decernendi poteſtatem, ſi fluvio interpoſito, aciem inſtruxiſſet. His poſitis, ex altero Cæſaris loco verum Aſparagii ſitum poſſumus invenire. Is eſt libri 2. jam ſupra citatus, ſed nunc iterum & integrior citandus: *Confecto juſto itinere unius diei quod propoſuerat Cæſar, tranſductoque exercitu, flumen Genuſum veteribus ſuis in caſtris contra Aſparagium conſedit.* Cæſar Pompejum reliquerat ad Apſum, & verſus Apolloniam tendebat, ut ex tota narratione patet, tranſmiſſo

Genuſo

Genuſo contra Aſparagium conſedit. Ergo Aſparagium erat prope Genuſum fluvium, verſus Apolloniam & meridiem, addit enim: *Simili ratione Pompejus, confecto ejuſdem diei itinere in ſuis veteribus caſtris ad Aſparagium conſedit.* En caſtra Pompeji ad Aſparagium, Cæſaris contra Aſparagium, & ut ſupra dixit *juxta eum*, ubi copiam pugnæ Pompejo fecerat. Unde ſequitur, utraque caſtra ultra Genuſum verſus Apolloniam fuiſſe. Ex nomine conjicere licet, locum fuiſſe riguum & pratenſe ad ipſas Genuſi ripas, gaudet enim Aſparagus planta locis humidis, & in pratis ſponte naſcitur. His rationibus inductus, Aſparagium ponendum cenſeo ad ripam Genuſi, Apolloniam & meridiem verſus non longe à mari.

CAPUT XXV.

De Loco, AD NOVAS dicto, & de CLODIANIS.

Ad ejuſdem Genuſi ripas, ſed longius à mari ponendus locus A*d Novas* dictus, cujus loci nomen arguit, eum à Romanis conditum, & ab iis nomen accepiſſe. Ideo apud Græcos antiquos non eſt quærenda hujus loci mentio. Tum erat tantum manſio in via Egnatia, non oppidum. Et in nomine A*d Novas* puto ſubintelligendum eſſe *Tabernas*. Ejus tamen loci mentio fit in itinerario Antonini, & medius ponitur inter Apolloniam & Clodianas. Ab Apollonia Ad Novas diſtantia fuit Mill. paſſ. 24. (ſi itinerario fides), & inde ad Clodianas 25. In tabulis Clodianæ notantur cum diſtantia ab Dyrrhachio M. P. quadraginta tria; differentia eſt milliarium ſex, quibus ſuperabat iter ab Apollonia ad Clodianas, & itineris ſpatium à Dyrrhachio ad

eaſdem Clodianas (ſupple tabernas) Eæ poſitiones non multum differunt à Strabonis ſententia lib. 7. ubi de via Egnatia ſic ait: Συμβαίνει δὲ ἀπὸ ἴσου διαστήματος συμπίπτειν εἰς τὴν αὐτὴν ὁδὸν, τούς τε ἐκ τῆς Ἀπολλωνίας ὁρμηθέντας, καὶ τοὺς ἐξ Ἐπιδάμνου. Id eſt: *Accidit autem ab eodem ſpatio eandem in viam incidere eos, qui ab Apollonia & eos, qui ab Epidamno proficiſcuntur.* Ideo autem ponendas duco *Novas Tabernas* ad ipſius Genuſi ripas, non quod ejus ſitus habeam probationes, ſed ex veriſſimili conjectura, ſpatii menſura concedente, quod tabernæ & manſiones ut plurimum ponuntur ad loca, ubi aquandi facilitas hoſpites invitat.

Clodiana ceu Clodianæ fuit vel fuerunt in ipſa via Egnatia, nam ſi legatur ad Clodianas, ut in itinerario, ſubintelligi debet tabernas, ſi Clodiana legatur, ut in tabulis, ſubintelligere oportet, manſio, vel potius *villa*, à quodam, ut divinare licet, ex nobili illa Clodiorum familia Romana ædificata, unde ei nomen.

CAPUT XXVI.

De Aoo fluvio, qui & Æas.

Poſt Genuſum & Aſparagium *Aous*, vel *Æas* fluvius in mare decurrit, ejus mentionem inveni apud Scylacem, Lycophronem, Polybium, Cononem, Strabonem, Plutarchum, Pauſaniam, Ptolemæum, Dionem, Stephanum. Inter Latinos vero ejus meminerunt, Valerius Maximus, Ovidius, Livius, Mela, Plinius, Florus, Vibius ſequeſter, Jornandes, quorum plerique in ea voce corrigendi, nullum enim aliud nomen proprium tam varie expreſſum legitur apud autores, ob trium vocalium ſine diphthongo in ea voce

con-

concurſum, quod tam in Græca, quam in Latina lingua ſatis inſolitum eſt. Ideo id nomen ab antiquis Illyricis inditum puto. Primus omnium recenſendus & emendandus Scylax, utpote antiquiſſimus, ubi in capite Ἰλλύριοι ſic legitur: Ἡ δὲ Ἀπολλωνία ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀπέχει στάδια ν΄. καὶ ποταμὸς Δίας παραῤῥεῖ τὴν πόλιν. Id eſt: *Apollonia autem à mari diſtat ſtadiis 50. & fluvius Dias urbem præterfluit.* Ubi Iſaacus Voſſius correxit in margine Αἴας, optime, ut ſolet leni mutatione; nam idem Scylax paulo poſt: καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραῤῥεῖ. Id eſt: *Et Æas fluvius à Pindo monte præter Apolloniam defluit.* Utroque nomine eum appellat Strabo lib. 7. Τὸν δὲ Ἄωον Αἴαντα καλεῖ Ἑκαταῖος, καὶ φησὶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου, τοῦ περὶ Λάκμον μᾶλλον, καὶ τοῦ αὐτοῦ μύχου τόν τε Ἴναχον ῥεῖν εἰς Ἄργος πρὸς νότον, καὶ τὸν Αἴαντα πρὸς ἑσπέραν εἰς τὸν Ἀδρίαν. Id eſt: *Aoum Æanta vocat Hecatæus, & ait ab eodem loco circa Lacmum, & ab eodem receſſu Inachium fluere verſus Argos ad Notum, & Æanta ad occaſum in Hadriam.* Idem ait Stephanus, vel ex Strabone, vel ex ipſo Hecatæo: Λάκμων ἄκρα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ ἧς ὁ Ἴναχος καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ ποταμὸς, ὡς Ἑκαταῖος. Id eſt: *Lacmoon, ſummitas Pindi montis, ex qua Inachus & Æas defluit fluvius, ut ait Hecatæus.* Corrigendus & in ejus fluvii nomine Polybii textus lib. 5. ubi de Philippo loquitur: Καὶ προσῆγε ποιούμενος τὸν πλοῦν ὡς ἐπ' Ἀπολλωνίας· ἤδη γε συνεγγίζοντος αὐτοῦ τοῖς περὶ τὸν Λώϊον ποταμὸν τόποις, ὃς ῥεῖ παρὰ τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλιν &c. Id eſt: *Vela in altum dedit, tamquam peteret Apolloniam, ubi autem venit prope amnis Loji loca, qui Apolloniatarum urbem præterlabitur.* Sic Caſaubonus, qui ut dubitans addidit in parentheſi, *ſive is potius eſt Aous.* At audacter debebat ſine hæſitatione emendare eum locum, & pro Λώϊον reponere Ἄωον, nullus enim illic

fluvius

fluvius Loïus. Emendandus etiam in eo eſt Conon apud Photium cap. 30. ubi legitur: καὶ ἡ Ἀπολλωνία πόλις Ἑλλὰς ἐστὶν ἐν τῇ Ἰλλυρίων γῇ, κεῖται δὲ ἐπὶ θαλάσσης, καὶ ποταμὸς Λῶος διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων, καὶ οὗτος ἐκβάλλει εἰς τὸ Ἰώνιον πέλαγος. Id eſt: *Et Apollonia urbs eſt Græca in Illyriorum terra, ſita eſt ad mare, & fluvius Lous per eam mediam fluens in Jonium mare exit.* Ubi manifeſtum eſt pro Λῶος addito, transverſa lineola debere legi, Ἀῶος, *Aous.* Cæterum & in ſenſu etiam corrigendus Conon, loquitur enim παχυτέρως, non exacte. Nam nec ad ipſum mare ſita fuit Apollonia, nec Aous per mediam urbem transfluebat, ut infra demonſtrabitur. Corrigendus etiam Plutarchus in Flaminio, ubi bis eadem pag. Ἄψον pro Ἄωον legitur facili ſane lapſu, nam ex ω ſolo apice addito, fit ψ, ſic habet Plutarchi locus: Καὶ τὸν Πούβλιον εὑρὼν μετὰ τῆς δυνάμεως ἀντεστρατοπεδεύοντα τῷ Φιλίππῳ, τὰς περὶ τὸν Ἄψον ποταμὸν ἐκβολὰς καὶ τὰ στενὰ φυλάττοντι. Id eſt: *Et cum Publium inveniſſet cum copiis, caſtris contra Philippum poſitis, qui cuſtodiebat fauces & anguſtias, quæ ſunt ad Apſum fluvium.* Et paulo poſt deſcribit eas fauces: Ὀρῶν γὰρ μεγάλων καὶ ὑψηλῶν ἑκατέρωθεν εἰς μίαν φάραγγα μεγίστην καὶ βαθεῖαν συμφερομένων, διεκπίπτων ὁ Ἄψος καὶ σχῆμα καὶ τάχος ἐξομοιοῦται πρὸς τὸν Πηνειόν. Id eſt: *Magnis & excelſis montibus ex utroque latere in maximam & profundam vallem coeuntibus, per eam decurrens Apſus, & ſpecie & velocitate Peneo aſſimilatur.* Sic Plutarchus. Nunc videndum quibus ratione fultus eam de Apſo lectionem mutandam eſſe contendo. Eandem hiſtoriam narrat Livius antiquior Plutarcho, & in Græciæ rebus omnia habet ex Polybio, fidiſſimo autore; ait igitur Livius de eodem Philippo lib. 33. *Principio veris cum Athenagora omnia externa auxilia, quodque levis armaturæ erat, in Chaoniam per*

Epi-

Epirum ad occupandas, quæ ad Antigoniam fauces ſunt, (Stena vocant Græci.) Ipſe paucis poſt diebus graviore ſequutus agmine cum ſitum omnem regionis aſpexiſſet, maxime idoneum ad muniendum locum credidit eſſe præter amnem Aoum. Is inter montes, quorum alterum Æropum, alterum Aſnam incolæ vocant anguſta valle fluit iter exiguum ſuper ripam præbens. Et paulo poſt de conſule Pub. Villio Tappulo, (quem Plutarchi interpres locis citatis male P. Julium vocat) qui tunc contra Philippum, eas anguſtias inſidentem, bellum gerebat, ſic ait: *Hoc conſilium agitanti nuncius venit, T. Quintium conſulem factum, ſortitumque provinciam Macedoniam, muturato itinere jam Corcyram trajeciſſe. Valerius Antias intraſſe ſaltum Villium tradit, quia recto itinere nequierit omnibus à rege inſeſſis, ſequutum vallem, per quam mediam fertur Aous amnis, ponte raptim facto, in ripam, in qua erant caſtra regia tranſgreſſum acie conflixiſſe, fuſum fugatumque regem.* Et paulo poſt: *Cæteri Græci Latinique, quorum ego legi annales nihil memorabile à Villio factum, integrumque bellum inſequentem conſulem. T. Quintium accepiſſe tradunt.* Quare Plutarchum potius ex Livio, quam Livium ex Plutarcho corrigendum putem, plures me inducunt rationes. Primo, Livius antiquior, & qui Polybium fere ubique exſcribit, ut notum; & notavere multi ex doctis, tum Aoum ex Apſo factum fuiſſe apud Livium, multo difficilius eſt, quam in Græco Plutarchi Apſum ab Aoo, nam in Latino. o. mutandum fuiſſet in pſ. nulla litterarum ſimilitudine; at ut mutetur ω in ψ, unus tantum apex addendus eſt: tum Chaonia; ubi fuiſſe illas fauces Livius ait, vicina fuit Aoï decurſui, ab Apſo vero valde procul, qui brevem habebat decurſum, ut ſupra ex Lucano probavimus. Adde quod Pindus mons, ex quo defluere

Aoum ſupra ex Hecatæo & Strabone demonſtravimus, Chaoniam Epiri partem ſeptentrionalem à Theſſalia dividit, ut infra patebit, unde Aoum per Chaoniam fluere colligitur, & ideo eas fauces (quas in Chaonia fuiſſe ſupra Livius innuit) fuiſſe in Aoï defluxu, non vero in Apſi, bene concluditur. Locus ille Plutarchi mendoſus, fons eſt & origo erroris eorum, qui Apſum à Pindo deducunt in tabulis. Ideo in eo emendando laborandum eſſe duxi. Sed & alius Plutarchi locus in C. Cæſare de eo fluvio corrigendus eſt, ſic autem habet: Τοῦ δὲ Ἀνίου ποταμοῦ τὴν ναῦν ὑποφέροντος εἰς τὴν θάλασσαν. Id eſt: *Anio vero fluvio navem in mare provehente*. Ubi manifeſtum, pro Ἀνίου reponendum eſſe Ἀώου. Nam ſupra dixerat, Cæſarem, cum eſſet Apolloniæ, de transfretatione ad Antonium deliberaſſe, & id tentaſſe. At Apolloniam Aous præfluit, non Anius, ſed ex ω factum eſt νι. proclivi errore. Emendandus & in eo fluvio Florus lib. 2. cap. 7. in his verbis: *Enimvero Flaminio duce invios antea Chaonum montes, Pindumque amnem, per abrupta vadentem, & ipſa Macedoniæ clauſtra penetravimus.* Ibi Ortelius Eliam Vinetum ſequutus, pro *Pindum* legendum cenſet *Aoum*. Sed cum nulla ſit inter *Pindum* & *Aoum* litterarum ſimilitudo, aliter credo, & minima mutatione, pro *Pindumque amnem* lego *Pindique amnem*, & per eum amnem intelligo Aoum, vel ſi quis melius putabit legi *Pindique Aoum*, eadem ſententia, & ſic legendo rem, ut erat, narravit Florus. Nam Aous & in Pindo oritur, & per abrupta Pindi fluit, ut in ſupra ſcriptis docuimus. Rurſus emendandus & in ejus fluvii nomine Pauſanias in Meſſeniacis, ubi legitur: Ἐπεὶ δὲ Λαώῳ διὰ τῆς Θεσπρωτίδος ῥέοντι. Id eſt: *Quippe è Loo per Theſprotidem fluenti.* Ubi legendum eſt, apice tranſverſali addito

dito, Ἀῶῳ. Nec mirum, ſi eum per Theſprotos fluere ait: nam multi pro una & eadem gente Theſprotos & Chaonas ſumunt ob viciniam, licet olim diſtinctæ fuerint. Sic Euſtathius ad Periegeten, ad verſum 399. Oricum ait fuiſſe portum Theſproticum, qui in extremitate Chaoniæ fuit in ipſis Acroceraunis, longe à Theſprotia proprie dicta. Scymnus eos conjungit verſu 443.

Ἔπειτα Θεσπρωτῶν τε καὶ Χαόνων
Ἔθνη κατοικεῖ βάρβαρ᾽ οὐ πολὺν τόπον. Id eſt: *Deinde Theſprotorum & Chaonum gentes barbaræ habitant non amplam regionem.* Pauſanias igitur vel eos confundit, ut Euſtathius, vel Theſprotiæ limites uſque ad Pindum non male extendit. Jornandes etiam in eo flumine corrigendus lib. de Regnorum ſucceſſione cap. XI. ubi Florum videtur exſcripſiſſe, dum ſic ait: *Enimvero Flaminio duce ad invios antea Pop. Rom. Chaonum montes, Savumque amnem per abrupta vadentem, & ad ipſa Macedoniæ clauſtra penetratum victoria fuit.* Vides, quam germanus hic locus cum eo, quem ſupra ex Floro adduximus: hic luce clarius eſt, pro *Savumque amnem* legendum eſſe *Aoumque amnem*: nam S. capitalis littera in voce *Savumque* ex voce præcedente, quæ in eadem littera deſinit, male repetita eſt, quod ſæpe accidit. Unde firmatur lectio, quam nuper in loco Flori propoſuimus. Cæterum Αἴας & Ἀῶος, *Æas* & *Aous*, unus & idem fluvius nominabatur. Si quis nobis non credit, audiat Plinium lib. 3. cap. 23. *Flumen Aous à quibuſdam Aeas nominatum.* Et Melam lib. 2: *Aeas ſecundum Apolloniam emittitur*, quod de Aoo omnes autores teſtantur. Et Valerius Maximus lib. I. de Ominibus, *Æantem* prope Apolloniam fluentem nominat. Ad eum Valerii locum in ſuis notis Stepha-

nus Pighius ſic commentatur: *Ex quo quidem nomine ſuſpicor Apolloniatas nomen accepiſſe, ἀὼς enim ſalus vel medela eſt.* Vellem nos docuiſſet apud quem autorem eam vocem in eo ſignificatu invenit. Id certe latet, & plures viros doctos, quos ſuper eo ſignificatu conſului. Supra etiam Strabonem induximus dicentem, Hecatæum Aoum vocaviſſe etiam Æantem, & ejus ortum poſuiſſe ad Lacmonem Pindi cacumen quoddam, quod ſequutus eſt Lycophron in Alexandra verſu 1015: Λακμωνίου πίνοντες Αἴαντος ῥοάς. Id eſt: *Lacmonii Æantis fluenta bibentes.* Ad quæ Tzetzes: Λακμωνία καλεῖται ἡ τοῦ Πίνδου ὄρους ἄκρα. Id eſt: *Lacmonia vocatur ſummitas Pindi montis.* In eo igitur nihil eſt dubii, ſed Latini, & præſertim poëtæ, ut Ovidius, Lucanus & alii magis uſurpant vocem *Æas* ob commodiorem ſonum. Corrigendus & in eadem voce Dio lib. 41. ubi de Apollonia loquitur: Ὃ τι μάλιστα διὰ πάντων ἐθαύμασα πῦρ πολὺ πρὸς τῷ Ἄνα ποταμῷ ἀναδίδοται. Id eſt: *Quod autem maxime miratus ſum, multus ignis emicat circa Anam fluvium.* Ubi legendum eſſe *circa Aoum* manifeſtum fiet, quando paulo infra de *Nymphæo* Apolloniatum tractabimus, & ibi nos ducit Xiphilinus Dionis abbreviator, ubi legitur πρὸς τῷ Ἄνῳ. Corrigendus & Vibius Sequeſter, apud quem ſic legitur: *Aras Macedoniæ decurrit in Jonium mare.* Ubi reponendum *Æas.* Apud Ptolemæum etiam legebatur Λώου ποταμοῦ ἐκβολαί. Sed eum errorem pridem ſuſtulit in ſuo Ptolemæo Joannes Bertius. Eum errorem ſequutus fuerat Niger lib. XI. qui cum fluvium *Laum* vocat: *licet à quibuſdam*, *ait*, *Aous vocetur.* Eum ait *è Lachino monte erumpere inter montes Aſnaum & Meropum.* Quæ cum à Strabone & Livio habeat, non dubito *Lachinum* in *Lacmum* debere mutari, ut & *Meropum* in *Æropum.* Ait idem Piergum

gum nunc eum fluvium vocari, & *Piergum caſtellum fuiſſe olim Apolloniam*, de quo fidejuſſores requiro. Nam Caſtaldus in ſua tabula *Piergum* ad Genuſum poſuit, in Apolloniæ vero ſitu, *Poline* nomine, non abludente ab antiquo ejus civitatis nomine, & ejus oppidi fluvium adjacentem *Poline* etiam nuncupat. At Barletius eum *Vaviſſam* vocat. Navium capacem fuiſſe uſque ad Apolloniam, ex Livio colligitur lib. 24. *Legati* (ait) *ab Orico ad M. Valerium prætorem, præſidentem claſſi Brundiſio*, (mallem Brunduſium) *venerunt, nunciantes Philippum primum Apolloniam tentaſſe levibus triremibus centum viginti, flumine adverſo ſubvectum.* Unde colligo Lucanum, qui de eo lib. 6. ſic canit,

Purus in occaſus parvi ſed gurgitis Æas
Jonio fluit inde mari,

intellexiſſe non de toto fluvii decurſu, ſed de ejus origine in Moloſſide, de qua loquitur: nam *parvi gurgitis* non poteſt dici fluvius, qui claſſem tot biremium patiebatur, & ea de cauſa à quibuſdam portus vocatur Apollonia, ſed improprie; quod fecit Volfgangus Lazius, qui id improprium loquendi genus Cæſari falſo tribuit, dum lib. 1. rerum Græcarum ait: *Cæſar tertio civilis belli trium ex Italia trajectuum portuumque in Epiro meminiſſe videtur, Orici, Apolloniæ, & Buthroti.* At Cæſar nullibi Apolloniam portum nominavit. Sequitur: *Quos hodie portus in Epiro Itali appellant, Velanam Apolloniæ & Buthrinto.* Sed nec Itali *Oricum Velanam* vocant, ſed *Orſo: Aulonem vero Valonem* non *Velanam*, ut plurimum. De *Orico* & *Apollonia* ſimul meminit Scymnus Chius, & Oricum vocat παράλιον πόλιν, *urbem littoralem*, quod de Apollonia non dicit. Cæterum fatum ejus fluvii fuit, ut male nomen ſuum ubique fere ſcriberetur, ut ex ſupradictis ſatis pa-

tet. Sed valde fallor, niſi & apud Plinium lib. 4. cap. I. etiam male expreſſum ſit in his verbis: *Moloſſorum flumina Aphas & Arachthus.* Is Aphas à Plutarcho memoratur in quæſtionibus Græcis, ſed peſſime expreſſus fere ubique: nam in luculenta editione Pariſienſi ſic legitur: Πλείονες γεγόνασιν Αἰνιάνων μεταναστάσεις, πρῶτον γὸ οἰκοῦντες περὶ τὸ Δώτιον πεδίον ἐξέπεσον ὑπὸ Λαπιθῶν εἰς Αἴθικας. ἐκεῖθεν τῆς Μολοσσίας τὴν περὶ τὸν Αʼραύαν χώραν κατέσχον. Id eſt: *Plures fuerunt Aenianum tranſmigrationes, primum enim cum habitarent circa Dotium campum à Lapithis expulſi inde ad Aethicas regionem Moloſſidis, quæ eſt circa Arauam, poſſederant.* At Xylander interpres videtur legiſſe non Αʼραύαν, ſed Αʼῦιν, vertit enim circa *Auum*: Et quæ ſequuntur apud Plutarchum: Ὅθεν ὠνομάσθησαν Παραυαῖοι, indicant legi debere, Αʼῶον ποταμὸν, vel ut legit Xylander Αʼῦον. Quod autem me ſuadet de Aoo vel Æante debere intelligi verba Plinii, eſt Arachthi fluvii mentio: nam Arachthus & Inachus, unus & idem fuit fluvius, ut infra docebimus, Inachus vero & Aous in eodem monte Lacmone originem habebant, in Moloſſide ideo eos conjunxit Plinius, ergo *Aeas*, *Aous*, *Aphas*, *Auus*, *Aravas*, *Lous*, ab Aoo vocabulo hiaſcentis pronuntiationis mihi videntur detorta, & omnibus illis locis puto legendum eſſe, vel Αʼῶος, *Aous*, vel Αἴας, *Aeas*: Quæ duo nomina habuit is fluvius, quorum illum hiſtorici, hunc poëtæ ſæpius uſurpant. Eum ab accolis nunc *Vaniſſam* vocari aſſerit Barletius in Scanderbegi vita fol. 22. verſo. Sed hæc ſatis ſint de eo fluvio, quem olim fuiſſe terminum Taulantiorum ad mare ſuſpicor, quod infra non ſine ratione me ſuſpicari docebo. Ptolemæus tamen uſque ad Aulonem urbem eorum fines extendit, ſed ordine eo loci maxime turbato, & errante ibi numerorum calculo: adeo ut

ſecun-

ſecundum eos concinnatæ tabulæ errores & falſas πωθέσεις habeant manifeſtas.

Caput XXVII.

De Apollonia.

In Taulantiorum regione poſt Apſi fluminis oſtia Ptolemæus recenſet Apolloniam civitatem, & eam ex ejus numeris corruptis vel falſis ad mare ipſum poſuit Mercator, & ſatis longe ab Aoo. Peſſime. In Taulantiorum terra eam non cenſet fuiſſe Ariſtoteles in mirandis cap. 15. Ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ τῇ πλησίον κειμένῃ τῆς τῶν Ταυλαντίων χώρας. Id eſt: *In Apollonia, quæ ſita eſt prope Taulantiorum regionem.* Et quare maluerit regionem vicinam proprio nomine deſignare, quam ipſam in qua ſita erat Apollonia, non video, niſi quod civitatem Græcam & liberam nobiliorem putavit, quam ut deberet regioni gentis barbaræ accenſeri. Nam ideo credo, plurimi regionem, in qua ſita erat, non aliter indigitaverunt, quam τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν χώραν. Id eſt: *Apolloniatarum regionem*, exemplum Ariſtotelis ſequuti. Certum eſt tamen, in ſolo Illyriorum Taulantiorum conditam fuiſſe, & primum ab ipſis Taulantiis. Sed (ut puto) ſub alio nomine, de quo nihil invenitur. Id videtur ſequi ex infra allegatis. Ejus urbis meminere Scylax, Thucydides, Ariſtoteles, Theophraſtus, Scymnus, Polybius, Conon, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Appianus, Ælianus, Pauſanias, Dio, Stephanus, Georgius Syncellus, Conſtantinus, Tzetzes, Anthologia. Inter Latinos autem Cicero, Cæſar, Mela, Plinius, Suetonius, Vitruvius, & alii. De ejus origine, &

ne, & conditu diverſa tradunt autores. Antiquiſſimam originem ad Abantas ex Eubœa, qui poſt Elpenoris mortem ad ea littora ejecti fuerunt, refert Tzetzes ad Lycophronem ad verſum. 906. Quod non dubito eum ab antiquo quodam autore accepiſſe, puta ab Anticlide, qui νόστους, id eſt, *reditus* (à Troja ſcilicet) ſcripſerat, vel ab Hellanico, qui κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων, *conditus nationum & urbium* narraverat. Sic autem Tzetzes: Ἐλεφήνορος δὲ ἀποθανόντος ἐν Τροίᾳ, οἱ σὺν αὐτῷ ἐκρεμφθέντες περὶ τὸ Ἰώνιον, Ἀπολλωνίαν ᾤκησαν τὴν ἐν Ἠπείρῳ. Id eſt: *Elephenore autem mortuo ad Trojam, ejus ſocii, in Jonio jactati, Apolloniam eam, quæ eſt in Epiro, inhabitaverunt.* At in eo fabuloſo ſeculo nihil eſt certi: nam Pauſanias in Eliacis 1. aliter de Abantibus rem narrat: Λόκροι τε ἐκ Θρονίου τοῦ ἐπὶ Βοαγρίῳ ποταμῷ, καὶ Ἄβαντες ἀπὸ Εὐβοίας ναυσὶν ὀκτὼ συναμφότεροι πρὸς τὰ ὄρη κατηνέχθησαν τὰ Κεραύνια, οἰκήσαντες δὲ ἐνταῦθα, καὶ πόλιν οἰκίσαντες Θρόνιον, καὶ τῆς γῆς ἀφ᾽ ὅσον ἐνέμοντο, Ἀβαντίδος ὄνομα ἀπὸ κοινοῦ λόγου θέμενοι, ἐκπίπτουσιν ὕστερον ἀπὸ Ἀπολλωνιατῶν ὁμόρων κρατηθέντες πολέμῳ. Id eſt: *Locri à Thronio, quod eſt ad Boagrium fluvium, & Abantes ex Eubœa ſimul, cum navibus octo delati ſunt ad montes Ceraunios, & illic habitantes urbem condiderunt Thronium, terram etiam, in quantum ejus occupaverant, Abantidem communi conſenſu appellaverunt: ea vero exceſſere poſtea bello victi ab Apolloniatibus conterminis.* Si Apolloniatæ Abantas à Ceraunis & Thronio ibi ſita pepulere, Abantes non fuerunt ipſi Apolloniatæ: ſed ab illis antiquitatis tenebris ad certiora procedamus. Fide dignior eſt Thucydides, qui lib. 1. Apolloniam Κορινθίων ἀποικίαν, id eſt, *Corinthiorum coloniam* vocat. Scymnus Chius Corcyræos in ejus conditu ſocios Corinthiis addit his verſibus:

Οἷς

Οἷς πλησιόχωρος ἐστὶν ἡ Ἀπολλωνία
Κορινθίων Κερκυραίων τε κτίσις. Id eſt: *Quibus vicina eſt Apollonia, Corinthiorum & Corcyræorum opus.* Quibus conſentit ipſe Pauſanias, qui ad locum ſupra citatum addit: Ἀποικισθῆναι ἢ ἐκ Κερκύρας τὴν Ἀπολλωνίαν, οἱ ἢ Κορινθίοις αὐτοῖς μετεῖναι λαφύρων. Id eſt: *Deductam à Corcyra Apolloniam coloniam ajunt, alii vero Corinthios etiam prædæ participes fuiſſe.* Sed forte eo loco ſocietas prædæ, ſocietatem in fundanda colonia non inducit. Sed preſſius agit Stephanus, cujus hæc ſunt verba: Ἀπολλωνία...... πόλις Ἰλλυρίας, ἣν ᾤκουν Ἰλλύριοι οἱ κατ᾽ Ἐπίδαμνον· ὕστερον διακοσίων Κορινθίων ἀποικία εἰς αὐτὴν ἐστάλη, ἧς ἡγεῖτο Γύλαξ, ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε. Id eſt: *Apollonia...... urbs Illyriæ, quam habitabant Illyrii qui circa Epidamnum. Poſtea ducentorum Corinthiorum colonia in eam miſſa eſt, cujus dux erat Gylax, qui Gylaciam eam nominavit.* Id eveniſſe tempore quo Periander Corinthi Tyrannus erat, nos docet Plutarchus lib. de iis, qui ſero à numine puniuntur, his verbis: Ὥσπερ οὐδ᾽ Ἀπολλωνίαν, οὐδ᾽ Ἀνακτόριον, οὐδὲ τὴν Λευκαδίων χερρόνησον ᾤκουν Ἕλληνες, εἰ Περίανδρος ἐκολάσθη μὴ μετὰ πολὺν χρόνον. Id eſt: *Veluti neque Apolloniam, neque Anactorium, neque Leucadiorum peninſulam habitaſſent Græci, ſi Periander punitus fuiſſet non multo poſt tempore.* Itaque primus & antiquiſſimus ejus urbis conditus ad Illyrios referendus: Splendor & dignitas à Corinthiis & Corcyræis additus, qui ut in ea invaluere, ex barbara urbe Græcam fecerunt. Sed id nomen à duce Gylace impoſitum parum obtinuit. Nam ſpreto nominis autore Ἀπόλλωνα ἀρχηγέτην *Apollinem deductorem* ſibi aſſciverunt, & ab eo ſuam urbem Apolloniam vocaverunt. Id patet ex inſcriptione antiqua, quæ tempore Pauſa-

niæ adhuc Olympiæ videbatur, quam exhibet ille Eliacorum I.

> Μνάματ᾽ Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα, τὰν ἐπὶ πόντῳ
> Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ᾽ ἀκερσεκόμης.
> Οἱ γᾶς τέρματ᾽ ἑλόντες Ἀβαντίδος ἐνθάδε ταῦτα,
> Ἔστασαν σὺν τοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

Id eſt: *Monimenta hic poſita ſcimus Apolloniæ, quam ad Jonium mare condidit Phœbus intonſus. Qui cum cepiſſent Abantidis terræ limites, hic ſtatuerunt prædæ decimam, cum iis qui ex Thronio.* Ita ſonant verba Græca, & videntur innuere eos, qui Thronium habitabant una cum Apolloniatibus Abantas loco pepuliſſe, quod non videtur concordare cum loco Pauſaniæ ſupra citato. Igitur ſic de tota illa hiſtoria cenſendum eſt. Locri è Thronio, & Abantes ex Eubœa poſt Trojam deletam ad montes Ceraunios delati ſunt in Epirum, ibi Thronium urbem condidere Locri, Abantes vero late regionem occupaverunt, quam Abantiam vocaverunt ab eorum communi nomine: procedente tempore inimici facti ſunt Abantes & Locri, qui Thronium habitabant. At Locri, ſocietate cum Apolloniatibus inita, Abantes expulerunt, & ex eorum præda decimam Jovi Olympio dedicaverunt. Et ex eo epigrammate patet, Apolloniatas gloriatos fuiſſe Apolline coloniæ ductore, ſpreta Gylacis memoria, & ideo Apolloniam ſuam urbem nominaſſe; forte eo quod, (ut ſuſpicari licet) ex oraculi Delphici monitu eas ſedes occupaverant; nam non conſulto oraculo, talia raro aggrediebantur antiqui Græci. De ejus urbis ſitu Scylax: Ἐκ δὲ Ἐπιδάμνου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν Ἑλληνίδα ὁδὸς ἡμέρων δύο, ἡ δὲ Ἀπολλωνία ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀπέχει στάδια ν΄. καὶ ποταμὸς Αἴας (ſic legendum) παραῤῥεῖ τὴν πόλιν, ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν στάδια τκ΄. καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου

δυ ὅρυς παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραῤῥεῖ. Id eſt: *Ab Epidamno ad* Apolloniam *urbem Græcam duorum dierum eſt via:* Apollonia *vero abeſt à mari ſtadia* 50. *& fluvius Æas urbem præterfluit.* Ab Apollonia *vero ad* Amantiam *ſtadia ſunt* 320. *& Æas fluvius à Pindo monte ortus, Apolloniam præterfluit.* Ex hoc loco Scylacis interpretanda ſunt verba epigrammatis ſupra citati, ubi legitur τὴν δ' ἐπὶ πόντῳ Ἰωνίῳ. Id eſt: *Quam ad mare Jonium.* Quæ verba poëtæ ad metri rationem compoſita, non ad exactam urbis poſitionem, commode ad rei veritatem accommodanda ſunt, non enim in ipſo maris littore ſita erat, ſed in eo terræ tractu, qui ſecundum littus Jonii maris extendebatur, ſtadiis tantum 50. à mari recedens. Spatium illud auget Plinius lib. 3. cap. 23. A*pollonia quondam Corinthiorum colonia ſeptem M. paſſ. à mari recedere.* Cononis locum de ea civitate ſupra in Aoo flumine adduximus & interpretati ſumus, eum repetere tædioſum foret, & ei fidem adhibere, contra Scylacem geographice ſcribentem, non debemus. Ex narratione certe hiſtoriæ Cæſaris, qui cum Apolloniæ eſſet clam noctu per Aoum fluvium in mare vectus eſt, patet, Aoum non longe fuiſſe ab ea urbe. Ea hiſtoria extat apud Plutarchum in Cæſare, eam ſupra citavimus, ubi male Ἀνίυ pro Ἀώυ legi notavimus. Ibi etiam Polybii locum adduximus, ex quo conſtat, eam civitatem ad Aoum ſitam fuiſſe. Locum etiam Dionis adduximus, qui ſpacium non notat. Ideo eum locum rurſus hic ponere ſuperſedebimus. Sed de Ptolemæo non tacendum, ex cujus numeris corruptis Mercator eam poſuit ad littus maris, inter Apſi & Aoï Oſtia, & Aoo quidem propior. Sed ut tertiam partem ſpatii inter Aoum & Apſum occupet. Is error non eſt ſequendus, nam Strabo exacte notat

 ſpatium

ſpatium, quo à mari, & ſpacium, quo à fluvio diſtabat, ſic enim apud eum legitur lib. 7: Εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς καὶ ὁ Ἀῶος ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία πόλις εὐνομοτάτη, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων, τοῦ ποταμοῦ μὲν ἀπέχουσα σταδίους δέκα, τῆς θαλάσσης δὲ ἑξήκοντα. Id eſt: *Deinde Apſus fluvius, & Aous ad quem ſita eſt Apollonia civitas optimis legibus conſtituta, opus Corinthiorum & Corcyræorum, abeſt à fluvio ſtadiis decem, à mari vero ſexaginta.* Cononis igitur narratione neglecta, & Ptolemæi numeris corruptis inſuper habitis, eum ſitum ei tribuimus, quem Scylax, & Strabo, & Plinius, ſatis in eo conſentientes, illi aſſignant. Sed notandum eſt, Pomponii Melæ grave erratum, qui procedendo ab Epiro & meridie ad Illyrios & ſeptentrionem, Apolloniam ultra Dyrrhachium ponit, ejus verba ſunt: *Urbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnos ante erat. Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris omen id viſum eſt. Ultra ſunt Apollonia, Salona, Jadera.* Si ita ſcripſit Mela, certe non poteſt excuſari. Ejus partem quandam fuiſſe in edito & ſine aqua, ubi arx erat ædificata, Cæſar nos docet civil. 3. his verbis: *Recepto Cæſar Orico Apolloniam proficiſcitur. Ejus adventu audito. L. Staberius, qui ibi præerat, aquam comportare in arcem, atque eam munire, obſideſque ab Apolloniatibus exigere cœpit.* Et ideo (credo) in mare proſpectum habebat ea parte, & à mari videbatur: Nam idem Cæſar de Antonii claſſis adventu ait: *Altera die Apolloniam Dyrrhachiumque prætervehuntur.* Quod minus proprie dictum foret, niſi Apollonia fuiſſet in conſpectu claſſis. Eam civitatem in optimo ſitu fuiſſe, tum ob aëris temperiem, tum ob ſoli qualitatem, & à mari utilitatem, dicunt Theophraſtus, & Dio Caſſius: Ille hiſt. plant. lib. I. cap. 10. ait: Διαφέρει δὲ ὡς ἔοικε χώρα

χώρας,

χώρας, καὶ ἀὴρ ἀέρος εἰς τὸ κατίεσθαι, καὶ μὴ τὰ σπέρματα. Ἐν Ἀπολλωνίᾳ γοῦν τῇ περὶ τὸν Ἰώνιον, οὐκ ἐσθίεσθαί φασιν ὅλως κύαμον, διὸ καὶ εἰς θησαυρισμὸν ἀποτίθεσθαι. Id eſt: *Differt etiam regio à regione, & aër ab aëre, ut ſemen male afficiatur vel non. In Apollonia igitur, quæ eſt ad Jonium, ajunt fabam non corrodi, & ideo eam in poſteriorem uſum reponunt.* Et rurſus de cauſis plant. lib. 3. cap. 2. Ἐν Ἀπολλωνίᾳ οὖν τῇ περὶ τὸν Ἰώνιον, πολλά φασιν ἔτη διαμένειν τοὺς κυάμους. *In Apollonia igitur quæ eſt ad Jonium multos annos durare fabas ajunt.* Et Dio lib. 41: Ἡ δὲ Ἀπολλωνία αὕτη Κορινθία, ἐν καλῷ μὲν τῆς γῆς, ἐν καλῷ δὲ καὶ τῆς θαλάσσης, ποταμῶν τ' ἄριστα κεῖται. Id eſt: *Apollonia autem Corinthia, optime & quod ad ſolum, & quod ad mare & fluvios ſita eſt.* De civium moribus & civitatis inſtitutis paulo ſupra Strabonem audivimus, qui eam optimis moribus conſtitutam vocat. Ælianus Var. hiſt. lib. 13. cap. 16. ait: *Eos Lacedæmoniorum more peregrinos ab urbe ſua abigere ſolitos fuiſſe.* Sed vel is mos evanuerat, vel nondum obtinebat, quando incolæ Cyceſii & Dyſpontii urbium in Piſatide, Epidamnum & Apolloniam commigravere, quod ait Strabo lib. 8. Prudentes & moderatos fuiſſe, diſcimus à Dione in fragmentis à Valeſio publicatis, & ex T. Livii epitome libri 15. Narrant enim, cum Romani Apolloniatibus dediſſent ad pœnam Q. Fabium Senatorium Juvenem, eo quod ejus civitatis Legatos pulſaverat, Apolloniatas eum illæſum & incolumem domum remiſiſſe. Idem & Zonaras narrat lib. 2. Videndus & Ariſtoteles politic. 3. cap. 16. & lib. 4. cap. 4. ubi ſtatum ejus civitatis fuiſſe aliquantenus ariſtocraticum dicere videtur. De ejus celebritate Cicero in Piſonem: *Apolloniam magnam urbem & gravem* vocat, & iiſdem verbis utitur Philippica XI. Sed maximam adepta eſt celebritatem, quan-

do Julius Cæſar eam dignam judicavit, ubi inſtitueretur Octavius Cæſar, poſtea Imperator & Auguſtus factus, & ex eo alumno magnam gloriam ſibi jure comparavit. Inde enim colligitur, ſtudia litterarum & Philoſophiæ ibi maxime floruiſſe, quando Cæſar eam prætulit Athenis, Maſſiliæ, & ipſi etiam Romæ. Id notius eſt, quam ut autoritatibus opus ſit. Id nos docent Plutarchus, Suetonius, Africanus apud Syncellum, Dio, & alii plures. Nec eſt contra tot antiquos audiendus Philippus Brietius Jeſuita, qui in ſuis parallelis ſecundæ partis lib. 3. id tribuit Apolloniæ Mygdoniæ, maximo errore. Celebrem etiam eam fecerunt bituminis & picis fodinæ, de quibus Plin. lib. 24. cap. 7. *Eſt & Piſſaſphaltos, mixta bitumini pice naturaliter ex Apolloniatum agro.* Ælianus Var. hiſt. lib. 13. cap. 16 Ἀπολλωνιάται πόλιν οἰκοῦσι γείτονα Ἐπιδάμνου, ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. καὶ ἐν τοῖς πλησίον αὐτῆς χωρίοις ἄσφαλτός ἐστιν ὀρυκτὴ, καὶ πιμπλᾶ τὸ αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνατέλλουσα τρόπον, ὃν καὶ αἱ πλεῖσται πηγαὶ τῶν ὑδάτων. Id eſt: *Apolloniatæ urbem incolunt Epidamno vicinam, & in prædiis vicinis aſphaltus ineſt foſſilis, è terra oriens, & locum implens eodem modo quo pleræque aquarum fontes.* Vitruvius lib. 8. cap. 3. *Zacyntho, & circa Dyrrhachium & Apolloniam fontes ſunt, qui magnam picis multitudinem cum aqua vomunt.* Ea diu ſuis legibus uſa eſt, ſed cum Macedoniæ & Illyriorum regibus vicina foret, ab utriſque affectata & bello petita eſt. Caſſander igitur contra Ætolos bellum gerens, ejus belli πάρεργον Apolloniæ acquiſitionem fecit, eam enim primo impetu cepit. Diodor. lib. 19. de Caſſandro: ὁρμὴν ἐπὶ τὴν Ἀδρίαν ποιησάμενος, Ἀπολλωνίαν ἐξ ἐφόδου παρέλαβεν. Id eſt: *Expediionem in Adriam cum feciſſet, Apolloniam in reditu cepit.* Sed paullo poſt à Glaucia Illyriorum rege obſidione cincta,

ope

ope Acrotati Lacedæmoniorum regis liberata eſt; & cum Glaucia facto fœdere pacificata fuit, ut ex eodem Diodoro paulo poſt eodem libro diſcimus. Iterum à Caſſandro bello tentata, à Corcyræis auxilium accepit, qui eam ſui juris iterum & liberam fecerunt, quod idem Diodorus narrat eodem libro. Poſtea cum inter Romanos & Tentam Illyriorum reginam bellum gereretur, Apolloniatæ ſponte ſe in fidem Romanorum dediderunt: ſponte dico, eo quod ſine bello, at non ſine metu; uterque enim Conſul aderat cum exercitu pedeſtri & claſſe, & ab eo tempore ſub Romanorum imperio fuere, hæc Polybius lib. 2. Bello civili à Pompejo prius occupata & præſidio firmata, nihilominus miſſis legatis, Cæſarem accerſivit, jam ad eos properantem; & neglecto Staberio præfecto, Cæſarem recepere Apolloniatæ, & conſtanter ejus partes tutati ſunt, quod narrat Cæſar lib. 3. civil. At in bello quod in iis partibus geſtum eſt inter C. Antonium & M. Brutum, cum ambo illi duces Apolloniatas ad partes quiſque ſuas traherent, Brutum prætulerunt, id tradit Plutarchus in Bruto. Sed mirum eſt, de ea urbe tam celebri, mediæ & inferioris ætatis auctores nihil dixiſſe. Ideo videtur à priſtina gloria degeneraſſe, & eviluiſſe, cum de ea nihil inveniatur dictu dignum. Joannes Criſpus in epiſtola ad Pontificem ait, Solimannum Apolloniam veniſſe, & ibi ſua caſtra poſuiſſe. Barletius eam bis tantum nominat, de ea nihil narrat, niſi quod eam vocat civitatem optimis inſtitutam legibus, quod ex Strabonis teſtimonio procul dubio dicit. Eam Comnena non nominat, ut nec Nicetas, nec duo Nicephori, nec Conſtantini, nec Ducas, nec cæteri, quos mihi contigit legiſſe. Inferioris ſeculi Græci autores, qui quando de ea ſiluerunt, & nobis ſilendum eſt. Illuſtres tulit olim:

Pithe-

Pithenium ſacrarum ovium curam habentem, cui cum oculos eruiſſent, eo quod ſexaginta lupi maximam ſtragem in grege ſacro fecerant, iram deorum incurrerunt, & terræ ſterilitate maxima preſſi, oraculum conſuluerunt, qui juſſit Pithenio, ut ſatisfacerent, quod fecerunt, duobus ſuburbanis prædiis & domo, quam elegit, in urbe eum donantes. Id narrat Conon apud Photium narratione 30. Tulit & Meneptolemum Olympionicem, de quo Pauſanias Eliac. 2. Κεῖνται δὲ καὶ ἐν παισὶν εἰληφότες δρόμου νίκας Μενεπτόλεμος ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν Ἰωνίῳ. Id eſt: *Sunt etiam qui in pueris curſus victorias reportarunt Meneptolemus ex Apollonia, quæ eſt in Jonio ſinu.* Retinet etiam hodie antiquum nomen, ſi fides Caſtaldo in ſua Græciæ tabula, ubi eam notat cum nomine *Poline*, & ita quoque putat Sophianus. At Dominicus Niger aliter cenſet, ejus hæc ſunt verba: *Apollonia urbs eſt clariſſima, quondam optimis, ut Strabo ait, inſtituta legibus. Stadiis decem à Lao (lege Aoo) amne diſtans, à mari ſexaginta. Auguſti Cæſaris ſtudio, qui illic Græcas didicit literas, memorabilis, in quo nunc loco caſtellum eſt, quod illi Piergum à fluvio dicunt, Laum enim (lege Aoum.) ſic vocant.* At aliter Caſtaldus, qui P*irgo* caſtellum notat, ad os Genuſi fluvii, & ſequutus eſt eum, qui nuper Turciæ ſeptentrionalis tabulam delineavit *Philippus de la Rue.* Id caſtellum, non dubito quin à Græcis nominatum fuerit, πύργος, id eſt, *turris*, ad littus maris ædificatum, ſpeculandi in mare cauſa, ad littoralis regionis ſecuritatem. Ideo non poteſt eſſe Apollonia, quæ ſtadiis 60. diſtabat à mari. At ad ipſum Aoï fluminis os oppidum ponunt *Spinarſo*, vel *Spinarſa.* Ortelius in ſuo lexico Pinetum citans, Apolloniam nunc *Siſſopoli* vocari ait, maximo ſane errore Pineti & Ortelii. Nam *Siſſopoli* vel *Sixopoli* vocatur urbs

tur urbs

catur urbs, quæ ſine dubio olim Apollonia, at ea quæ *Ponti* dicitur & in Thracia ad mare Euxinum ſita eſt, teſtibus Dominico nigro Geog. commentario 10. (ubi de Thracia ad Ponti Euxini oram agit: *Mox Apollonia, Anthium prius appellata, Mileſiorum colonia........ nunc Sixopolis dicitur*) & Caſtaldo, qui in ſua Romaniæ tabula *Siſſopolin* ponit ad Euxini littus, ad Hæmi montis radices. Brietius Pinetum citat, nec caſtigat. Maginus etiam in ſua Græcia cap. 4. hæc habet: *Apollonia in littore Ponti nunc Siſſopoli.* Melius procul dubio Caſtaldus, qui eum P*oline* nominat ab antiqua appellatione, nomine parum detorto. Nam Joannes Criſpus Ægæi Naxique dux ſupra laudatus, in ſua ad Pontificem & Chriſtianos principes epiſtola ait: *Cum proximo itaque Majo & Junio è Ponto & Propontide maximas Solimannus centum & quinquaginta triremes, ac biremes octoginta & præter has hippagines, & onerarias & actuarias naves* 170. *centumque ſimul alia non unius generis navigia eodem tempore, primo in Ægæum mare, ac ſubinde in Ionium & in Hadriaticum; demum ad Epiri littora miſiſſet, ipſe itinere terreſtri cum centum, & aliquot ultra millibus, partim equitibus, partim peditibus..... Apolloniam recta contendit.* Certe ſi tempore Joannis Criſpi & Solimanni alio nomine vocata fuiſſet, uſus non fuiſſet Joannis Criſpus ille nomine, quod jam in deſuetudinem abierat. Hæc ſunt quæ de ea civitate mihi legere contigit: ea boni conſule lector. Tu forte plura dabis & meliora.

CAPUT XXVIII.

De loco NYMPHÆUM *dicto.*

Paulo ſupra Apolloniam ad ſeptentrionem & ortum, non longe ab Aoi fluvii ripa, fuit *NYMPHÆUM* locus celebris *in Apolloniatum finibus*, ut ait Plin. lib. 3. cap. 23. Locum dico, non oppidum: non enim conſtat ex antiquorum teſtimonio, oppidum ibi fuiſſe vel pagum. De eo loco mentionem fecerunt Græci autores Ariſtoteles, Plutarchus, Ælianus & Dio Caſſius; inter Latinos T. Livius, Plinius, Vitruvius. Et Ariſtoteles quidem de eo loco, non addito nomine, loquitur lib. de mirandis his verbis: φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιντανίαν, πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Ἀπολλωνιάτιδος εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν, ἐπειδὰν δὲ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ᾽ αὐτὴν ἐκφλογοῦται. Id eſt: *Ajunt circa Atintaniam, in finibus, vel ad fines Apolloniatum eſſe quandam petram, ex qua ignis, qui emittitur, non eſt manifeſtus; ſi vero oleum infundatur in flammam accenditur.* In hoc Ariſtotelis loco dubium eſt, an per πέτραν intellexerit λίθον *lapidem*, an vero *cautem* vel *rupem*, utroque enim modo ſumitur ea vox: alii certe autores nullam ibi rupem notant, ſed potius prata & valles riguas. Sic enim Plutarchus in Sylla: Ἡ δὲ Ἀπολλωνία πλησίον ἐστὶ καὶ πρὸς αὐτῇ τὸ Νυμφαῖον, ἱερὸς τόπος ἐκ χλοερᾶς νάπης καὶ λειμώνων ἀναδιδοὺς πυρὸς πηγὰς σποράδας ἐνδελεχῶς ῥέοντος. Id eſt: *Prope eſt Apollonia & in vicinia Nymphæum, ſacer locus, qui ex virenti valle & pratis, fontes ignis diſperſas perpetuo manantes emittit.* Collem tamen exiguum ibi locat Ælianus, cujus locum jam ſupra adduximus. Sed locum, de quo tractamus, graphice depingit,

pingit, tamquam ipſe oculis luſtraſſet, ejus verba rurſus non pigebit attexere: Ἀπολλωνιᾶται πόλιν οἰκοῦσι πλησίον Ἐπιδάμνου ἐν τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ· καὶ ἐν τοῖς πλησίον αὐτῆς χωρίοις ἄσφαλτός ἐστιν ὀρυκτὴ, καὶ πιμπλᾶ τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀναδίδουσα, τρόπον ὃν καὶ αἱ πλεισταὶ πηγαὶ τῶν ὑδάτων· Οὐ πόρρω δὲ καὶ τὸ ἀθάνατον δείκνυται πῦρ· ὁ δὲ καιόμενός ἐστι λόφος ὀλίγος, καὶ οὐκ εἰς μέγα διήκει, καὶ ἔχει περίβολον οὐ πολύν· ὄζει δὲ θείου καὶ στυπτηρίας, καὶ περὶ αὐτὸν ἐστὶ δένδρα εὐθαλῆ, καὶ πολλὰ χλωρὰ, καὶ τὸ πῦρ πλησίον ἀνακμάζων οὐδὲν λυπεῖ. &c. Melius mihi videretur ſententia procedere, ſi legeretur: καὶ πιμπλᾶ τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀναδίδουσα τόπον· ὡς καὶ αἱ πλεισταί. &c. Ut ſic intelligatur: *Apolloniatæ urbem incolunt prope Epidamnum in Ionio ſinu, atque in vicinis prope eam locis, bituminis fodina eſt, & quæ replet locum e terra ſcuturiens, ut pleræque fontes aquarum. Non procul etiam immortalis ignis monſtratur. Eſt autem ardens collis non ita, magnus neque magnum ſpatium occupans, neque longum ambitum complectens, ſulphur autem olet & alumen, circumque ipſum pulcherrimæ ſunt arbores, multaque loca viridantia, quæ nihil ab igne vicino læduntur.* &c. Id genus foſſilis bituminis ceu picis Plinius *Piſſaſphaltum* vocat lib. 24. cap. 7. *Eſt & Piſſaſphaltos mixta bitumini pice naturaliter in Apolloniatum agro.* Vitruvius lib. 8. cap. 8. eam picem cum aqua exire ait, quod jam ſupra notavimus pag. 144. Dio Caſſius de eo loco lib. 41. ὅ τι μάλιστα διὰ πάντων ἐθαύμασα, πῦρ πολὺ πρὸς τῷ Ἄνᾳ (ſupra docui legendum Ἀώῳ) ποταμῷ ἀναδίδοται, καὶ οὔτε ἐπὶ πλεῖον τῆς πέριξ γῆς ἐπεξέρχεται, οὔτ᾽ αὐτὴν ἐκείνην ἐν ᾗ διαιτᾶται ἐκπυροῖ ἢ καὶ ξηροτέραν πη ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ πόας, καὶ δένδρα καὶ πολὺ πλησίον θάλλοντα ἔχει, πρός τε τὰς ἐπιχύσεις τῶν ὄμβρων ἐπαύξει καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ καὶ Νυμφαῖον ὀνομάζεται. Id eſt: *Quod vero maxime miratus ſum multus ignis prope Aoum fluvium ſurſum emittitur, nec ter-*

ra,quæ circa eſt,multum invadit ſpatium,neque eam ipſam in qua innutritur inflammat, vel ſicciorem facit: ſed herbas & arbores bene vireſcentes habet, & imbribus ingruentibus augetur, & in altum elevatur, & ideo Nymphæum vocatur. In quo loco id mirum videtur, quod ab igne vult denominatum illum locum & Nymphæum vocatum, eo quod imbre cadente magis inflammatur. At ego putarem magis à fontium & aquarum abundantia inditum id nomen fuiſſe. Νυμφαῖον enim à Nymphis, id eſt, ab aquis & fontibus dicitur. Et ob illam aquarum commoditatem, locus ille erat idoneus ad caſtra ponenda; ideo bis aut ter T. Livius de caſtris ad illud *Nymphæum* poſitis meminit. Sed non erit inutile nec injucundum, quæ ſequuntur apud eundum Dionem addere, ad celebritatem enim loci faciunt quam maxime, hæc igitur addit: Καὶ δὴ καὶ μαντεῖον τοῖον δέ τι παρέχεται. λιβανωτὸν δὴ λαβὼν καὶ προσευξάμενος ὅ τι ποτε καὶ βούλῃ· ῥίπτει αὐτὸν τὴν εὐχὴν φέροντα, κἂν τούτῳ τὸ πῦρ ἂν μέν τι ἐπιτελὲς ἔτη ἐσόμενον, δέχεται αὐτὸν ἑτοιμότατα, κἂν ἄρα καὶ ἔξω τοῦ προσπέσῃ, προσδραμὸν ἥρπασε, καὶ κατανάλωσεν, ἂν δ' ἀτέλεστον ᾖ, οὐτ' ἄλλως αὐτῷ προσέρχεται, κἂν ἐς αὐτὴν τὴν φλόγα φέρηται, ἐξαναχωρεῖ τε καὶ ἐκφεύγει· καὶ ταῦθ' οὕτως ἑκάτερα περὶ πάντων ὁμοίως πλὴν θανάτου τε καὶ γάμου ποιεῖ. Id eſt: *Sed & oraculum etiam tale præbet. Thus accipiens & preces fundens quaſcunque vult: jacit illud una cum precibus & tunc ignis (ſi perfici poteſt id quod quæritur) id excipit promptiſſime, licet & extra ignem alicubi cadat, excurrens rapit & conſumit, ſi vero fieri non poteſt, ad illud ignis non accedit, & licet in ipſam flammam cadat, recedit ignis & fugit, & utraque hæc ſic in omnibus eveniunt ſimiliter, præterquam ſi de morte vel nuptiis agatur.* Hæc vaticinii ſpecies huic loco tantum propria fuit, nec ut credo alibi frequentabatur. Sed de hoc loco ſatis.

CAPUT

CAPUT XXIX.

De CELYDNO *fluvio &* AULONE.

Nunc videndum an bene Ptolemæus in Taulantiorum littore, paulo ultra Aoi fluvii os, & inter eum fluvium & Bulidem, Aulonem urbem cum portu poſuerit, quod pernego: ſi ita poſuit Ptolemæus eam urbem, graviſſime lapſus eſt. Nam & ex nomine, & ex portu, & ex omnium Geographorum conſenſu, Aulon urbs ea eſt, quæ hodie Italis *Valona* dicitur, & quam alibi ſitam fuiſſe non patitur inſula adjacens, & ad portum Aulonis oppoſita, Saſon dicta, de qua Itinerarium Antonini maritimum apertiſſime. *A Buthroto Saſonis inſulam provinc* 55. *ſuper* Acroceraunia *& relinquit Alonem* (lege Aulonem) *in dextro interius ſtad. D.* Certe ſi Aulon portus fuiſſet inter Aoi os & Bulidem, ut eum poſuit Mercator, Itinerarium non dixiſſet, procedendo ab Epiro & meridie in Illyricum & ſeptentriones, Saſonis inſulam relinquere Aulonem in dextro interius: non poterat enim relinquere regionem ultra Bulidem, quam nondum attigerat; ſed quæ jacebat adhuc ſatis longe ſeptentrionem verſus. Eam inſulam Maginus & omnes hujus ſeculi Geographi prope *Valona*, id eſt, *Aulonem* ponunt in eodem prorſus latitudinis gradu, & eam *Saſena* vocant, nomine ab antiquo *Saſon* non recedente. Ideo ex hodierno inſulæ ſitu, quæ locum non mutavit, corrigendi ſunt numeri Ptolemæi: & quando Acroceraunium promontorium ponit in latitudine graduum 39. ſcrup. 10. ponendus fuit Aulon navale quinque, vel ad ſummum ſex ſcrupulos altius in latitudine, ſcilicet in gradu 39. ſcrup. 15.

 vel 16.

vel. 16. Tantum enim differt Valona ab Acroceraunio promontorio, quod hodie Italis *capo de Lenquela* vocatur. Os vero Celydni fluvii, qui hodie *Salnis* dicitur, altius ponendum, inter Aulonem & Aoï fluvii os. Maginus tamen negat *Celydnum Salnis* nunc vocari, & capite de Macedonia ait (*quem falſo Salnis vocant.*) nec docet quomodo nunc appelletur, quod facere debebat, ſi fidem mereri volebat. Pancirollus quidem in ſua Notitia *Celydnum Calidnum* vocat, dubium an pro hodierno nomine poſuerit. Maginus vero, ſi ipſe ſuam tabulam delineavit, à ſua ſententia diſceſſit: nam fluvium ſatis magnum depingit in mare, non multum intra Aoum ſe exonerantem, quem *Salnich* vocat, qui non poteſt eſſe alius quam Celydnus: Nam rivulus ille, qui inter Aulonem & Acroceraunios, prope portum Raguſæum nunc dictum, conſpicitur, non poteſt eſſe Celydnus fluvius ſatis celebris, & qui limes erat (ut ipſe ait.) inter Macedoniam & Epirum: brevior eſt enim ejus rivuli curſus, ut poſſit eſſe limes inter duas regiones. Ceraunios montes limitem fuiſſe inter Epirum & Illyridem, ſupra probavimus. Ergo, ſi ut vult Maginus, Celydnus fuit terminus Illyridis, id intelligendum eſt, non de ore Celydni ad mare, ſed de ejus defluxu ab origine, qui à Cerauniis & Atintanis procedebat. Acroceraunium & Saſon inſula, quæ illi fere adjacebat, & Aulon portus, qui prope erat, fuerunt in ultimo littore Illyridis noſtræ & Epirum verſus, qui Acroceraunio terminabatur, ut probatum eſt. Non fuit ergo Aulon, ubi poſuit Mercator, ex numeris Ptolemæi mendoſis, ſed multo inferius meridiem verſus, in extremis Illyridis finibus. Sed ut uno tenore numeros Ptolemæi in eo littore falſos eſſe doceamus, & ejus etiam errorem notemus, ponunt numeri Ptolemæi E-
lymiotas

lymiotas in eo littore, de quibus apud omnes alios magnum ſilentium. Fuerunt certe *Elymæi* Macedoniæ populi, longe à mari ultra montes habitantes, quod evincit locus T. Livii lib. 43. de Perſeo: *Et Perſeus in Elymæam profectus, & circa eam exercitu luſtrato ad Stratum ducentibus Epirotis duxit. Stratus validiſſima urbs Ætoliæ erat, ſita eſt ſuper Ambracium ſinum prope amnem Acheloum.* Deſcribit deinde iter, quod fecit Perſeus per montes inacceſſos & nive opertos, cum multa exercitus vexatione, nulla de Cerauniis montibus, nec de Chaoniæ vel Theſprotiæ oppidis facta mentione. At ſi Elymæi, quos Elymiotas vocat Ptolemæus, ad mare circa Aulonem & altius verſus Celydnum & Aoum habitaſſent, per littora procedere debuiſſet Perſei exercitus, multo faciliori itinere uſque ad Ambraciam. Itaque non fuerunt Elymæi ad mare, ſed ultra montem Pindum aut ejus partem, & ut credo propre Stymphæos & Eordos, ut demonſtrare tentabimus, quando de Macedoniæ agemus. Quod ſi quis concedat de Elymæis, ſed Elymiotas diverſos fuiſſe ad littus maris habitantes pertendat, beabit me, ſi me docuerit, aliquem alium autorem eorum mentionem feciſſe. Cæſar certè qui ab Orico Apolloniam profectus eſt, per Elymiotas illos debuit neceſſario iter facere, ſi in eo tractu habitabant: at de eo populo nec ibi, nec in totius belli narratione ullam fecit mentionem: trahendi tamen ad partes fuerunt, & notandum eſt, Ptolemæum de ea regione, quæ Elymæa dicebatur prope Eordos & Stymphæos nullam mentionem feciſſe. Unde concludo, eum non noviſſe duos populos, quorum alter nunc Elymæi, alter vero Elymiotæ vocabantur, ſed Elymiotas vocaſſe, quos Strabo & Stephanus Elymæos vocarunt. Cæſar lib. 3. de bello civili ſic ait: *Apolloniates*

ad Cæ-

ad Cæſarem legatos mittunt oppidoque recipiunt. Hos ſequuntur Bullidenſes, Amantiani, & reliquæ finitimæ civitates, totaque Epirus. De Elymiotis, ὐδὲ γρύ. Stephanus de ea gente & urbe tacet, & ſic habet: Βυλινοὶ ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν. Id eſt: *Bulini, gens circa Illyriam.* Ii non potuerunt alii fuiſſe, quam qui à Bulide nominabantur, ideo ſuſpicor, illud nomen mendoſum eſſe apud Ptolemæum (ut eum ab errore vindicemus) & pro Ἐλυμιότων ſcripſiſſe Ptolemæum Βυλιμιώτων vel Βυλινιώτων. In eo tamen me ſubmitto doctiorum judicio.

CAPUT XXX.

De BYLLINO agro & BYLLIDE urbe.

Sequitur in eo littore verſus meridiem procedendo *Byllinus ager*, ita T. Livio vocatus, ceu *Byllionum regio*, ut Strabo loquitur. Urbs ipſa, unde denominatus eſt ager, varie profertur apud autores. Cicero Philippica XI. *Byllidem* vocat, ſic quoque Plutarchus in Bruto. Conſentit Plinius cui *Byllidenſis colonia* dicitur. In eo ſolum differt, quod per Romanam literam U. non per Υ. Græcum id nomen ſcribit. Stephanus diverſas urbes putavit Βυλίνην & Βυλλίδα. Et Βυλίνην habet ex Artemidoro, quem non habemus, ideo dubium eſt, an Βυλίνην, pro Βυλλίδα, poſuerit ille autor, ſic enim Stephanus: Βυλίνοι, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν. Ἀρτεμίδωρος δ' οὐκ ἔθνος, ἀλλὰ Βυλίνην πόλιν φησί· ἧς τὸ ἐθνικὸν, Βυλῖνος. Id eſt: *Bulini, gens circa Illyriam. Artemidorus vero non gentem, ſed urbem dicit, cujus gentile nomen Bulinus.* Idem vero Stephanus: Βύλλις, πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλάσσια, τῶν μετὰ Νεοπτολέμου Μυρμιδόνων κτίσμα. τὸ ἐθνικὸν, Βυλλιδεύς. Id eſt: *Byllis urbs Illyridis maritima, à My-*

à Myrmidonibus, qui cum Neoptolemo, condita. Gentile, B*yllidens.* Hanc ultimam urbem eandem eſſe, de qua agimus, non eſt dubium. Ad ipſum Celydni fluvii oſtium ſitam fuiſſe ſuſpicor ob portus commoditatem, quando urbs fuit maritima, utrum vero ad boream, verſus Aoum, an vero ad meridionalem ripam verſus Amantiam & meridiem, id non conſtat: deſunt enim autorum teſtimonia, & ubi ſilent, nobis etiam ſilendum eſt. Ejus agrum fertilem fuiſſe, conſtat ex Annibalis ſententia apud T. Livium lib. 36. is enim de ſumma belli contra Romanos ab Antiocho rege interrogatus, inter alia dixit: *Ipſe cum omnibus terreſtribus copiis in* B*yllinum agrum procedes, inde Græciæ præſidebis, & ſpeciem Romanis trajecturum te præbens, & ſi res popoſcerit trajecturus.* Unde colligo, eum agrum aptum fuiſſe ad exercitum alendum, & neceſſaria militibus præbenda. Circa Ceraunios & Apolloniam ſitam fuiſſe eam urbem, innuit Strabo lib. 7: Τῆς γὰρ Ἐπιδάμνου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας μέχρι τῶν Κεραυνίων περιοικοῦσι Βυλλίονές τε καὶ Ταυλάντιοι. &c. Id eſt: *Ab Epidamno enim & Apollonia uſque ad Ceraunios circumhabitant* Bulliones *& Taulantii.* Satis celebrem & munitam fuiſſe, & ad pondus ad res bellicas dandum utilem, innuit Cicero Philippica XI. *Præterea P.C.* (ait) *M.* B*rutum retinet etiam nunc C. Antonius, qui tenet Apolloniam magnam urbem & gravem: tenet opinor* B*yllidem, tenet Amantiam. Inſtat Epiro, urget Illyricum.* Et quidem hæc ultima notanda, *inſtat Epiro, urget Illyricum.* Quod eſt, minatur Epiroticis ob viciniam, & eos terret. At Illyricum premit, quod tenet, præcipuis urbibus occupatis, & inde colligitur, Byllidem fuiſſe in ipſo Illyrico. De ea fecit etiam mentionem Cæſar lib. 3. de bello civili, & ejus urbis cives B*ullidenſes* per U. vocat, & eo or-

eo ordine, quo ſita eſt inter Apolloniam & Amantiam, eam recenſet: *Apolloniates ad Cæſarem legatos mittunt oppidoque recipiunt. Hos ſequuntur* Bullidenſes, *Amantiani, & reliquæ finitimæ civitates, totaque Epirus.* Ab Apollonia incipit & verſus Epirum procedens Bullidenſes & Amantianos nominat, unde non male colligitur, Bullidem fuiſſe Apolloniæ propriorem, & Amantiæ borealiorem. Eam urbem in Elymiotide ponit Ptolemæus, de quo ejus errore jam multa ſupra diximus. Sed quoniam occaſio ſe præbet, pauca addemus ad firmandam noſtram ſententiam. Elymæa urbs Macedoniæ, de qua Strabo lib. 7. & ex eo Stephanus, & à qua Ἐλιμιῶται, Elimiotæ dicuntur Stephano. Longe à mari ponitur à Strabone ἐν τῇ ἄνω Μακεδονίᾳ *in ſuperiore Macedonia.* Nam ubi legitur apud Strabonem lib. 7. Λιμία & Λίμίαν, legendum ex Stephano Ἐλιμία, ceu Ἐλίμεια, & Ἐλιμίαν ceu Ἐλιμείαν, & eam cum aliis montanis ſuperioris Macedoniæ regionibus conjungit: καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ Λύγκιστον, καὶ Πελαγονίαν, καὶ Ὀρεστιάδα, καὶ Ἐλιμίαν τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἐκάλουν. Id eſt: *Et certe & Lynceſtidem, & Pelagoniam, & Oreſtiadem, & Elimiam ſuperiorem Macedoniam vocabant.* Elymiotæ Ptolemæi à nullo alio, qui de eo littore tractaverit, nominantur. Ideo de illo lemmate dubito, ne quis illud ex ſua conjectura male addiderit. Id lemma ceu titulus ſic habet: Ἐλυμιωτῶν Βουλλίς. Id eſt: *Elymiotarum Bullis.* Forte pro Βουλλιδιωτῶν: de eo judicet lector: ego certe non contendo ſic legendum, ſed dubitandi rationes habeo, & quoniam urbem Elyma in eadem regiuncula poſuerit Ptolemæus, & ex eo Mercator, vereor ne Ptolemæus putaverit Elymæam, de qua Strabo & Stephanus, fuiſſe in maritima regione; quoniam de ea Elymæa, quæ Eordos, Stymphæos, & Lynceſtas attingebat, & in ſuperiore & monta-

montana Macedonia longe à mari ſita erat, teſte Strabone, nullam fecit mentionem. Sed de ea quæſtione hæc ſatis ſint.

CAPUT XXXI.

De AMANTIA & AMANTINORUM regione.

Poſt Byllidem in eo littore antiqui *Amantiam* ponunt, nulla Aulonis facta mentione. Nam de ea nec Strabo, nec Cæſar, nec ullus alius Ptolemæo antiquior, fecit mentionem. Ideo de Amantia prius agendum eſt, licet non liqueat, an præcedere debeat, eo quem tenemus ordine, Aulonem, an vero ſequi. Amantiæ meminêre inter Græcos Scylax, Lycophron, Ptolemæus, Stephanus, Conſtantinus, Etymologicum, Tzetzes: Inter Latinos Cicero, Cæſar, Plinius, & tabulæ. De ejus ſitu Scylax nos doceret, ſi ſtadiorum numeri apud eum incorrupti forent. Sed quoniam non conveniunt inter ſe, nihil certi ex iis poſſumus indagare. Sed Scylacis verba hic apponenda, ut ſuper iis cogitet lector, & videat, ſi quid luminis in eo lateat. Is igitur in cap. Ἰλλύριοι ſic habet in editione Voſſiana: Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν ἐστὶ στάδια τκ΄. καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραῤῥεῖ. πρὸς Ὠρικοῦ εἴσω μᾶλλον εἰς τὸν Ἰώνιον τῆς Ὠρικίας καθήκει εἰς θάλασσαν στάδια π΄. τῆς δὲ Ἀμαντίας στάδια ξ΄. Quæ verba turbata ſunt & commodum ſenſum non exhibent, quæ ſic Latine ſonant: *Ab Apollonia autem ad Amantiam ſunt ſtadia tercentum viginti. Et Æas fluvius à Pindo monte, Apolloniam præfluit. Ab Orico magis intra Jonium ſinum quam eſt Oricia, ſtadia octuaginta deſcendit in mare, ab Amantia vero ſexaginta.* Hæc ſunt ἀσύμφωνα, ſi computemus:

temus: Nam ſi ab Apollonia ad Amantiam fuerunt ſtadia 320. quomodo verum erit, fuiſſe ab eadem Amantia ad os Æantis fluminis tantum ſtadia ſexaginta, quando Apollonia à mari & os fluvii ſexaginta ad plus ſtadia, ut ſupra ex ipſo Scylace & Strabone probavimus, cum quibus convenit Plinius, qui id ſpatium 7. millibus paſſ. definit. Certe ſi ab Apollonia diſtabat Amantia ſtadia 320. recto itinere, quomodo per circuitum ſequendo maris littus, poterunt tantum inveniri 120. Ideo credo evanuiſſe litteram numeralem σ΄. apud Scylacem, & pro τῆς δὲ Ἀμαντίας στάδια ξ΄. eum ſcripſiſſe στάδια σ ξ΄. & ſic quadraret numerus. Vicinia litterarum numeralium cum voce præcedenti eum errorem peperit: putavit exſcriptor, male ſcriptum fuiſſe στάδιας ξ΄. & ſuſtulit τὸ σ. Id puto: forte alius melius. Amantiam fuiſſe Orico vicinam, & ſtadiis tantum viginti diſtantem, ex iis numeris liceret colligere, ſi fidem mererentur: & certe vicinas fuiſſe eas urbes, patet ex eo, quod infra in cap. Ὠρίκιοι Scylax, Oricum in Amantinorum terra ponat. Οἱ δὲ Ὠρίκιοι (ſic legit Voſſius optime). κατοικοῦσι τῆς Ἀμαντίας χώραν. Id eſt: *Oricii autem Amantinorum regionem inhabitant*. Et conſentit Stephanus qui ſic habet: Ἀμαντία, Ἰλλυρίων μοῖρα, πλησίον Ὠρίκου καὶ Κερκύρας, ἐξ Ἀβάντων τῶν ἀπὸ Τροίας νοστησάντων ᾠκισμένη. Et paulo poſt: λέγονται καὶ Ἀβάντες. Id eſt: *Amantia Illyriorum pars prope Oricum & Corcyram, ab Abantibus à Troja reducibus condita.....dicuntur & Abantes*. At Ptolemæi numeri eam ſatis procul ab Orico ponunt, viginti ſcil. ſcrupulos altius, hoc eſt unius gradus 3ª parte, quæ decem leucas Gallicas æquat. Ex Scylace igitur & Stephano conjicio, non male poſitam eſſe Amantiam à quibuſdam neotericis in ſuis Græciæ tabulis inter Aulonem & Oricum, licet male, ut opinor, Byllidem inter

Aulo-

Aulonem & Amantiam poſuerint. De ejus conditu nos docet (poſt ea quæ ex Stephano citavimus) Etymologicum in voce Ἄμαντες, ubi ſic legitur: Οἱ περὶ Ἐλεφήνορα μετὰ Τροίας ἅλωσιν διέβησαν εἰς τὴν Ἤπειρον, καὶ ᾤκησαν περὶ τὰ Κεραύνια ὄρη· ἔκτισαν δὲ Εὔβοιαν, ὅθεν Ἄβαντες ἐκλήθησαν ἐν ὑπομνήμασι Λυκόφρονος, καὶ κατὰ μεταφορὰν Ἄμαντες. Id eſt: *Elphenor poſt Trojæ excidium tranſiit in Epirum, & ad Ceraunios montes habitavit, & ibi condidit Eubœam, unde Abantes dicti ſunt apud Lycophronem, & per metaphoram Amantes.* Locus Lycophronis quem intelligit is eſt verſu 137. ubi de Elpenore, quem παπποκτόνον λύκον, *qui occiſorem lupum* vocat, hæc ait:

> - - - - εἰς Ἀβαντίαν πόλιν
> Πλώσει. πέλας δὲ γῆς Ἀτιντάνων μολὼν,
> Πράκλην παρ' αὐτὴν αἰπὺ ναάσεται λέπας,
> Τοῦ Χαονίτου νᾶμα Πολυάνθου δρέπων. Id eſt:

In Abantiam urbem navigabit, & prope terram Atintanum veniens ad littus ipſum, altum habitabit montem, Chaonici Polyanthi flumen decerpens. Ubi Tzetzes ſic commentatur: Ὁ πρὶν θανὼν Ἐλεφήνωρ, κατ' ἐμὲ δὲ νῦν, ὡς ζῶν, ἦλθεν εἰς τὴν Ἀμαντίαν, ἐκ αὐτοῦ κληθεῖσαν. Ὅθεν καὶ οἱ ἐν αὐτῇ οἰκοῦντες, ἀντὶ τοῦ Ἀβάντων Ἄμαντες μετωνομάσθησαν. Ἀβαντία δὲ πόλις Ἠπείρου. Id eſt: *Qui prius mortuus fuit Elphenor: ſecundum me autem, ut vivens, venit in Amantiam ab eo denominatam, unde & ejus incolæ pro Abantibus Amantes, mutato nomine vocati ſunt: Abantia autem urbs eſt Epiri.* Ubi notandum, quod ait Elpenorem prius mortuum, quoniam apud Homerum Illiad. δ. occiditur ab Agenore, à quo diſſentiens Lycophron, eum excidio Trojano ſupervixiſſe ait, & Abantiam terram denominaſſe. Poſt Lycophronem candem nominis originem aſſerit Pauſanias, & de mu-

tatione nominis ſic ait Eliacor. I. Ἡ δὲ Ἀβάντις καλουμένη χώρα, καὶ πόλισμα ἐν αὐτῇ Θρόνιον τῆς Θεσπρωτίδος, ἦσαν Ἠπείρου, κατὰ τὰ ὄρη τὰ Κεραύνια. Σχεδασθεισῶν γὰρ Ἕλλησι ὡς ἐκκομίζοντο ἐξ Ἰλίου τῶν νεῶν, Λόκροι τε ἐκ Θρονίου τοῦ ἐπὶ Βοαγρίῳ ποταμῷ, καὶ Ἀβάντες ἀπὸ Εὐβοίας ναυσὶν ὀκτὼ συναμφότεροι πρὸς τὰ ὄρη κατενέχθησαν τὰ Κεραύνια. οἰκήσαντες δὲ ἐνταῦθα, καὶ πόλιν οἰκίσαντες Θρόνιον, καὶ τῆς γῆς ἀφ' ὅσον ἐνέμοντο Ἀβαντίδος ὄνομα ἀπὸ τοῦ κοινοῦ θέμενοι λόγου· ἐκπίπτουσιν ὕστερον ὑπ' Ἀπολλωνιατῶν ὁμόρων ὄντων κρατηθέντες πολέμῳ. Id eſt: *Regio vero quæ vocatur Abantis & oppidum in ea Thronium Theſprotidis in Epiro erant, prope montes Ceraunios. Diſſipatis enim Græcorum in reditu ab Ilio navibus, locri è Thronio, quæ ad Boagrium fluvium ſita eſt, & Abantes ex Eubœa navibus octo ſimul delati ſunt ad Ceraunios montes, & cum illic habitaſſent & condidiſſent urbem Thronium, & regionem quam circa occupaverant ex communi conſenſu Abantidem nominaſſent, ea poſtea ejecti ſunt ab Apolloniatibus bello ſuperati.* Sed & Pauſanias & Tzetzes videntur nomen Epiri nimis extendiſſe: de Tzetze nihil mirum, quoniam ejus tempore & multo ante, noſtra Illyris ſub nomine Epiri novi cenſebatur, quod nondum obtinebat Pauſaniæ tempore. Ideo apud Pauſaniam vox Ἠπείρου ſumenda eſt ſignificative pro *continente*, non appellative pro *Epiro*. Amantinos Plinius lib. 4. cap. 10. liberos vocat; ideo credo eam civitatem fuiſſe olim ſatis celebrem, & magni momenti ad res gerendas. Certe eam recenſet Cicero Philippica XI. poſt Byllidem, ut ſupra eum locum citavi. Cæſar lib. 3. civil. ejus cives Amantianos, non Amantinos vocat. Si fides Ptolemæo, fuerunt duo ejus nominis oppida in eodem illo tractu, ea nempe de qua loquuti ſumus, & alia mediterranea. Sed quoniam de ea apud antiquos nihil inveni,

veni, nihil habeo quod dicam. In tabula Peutingeriana notatur diſtantia inter Apolloniam & Amantiam (quæ ibi Amantria male vocatur) milliar. 30. quod ſatis cum Scylace convenit, qui ſtadiis 320. id ſpacium definit. Eam Conſtantinus in Themate Dyrrhachii recenſet cum aliis octo. Locus apponendus eſt, ut olim in publico producebantur morbidi, ut invitarentur ad eos ſanandos tranſeuntes. Nam nomina habet urbium ignorabilia: Δυῤῥάχιον, ἡ ποτὲ Ἐπίδαμνος, ὑπὸ Κονσταντίνου πόλεις θ΄. Σκάμπα, Ἀπολλωνία, Βουλλις, Ἀμαντία, Πουλχεριόπολις, Αὔλων, λήστρων, Σκύπλων Ἀλωνίδος μητρόπολις. In voce Ἀλωνίδος non moror, eſt enim in proclivi emendare, & legere λυχνίδος. Sed in λήστρων & Σκύπλων aqua nobis hæret, ea enim nomina alibi, credo, non inveniuntur: tamen quoniam vox λήστρων ibi ſcribitur ſine majuſcula, mihi venit in mentem, poſſe ibi legi ληστήριον, vel etiam λῃστῶν, ut ſit veluti epithetum Aulonis, navale piraticum, vel piratarum, ut in Attica erat φωρῶν λιμὴν, *Furum portus*. Fuerunt certi Illyrii piraticæ dediti, & forte eo portu ad eum uſum uſi ſunt. Sed eſt mera conjectura ad elicienda à te meliora, lector, poſita. In voce Σκύπλων, quæ per majuſculam ſcribitur, nihil ſuccurrit quod dicam. Ideo malo tacere & doctiorum auxilium expectare. Amantiæ durabat nomen tempore Baſilii Imperatoris, ut narrat ejus filius Conſtantinus in Baſilii patris ſui vita, à Leone Allatio publicata cap. 50. pag. 128. ubi de Nicephoro Phoca loquitur: Τήν τε γὰρ πόλιν Ἀμαντίαν εὐθὺς ἐχειρώσατο, τοὺς ἀντιταξαμένους φόνῳ πολλῷ τρεψάμενος, καὶ τὸ κάστρον ὁ Τρόπους καλονομάζεται, καὶ τὸ τῆς ἁγίας Σεληνείνης πρὸς τὴν προτέραν δεσποτείαν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς μετήγαγετο. Id eſt: *Amantiam enim urbem ſtatim cepit, cum oppoſitos hoſtes multa cæde fugaviſſet, & caſtellum cui Tropas no-*

pas nomen eſt, & aliud quod Sanctæ Severinæ dicitur, ad imperii Romani priſtinum dominatum reduxit. Et hæc quidem de Amantia dicta ſint.

Caput XXXII.

De AULONE.

Nunc de navali, quod olim Aulon, Græce Αὐλὼν dicebatur, pauca dicenda ſunt. De eo ante Ptolemæum nemo meminerat, & Julii Cæſaris ſilentium, & Strabonis, & Melæ & Plinii, & aliorum, mihi videtur innuere, fuiſſe olim, & non multo ante Ptolemæum, portum ceu navale, nautis & piratis ſolum cognitum & parum habitatum, quod vero tempore Ptolemæi habitatoribus frequentatum fuit: Nam urbis nomine ab eo indigitatur: Αὔλων (ait) πόλις, ἐπίνειον. Id eſt: *Aulon urbs, navale.* Poſt Ptolemæum ejus oppidi meminerunt, Conſtantinus in Them. Occid. Anna Comnena, Nicetas, Georgius Pachymerius, tabulæ. Ex iis Anna Comnena pluries de eo navali loquitur præſertim lib. 12. editionis Regiæ pag. 368. is locus apponendus, quoniam in eo multo ſunt, quæ emendatione egent. Sic igitur illa: Ἀνακωχὴν οὖν ὁ Κοντοστέφανος ἐντεῦθεν λαβὼν, τῆς Κελτικῆς ἐπελεύσεως, λύσας ἐκεῖθεν τὰ πρυμνήσια μετὰ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς, τὸν Αὐλῶνα καταλαμβάνει. ἐπεὶ δὲ ὅπτι πρῶτος τὸ Δυρράχιον καταλαβὼν, τὰς ὑφ' ἑαυτὸν πολεμικὰς ναῦς, ἐξ αὐτοῦ τοῦ Δυρραχίου μέχρι τοῦ Αὐλῶνος καὶ αὐτῆς τῆς καλουμένης Χιμάρας διέσπειρεν, ἀπέχοντος μὲν τοῦ Δυρραχίου τοῦ Αὐλῶνος σταδίους ἕκατον, τῆς δὲ Χιμάρας τοῦ Αὐλῶνος αὖθις ἀπεχούσης σταδίους ξ'. Τὴν τοῦ Βαιμούντου ἐπειγομένην ἤδη ἐμάνθανε διαπεραίωσιν· στοχασάμενος ἐνδεχόμενον εἶναι μᾶλλον εἰς τὸν Αὐλῶνα διαπεράσαι αὐτὸν, διὰ τὸ ἥττονα εἶναι

εἶναι τὸν πρὸς αὐτὸν Αὐλῶνα πλοῦν τοῦ πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον, καὶ διὰ τοῦτο πλείονα δεῖν τοῦ Αὐλῶνος φυλακὴν ποιήσασθαι. ἀπελθὼν μετὰ τῶν ἑτέρων Δούκων ἐτήρει ἐπιμελῶς τὸν ἀνὰ μεταξὺ πορθμὸν τοῦ Αὐλῶνος· καὶ κατὰ τὴν ἀκρολοφίαν τοῦ καλουμένου Ἰάσονος βουνοῦ σκοποὺς ἐπιστήσας ἐφ᾽ ᾧ τὴν θάλατταν περιαθρεῖν, καὶ τὰς ναῦς ἐπισκοπεῖν. Id eſt: *Ex eo ſpatium reſpirandi nactus Contoſtephanus à Celtica irruptione, ſolutis retinaculis cum univerſa claſſe Aulonem petiit. Quoniam vero jam tum, quando primum Dyrrhachium venit, naves ad bellum aptas, quas habebat ab ipſo Dyrrhachio uſque ad Aulonem & ipſam vocatam Chimæram, diſperſerat, (diſtat autem Dyrrhachium ab Aulone ſtadiis centum, & rurſus ab eodem Aulone Chimæra ſtadiis ſexaginta) didicit Baëmundum jam ad tranſfretandum feſtinare, & cum conjiceret eum Aulonem verſus transfretaturum, eo quod brevior eſſet trajectus ad Aulonem, quam ad Dyrrhachium, & ideo majore cura Aulonem cuſtodiendam eſſe: cum cæteris ducibus profectus, ſedulo trajectum illum obſervabat ſpeculatoribus in colle Jaſonis vocato poſitis, ut in mare circum circa próſpicerent & naves obſervarent.* In hoc loco ubi legitur, diſtare Dyrrhachium ab Aulone ſtadiis centum, immenſum quantum diſtat à veritate rei is numerus. Nam & ab iis, quæ ſupra de ſitu Dyrrhachii & Apolloniæ diximus, & ex teſtimonio antiquorum & recentiorum, quotquot ſunt, Geographorum, Aulon eſt meridionalior Apollonia, & ideo plus diſtat à Dyrrhachio, quam ipſa Apollonia. At iter duorum dierum inter Apolloniam & Dyrrhachium interjacet, ut ſupra id dicentem Scylacem adduximus: nec abludunt numeri Ptolemæi, qui duas tertias gradus partes inter Dyrrhachium & Apolloniam ponunt, licet Apolloniam nimis longe ab Aoo verſus Dyrrhachium poſuerit. Rurſus ab Apollonia ad Aulonem meridiem ver-

Z ſus

ſus ſpatium intereſt plus quam centum ſtadiorum, ſi omnes tabulas neotericorum conſulas; quo modo igitur verum foret, à Dyrrhachio ad Aulonem interfuiſſe 100. ſtadia. Certe id eſt falſiſſimum, & à Cæſaris narratione tale arguitur. Credo ego male legiſſe Annæ Comnenæ exſcriptorem litteram numeralem, & pro φ. vel ψ. mutatam fuiſſe in ρ. facili lapſu, & ſic ſeptingenta vel ad minimum quingenta ſtadia in centum tantum decurtata fuiſſe. Sed & forte aliud eſt etiam ulcus in voce Ἰάσωνος: nemo enim alius de illo Jaſonis colle meminit, ideo non ſine ratione ſuſpicor reponendum eſſe Σάσωνος. Eſt enim Saſon inſula Auloni oppoſita & vicina, quæ portum defendit ab africo, apta ad ſpeculandas naves quæ ex Italia Aulonem petunt, de qua dicendum erit ſtatim. De Aulone ex Niceta, & Pachymerio nihil elici poteſt, quod ad ſitum, & ad alia ejus loci commoda, vel hiſtoriam faciat. Solum ex iis & ſupra citato Alexiados loco deprehenditur, fuiſſe portum celebrem & maxime ſub imperatoribus Conſtantinopolitanis frequentatum. Conſtat ex conſenſu geographorum poſterioris ſeculi, eum portum nunc vocari *Valona* ceu *Velona*, ſitum ad ſinum quoddam maris Jonici, vicinum Cerauniis montibus, qui Dominico Nigro dicitur Bromiſcus, unde illud nomen acceperit neſcio. Nunc brachium illud, ceu ſinus, geographis vocatur *Porto Raguſeo*, ob Raguſæorum ſcilicet commercia, quæ ibi calent maxime.

Caput

CAPUT XXXIII.

De SASONE vel SASENA inſula.

In eo littore, & Auloni oppoſita, jacet inſula quæ olim Σάσων vel Σαζω. Memorata Scylaci, Polybio, Ptolemæo & Nicetæ Græcis autoribus: Latinis vero Lucano, Silio Italicq & tabulis. Scylax eam prope Ceraunia locat optime: Κατὰ ταῦτα ἐϛὶ τὰ Κεραύνια ὄρη ἐν τῇ Ἠπείρῳ, καὶ νῆσος ἐϛὶ παρὰ ταῦτα μικρὰ, ᾗ ὄνομα Σάσων. ἐντεῦθεν εἰς Ὤρικον πόλιν ἐϛὶ παράπλους ἡμέρας τρίτον μέρος. Id eſt, ex verſione Voſſii: *Prope ſunt montes Ceraunii in Epiro: & inſula ibi parua eſt, cui nomen Saſon. Hinc in Oricum navigatio eſt tertiæ diei partis.* In ea inſula ſtationem fuiſſe lemborum capacem, nos docet Polybius lib. 5. ubi de Philippo loquitur, qui claſſe Aoum & Apolloniam petebat: Τῶν γὰρ ἐπὶ τῆς οὐραγίας πλεόντων τινὲς λέμβοι καθορμισθέντες εἰς τὴν νῆσον, ἣ καλεῖται μὲν Σάσων, κεῖται δὲ κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν εἰς τὸν Ἰόνιον πόρον. Quæ ſic vertit Caſaubonus: *Nam ex iis lembis, qui in extremo claſſis erant agmine, nonnulli portum ingreſſi ejus inſulæ, quæ Saſo dicitur: ſita autem eſt in Jonii maris introïtu.* Ubi mallem interpretari non *portum ingreſſi*, quæ verba textus Græcus non habet. *Sed cum ad ſtationem applicuiſſent:* & pro *Jonii maris.* Vellem dixiſſet *Jonii ſinus.* Nam Jonii maris appellatio ad univerſum inter Peloponneſum & Siciliam longe extenditur. Hoc autem loco per τὸν Ἰόνιον πόρον, ſinum Adriaticum intelligit, in cujus introïtu jacet Saſon inſula. Ptolemæus eam vocat Σάσω, ſed ex ejus numeris eam poſuit Mercator longe ab Illyrico littore, & fere in medio trajectus ab Italia in Illyricum: male, nam ex nomine hodierno & ſitu

ante Aulonem patet eandem eſſe, quæ *Saſeno* dicitur & claudit fere eum maris ſinum, qui *portus Raguſæus* vocatur. Sita eſt ad extremitatem promontorii Acroceraunioriorum, ſolo euripo intercedente. Sed ſi male Mercator eam poſuit ex numeris falſis Ptolemæi, multo pejus & immenſo errore eam ponunt tabulæ Peutingerianæ, qui eam inter Cephaleniam & Zacynthum ponunt. Sed cum ex tabulæ itineris terreſtris tantum rationem habeant, parum fidei merentur in inſularum ſitu. Humilem eam vocavit Lucanus lib. 5:

> *Non humilem Saſona vadis non littora curva*
> *Theſſaliæ ſaxoſa pavent, oræque malignos*
> *Ambraciæ portus: ſcopuloſa Ceraunia nautæ*
> *Summa timent.*

Sed humilem vadis dixit, id eſt, in vadoſo littore: cincta quippe erat plano littore αἰγιαλῷ, non prærupto ἀκτῇ, quod non obſtat, quin aliquo inſula loco fuerit collis aliquantulum eminens ad ſpeculam aptus & ad obſervandum mare. Sed in iis verſibus mirum videtur, de Theſſalia mentionem fieri, quæ procul ab iis littoribus quam maxime. Ego certe non poſſum mihi perſuadere, ſic ſcripſiſſe Lucanum, qui geographicam ſcientiam ubique affectat. Legendum procul dubio *Theſprotiæ*. Sed eo quod ſecunda ſyllaba contra morem corripiebatur, ageographeti quidam ſcioli, ut verſus ſtaret, Theſſaliæ pro Theſprotiæ repoſuerunt, ignorantes ſcilicet in nominibus propriis eam licentiam ſæpiſſime uſurpari ſolere. Sic *nimboſus Orion* dicitur, licet Ὠρίων Græce ſcribatur. Sic Ovid. metam. *Ophias effugit natorum vulnera Combe*, produxit in *Ophias* primam ſyllabam, licet Græci ὀφιάς, prima brevi ſemper per o. ſcribant. Certe ordo requirit ut *Theſprotiæ* ſcripſerit, ſic enim Strabo: Θεσπρωτοὶ δὲ μετὰ τούτους ἐφεξῆς Κασσωπαῖοι,

παῖοι, καὶ ἔπειτα οἱ εἰσι Θεσπρωτοὶ τὴν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου παραλίαν νέμονται. Id eſt: *Theſproti & poſt eos ex ordine Caſſopæi, qui & ipſi Theſproti ſunt, littus incolunt à Cerauniis montibus uſque ad ſinum Ambracicum.* Inter Saſonem igitur (quæ eſt ad Acrocerauniorum extremitatem), & Ambraciam intercedunt Theſproti, quos debuit memorare, quando Saſonem & Ambraciam nominavit, & ut ſatisfiat rigidis antiquitatis exactoribus. Forte ſcripſerat Lucanus, *Theſprotum ſaxoſa pavent*, quod incuria exſcriptoris in *Theſprotiæ* mutatum, dedit cauſam ut *Theſſaliæ* peſſime ſubſtitueretur. Sed & in ſecundo libro Lucanus de ea inſula fecit mentionem:

- - - - cum totas Adria vires
Movit, & in nubes abiere Ceraunia, cumque
Spumoſo Calaber perfunditur æquore Saſon.

Ubi Calaber Saſon dicitur, procul dubio eo, quod Calabri eam inſulam olim incoluerant primi, ob commerciorum cum Illyriis commoditatem. Eam inſulam doctiſſimus Bochartus putat ſic nominatam fuiſſe à voce Hebræa, quæ excidium notat, ut ſit *Selaa* inſula excidii & ei videtur aſtipulare Lucanus loco citato, & Silius Italicus quem citat lib. 7. verſ. 481.

Adriaci infauſtas fugite Saſonis arenas.

Fuit tamen ſeculis poſterioribus non ita naufragiis infamis, ut ex locis ſupra citatis patet. Sed marium vada multas recipiunt mutationes, & olim forte erat periculoſi aditus, quod poſtea in melius mutavit maris æſtus. Sophiano, Nigro, Magino, & aliis recentioribus *Saſeno* vocatur. Non longe ab hac inſula fuit Ἀκρονήσιον *Acroneſium* (ſic enim apud Nicetam lego, ubi Ἀψρονήσιον legitur) de ea nullus alius autor mentionem fecit. Ideo nihil eſt quod de ea dicamus, niſi ex loco Nicetæ

Z 3 patere,

patere, eam eſſe Auloni vicinam, ſic enim ille lib. 2, ubi de Manuele imperatore loquitur, qui poſt Corcyræ expugnationem Aulonem ſeceſſit: Ἄρας ἐκεῖθεν μετὰ πάσης ὡς εἶχε τῆς στρατιᾶς, εἰς τὸν Αὐλῶνα μεταστείχει· ἔνθα ἱκανὰς ἡμέρας ἐναυλισάμενος, τὴν εἰς Σικελίαν κυροῖ περαίωσιν.........καὶ πρὸς τὴν νῆσον καταίραντα, ἥτις Ἀκρονήσιον ἐπικέκληται, τοῦ ἐπιχειρήματος ἐπέσχεν διακυκήσασαι τὸ πέλαγος λαίλαπες. Id eſt: *Inde ſolvens cum univerſo exercitu, in Aulone diverſatus eſt, ubi cum per plures dies manſiſſet, in Siciliam transfretare decrevit......... & cum in* Acronneſium *inſulam appuliſſet, id propoſitum inhibuerunt procellæ mare turbantes.* In recentioribus Illyridis mappis, Magini & aliorum, depingitur ea (ut credo) inſula ab Illyrico littore parum diſtans; nec magis à *Saſena* inſula, quæ una cum Saſena portum Raguſæum claudit, ea credo eſt inſula, quam intelligit Nicetas. Sed in tabulis licet delineata ſit, nullo notatur nomine. Eſt & vicinum inſulæ Saſenæ, promontorium quoddam ab Acrocerauniis in mare verſus Saſenam protendens, quod in Alexiade memoratur lib. 3. ubi Roberti Guiſcardi claſſis magna tempeſtate vexata fuit: Καὶ δὴ τὴν Κορυφὼ διελθών, καὶ πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἀποκλίνας κατὰ τὸ ἀκρωτήριον Γλῶσσαν καλούμενον μεγίστῳ κλυδῶνι αἴφνης περιπέπτωκε. Id eſt: *Et quidem Corypho prætergreſſus, & ad Dyrrhachium tendens circa promontorium, quod* Lingua *dicitur, in maximam tempeſtatem incidit.* Id promontorium inter inſulam Corypho, (quæ nunc Corfu dicitur) & Dyrrhachium, idem eſſe, quod Saſenæ inſulæ vicinum eſt, patet ex hodierno nomine: nam & à Caſtaldo & ab aliis recentioribus *Lenguela* vocatur, id eſt *parva lingua*, à forma procul dubio ſic nominatum, ut pote planum & longum, tamquam lingua exerta. Et hæc ſunt, quæ de Taulantiis & littorali Illyride nobis dicenda erant.

CAPUT

CAPUT XXXIV.

De PARTHINIS & PARTHO urbe.

Nunc ad Illyrici mediterranea procedendum, & rurſus ad boreales Illyridis partes recurrendum eſt, & de iis, qui ſupra Taulantios in mediterraneo tractu habitabant, dicendum. Taulantiorum ergo olim vicini, & poſtea ſucceſſores Parthini fuerunt. Succeſſores dico, eo quod extincto Taulantiorum nomine, Parthini invaluerunt & ibidem habitaverunt. Id ex Polybio colligitur, nam lib. 2. ubi de bello contra Illyrios geſto circa Dyrrhachium præcipue agit, de Parthinio meminit non uno loco; at nullam de Taulantiis facit mentionem, & eodem lib. 2. de C. Fulvio qui Dyrrhachium ab Illyriis, obſeſſum liberavit, ſic ait: Ῥωμαῖοι δὲ, καὶ τοὺς Ἐπιδαμνίους παραλαβόντες εἰς τὴν πίστιν, προῆγον εἰς τοὺς εἴσω τόπους τῆς Ἰλλυρίδος, ἅμα καταστρεφόμενους τοὺς Ἀρδυαίους, συμμιξάντων δὲ πρεσβειῶν αὐτοῖς καὶ πλειόνων, οἱ παρὰ τῶν Παρθινῶν ἧκον ἐπιτρέποντες τὰ κατ' αὐτούς. Id eſt: *Romani vero Epidamnios in fidem accipientes, ad ulteriora Illyridis progrediuntur, ſubactis etiam Ardyæis, cum autem plures legati acceſſiſſent, tum etiam à Parthinis advenerunt, ſeipſos dedentes*. Eorum urbem Parthum nomine, dediſſe nomen genti veriſſimile videtur, de qua ſuo loco. T. Livius, qui certe locum Polybii de verbo ad verbum vertiſſe videtur, Πάρθον *Parthenos* interpretatus eſt. Locus Polybii extat in excerptis legationibus cap. 9. de Romanis: Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευράτῳ Λυχνίδα καὶ Πάρθον, οὔσας μὲν Ἰλλυρίδας ὑπὸ Φίλιππον δὲ ταττομένας. Quæ ſic T. Livius Latine reddit. *Pleurato Lingus & Settheni dati, Illyriorum utraque gens ſub ditione Philippi fuerunt*. Ubi notandum,

dum, male legi apud Livium *Lingus* per *Lychnidus*. Nam Lingus unde Lynceſtæ, Macedones fuerunt, non Illyrii. Ideò credo Livium ex Polybio corrigendum eſſe, vel ſi ita ſcripſerit Livius, non extra culpam fuit. Fuiſſe Parthinos Dyrrhachio vicinos ex eodem Livio colligitur lib 43. non procul à fine, ubi de L. Cælio legato ait: *M. Trebellium Fregellanum cum ſatis valida manu in Peneſtas miſit ad obſides ..... accipiendos procedere etiam in Parthinos* (ii quoque obſides dare pepigerant) *juſſit. Ab utraque gente ſine tumultu exegit* (ſic lego non *exigi*) *Peneſtarum obſides* Apolloniam, *Parthinorum Dyrrhachium .... miſſi.* Ex his non male concluditur Parthinos vicinos fuiſſe Dyrrhachio. Plures ſub eorum ditione urbes tum fuiſſe, ex eodem Livio elicitur, qui paulo poſt: *Appius .... cum Italicis militibus in Illyricum regreſſus, per Parthinorum ſocias urbes in hyberna militibus dimiſſis, ipſe Romam ſacrificii cauſa rediit.* Ubi Parthinorum urbes Romanorum ſocias intelligendum, non vero urbes ſocias Parthinorum, nam habet aliquid ambiguitatis ille locus, & in iis locis ubi *Partheni & Partynorum* legitur, corrigenda lectio, & P*arthini* & P*arthinorum* legendum. De iis in ejus provinciæ negotiis meminit Cicero in L. Piſonem: *Dyrrhachium* (ait) *& Apollonia exinanitæ: Ambracia direpta:* Parthini *& Bullienſes* (*leg. Bullidenſes*) *illuſi* &c. Plinius lib. 3. cap. 23. eundem gentis ſitum firmat: *A Liſſo* (ait) *Macedonia provincia, gentes* P*arthini*, *& à tergo eorum Daſſaretæ: montes* Candaviæ &c. A Liſſo Illyrici proprie dicti præcipua urbe, Macedoniæ Provincia. Id eſt, Illyris ora: nam eo tempore, ut jam probavimus, Illyris noſtra ſub Macedoniæ nomine intelligebatur. In ea primum tempore Plinii occurrebant Parthini, noſtræ Illyridis borealiores populi

puli, Liſſus enim Dyrrhachio ad ſeptentriones adjacet. Sic Mela Parthinos & Daſſaretas in Illyria ponit. Succeſſiſſe tandem Parthinos in Taulantiorum locum (ut ſupra diximus) evincit Dionis locus lib. 41: Τὸ δὲ Δυῤῥάχιον (ait) ἐν τῇ γῇ τῇ πρότερον μὲν Ἰλλυριῶν τῶν Παρθίνων, νῦν δὲ καὶ τότε γε ἤδη Μακεδονία νενομισμένη κεῖται. Id eſt: *Dyrrhachium in terra Parthinorum Illyriorum: nunc vero & tunc, ea ſita in Macedonia exiſtimatur.* Cæſar lib. 3. de bello civil. Parthinos in iis partibus nominat: *At ille* (Cæſar) *expoſitis militibus eodem die Oricum proficiſcitur, quo cum veniſſet L. Torquatus, qui juſſu Pompeji oppido præerat, præſidiumque ibi Parthinorum habebat.* Ptolemæus urbem *Eribæam* iis tribuit, de qua alibi nihil mihi lectum eſt. Sed non dubium eſt, apud Ptolemæum pro Παρθυαίων legendum eſſe Παρθίνων, ut optime Bertius emendavit. Urbem Πάρθιν memorat Polyb. in excerptis legationibus ſect. 9. ut paulo ſupra citavimus. Apud Stephanum legitur: Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική. λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς, ὡς Πολύβιος. Id eſt: *Parthus urbs Illyrica: dicitur autem & in maſculino genere, ut Polybius.* Situm ejus urbis particularius deſignare, quando de eo antiqui tacent, non eſt poſſibile. Ortelius putat eſſe Raguſienſes, quibus argumentis niſus, non video. Longiſſime ut credo abeſt à veritate. Barletius putat eſſe *Præſam* urbem, vel potius ejus macerias, & urbis deſolatæ reliquias juxta Crojam. Sed eam ſententiam nullis fulcivit rationibus. Sed quoniam nihil certi aliunde de ea urbe habemus, ſequenda eſt ejus autoritas, ut pote qui in eorum locorum vicinia vixerit. Preſæ itaque ſitus (quam Parthinorum urbem vocat) ex eo deprehenditur: ait enim lib. 6. de *Tyranna* planicie ſic vocata: *Planicies eſt ſatis ampla aſpectuque pulcherrima, ad meſſem tamen quam ad reliquam frugem aptior: interjacens*

inter ipſam urbem Crojæ & oppidum Parthinorum. Sed lib. 1. dixerat, *Carolum quendam divitem virum ex nobili Thopiarum genere (qui tempore quo Scanderbegus Epiro potitus eſt, in Scuria haud ignobili Epiri parte, inter Tyrannam & Dyrrhachium imperitabant) Crojam condidiſſe.* Ex iis locis non male colligitur, *Parthon* urbem, quæ poſtea *Præſa*, ponendam eſſe ad orientem Crojæ. Nam idem autor lib. 6. ait: *mœnia Crojæ Tyrannam verſus orientem ſpectare.* Et tam vicina Crojæ erat ea Tyranna, *ut ex ea in urbem ignis à Turcis jaciebatur,* ut ait eodem libro idem autor. Ea Tyranna planicies plus quam octo milliaria extendebatur ab urbe Croja in orientem, ut nos docet idem lib. 12. non longe à fine, ſic enim ait: *Barbari nocte illa ..... deſtituta urbis Crojæ obſidione ...... diſceſſerunt, qui ad locum, qui Tyranna dicitur, octo fere milliaribus paſſ. ab urbe caſtra metati ſunt.* Ex his locis ſimul collatis & attente conſideratis colligitur, Tyrannam planiciem octo millia paſſuum habentem, jacere ad orientem Crojæ, & inter Præſam ceu Parthum & Crojam interjacere, quæ Præſæ fuit ad occidentem. Et ideo Præſa vel Parthus fuit in altera Tyrannæ extremitate ad orientem ſita: Croja vero erat in Scuria inter Tyrannam & Dyrrhachium. Eribœam urbem ponit Ptolemæus in quadrageſimo ſexto longitudinis gradu cum ſcrupulis 40. & in latitudinis gradu 39. cum ſcrupulis 45. ſi numeri bene ſe haberent, neceſſe foret Parthinos multum verſus meridiem & Epirum veterem extendiſſe ſuos limites. Mercator, qui eam ad Apſum fluvium ponit, Ptolemæum non habet autorem, qui de Apſi origine nihil dixit, & in quo Sophiani tabula multum errat, quæ illi decurſum longiſſimum tribuit contra antiquorum autoritatem. Bertius in ſuo Ptolemæo Eribœam putat eſſe Crojam regiam, ſed id

aſſumit

aſſumit ſine probationibus: ideo eam urbem (de qua ante Ptolemæum, nec poſt eum ullus, quod ſciam, meminit) cum ſit incertæ poſitionis, non poſuimus. Situs certe Crojæ in Caſtaldi tabula melius quadrare mihi videretur cum Parthinorum ſitu, quam ſitus EribϾæ in Caſtaldi tabula.

In Parthinorum ditione vel vicinia fuerunt *Eordeti*, quos cave confundas curioſe lector cum *Eordis* Macedoniæ, de quibus infra deo dante. Ἐορδετοὶ dicuntur Ptolemæo, cujus urbes Σκαμπῖς, Δήβομα, Δαύλια, earum urbium quæ Σκαμπῖς à Ptolemæo dicitur, à Conſtantino in Themate Dyrrhachii neutraliter dicitur Σκάμπα: ſed in Itinerario Antonini melius ſcribitur *Scampim*, à nominativo *Scampis*. Tabulæ tamen *Scampis* in ablativo caſu habent, quo utuntur ubique, tamquam à nominativo plurali *Scampa, orum*, ut Conſtantinus habet. Ea urbs in itinerario ſic in ordine ponitur.

A Dyrrhachio Byzantium.

Clodianas -------- M.P. XLIII.
Scampim --------- M.P. XX.
Tres tabernas ------ M.P. XXVIII.
Lychnidum -------- M.P. XXVII.

In his ſpaciis ſatis concordant tabulæ, & *tres tabernas* quidem non notant: Sed eo loco & ſpacio *Candaviam* ponunt. Ideo colligitur, *tres* illas *tabernas* fuiſſe in Candavia Sylva. Urbem vel pagum Σκαμπῖς fuiſſe in Egnatia via etiam nos docet hoc itinerarium: Nam cum Egnatia, teſte Strabone lib 7. ducat ab Epidamno Candaviam, hic vero notetur iter ab eodem Epidamno ceu Dyrrhachio Lychnidum uſque ducere per Scampim, ſequitur eam fuiſſe in ipſo itinere, ceu via quæ ducebat ab Epidamno Candaviam, ubi *tres tabernæ* in ipſa Egnatia.

Urbes Debomam & Dauliam poſuimus ſecundum Ptolemæi numeros, quos ſequimur, cum aliæ autoritates deſunt.

In Parthinorum regione & in ipſa Egnatia fuit *Clodiana* vel *Clodianæ* ſtatio, de qua ſupra pag. 139. Fuit & poſteriore ſeculo in Parthinorum ſeu Eordetorum finibus, & forte in Apolloniatarum ditione caſtellum Μύλου Græce vocatum, de quo Alexias lib. 13. pag. 391. ubi de Cantacuzeno ab Alexio contra Bæmundum & Gallos miſſo ait: προεκπέμπων δὲ πρὸς μάχας ὀτρύνων αὐτὸν, ἐφθακὼς δὲ τὴν Κλείσουραν, τὴν ἐγχωρίως οὕτω καλουμένην πέτραν, καὶ αὐτοῦ πού ἐγκαρτερήσας, πολλοῖς τε λογισμοῖς, καὶ στρατιωτικοῖς ἐπιχειρήμασι ἐφοδιάσας αὐτὸν καὶ τὰ λῷστα ὑποθέμενος πρὸς Γλαβινίτζαν χρησταῖς ἐλπίσι θαρρούνας ἐκπέμπει· ἐκεῖνος δὲ πρὸς Διάβολιν ἐπανέστρεψεν· ὁ δὲ Καντακουζηνὸς προσπελάσας πολιχνίῳ τινὶ ἐν τῷ ἀπέρχεσθαι τῷ τοῦ Μύλου καλουμένῳ παραχρῆμα .... ἐπολιόρκει τὸ πολίχνιον .... αἰσθόμενοι δὲ οἱ πέραθεν τοῦ ποταμοῦ τοῦ οὕτως καλουμένου Βούση αὐλιζόμενοι. Κελτοὶ, ὡς τὸ τοῦ Μύλου καστέλλιον ἔθεον. Id eſt: *Eum comitando deducens & ad pugnas excitans, uſque ad Cliſuram, ſic vulgo vocatam petram. Et ibi aliquantum moræ faciens, multis admonitionibus & militaribus præceptis eum præmuniens, & quæ utiliora erant ſuggerens, optima ſpe firmatum ad Glabinitzam dimittit: ipſe vero Diabolin revertitur. Ille vero* (Cantacuzenus) *dum progreditur, Myli vocatum caſtellum accedens, obſedit eam urbeculam .... Celtæ vero qui ultra fluvium Buſen dictum congregati erant, ad Myli illud caſtellum decurrebant.* Narrat deinde, quomodo Cantacuzeni milites territi aufugerunt, & Cantacuzeni monitu machinas ſuas & navigia, quæ ad Buſen fluvium erant, incenderunt. Deinde pergit: αὐτὸς δὲ ἀγαπητῶς

μικρὸν

μικρὸν καὶ πεδιάδι τινὶ ἐντυχὼν, δεξιόθεν μὲν τὸν Χαρσανὴν ποταμὸν, ἐχούσῃ ἐξ εὐωνύμου δὲ ἑλώδη τινὰ τόπον καὶ βαλλώδη (lego πηλώδη.) Id eſt: *Ipſe autem aliquantulum recedens, & planiciem quandam animadvertens, quæ à dextra Charſanem dictum fluvium, à ſiniſtra vero paluſtrem quendam locum & cœnoſum, ibi vallum fixit.* Narrat poſtea pugnam-alteram prope Charſanem fluvium factam, quam vicit Cantacuzenus & ait: Τρέπει τοὺς Κέλτους κατὰ κράτος, διώξας ἄχρι πολιχνίου τοῦ καλουμένου Μύλου. Id eſt: *Gallos vi fugavit, & uſque ad Myli urbeculam perſequutus eſt.* Ex his locis patet Myli caſtellum illud, ceu urbeculam ſitam fuiſſe inter Charſanem fluvium & Buſen. Et Charſanem eſſe propiorem Diaboli & Macedoniæ partibus, Buſen vero eſſe verſus occidentem & mare, cujus littus Galli tenebant. Monendus autem hoc loco lector, ne decipiatur ob errorem Dominici Nigri, qui deceptus ambiguitate nominis apud Livium qui lib. 31. ait: *movere itaque ex Pluvina Romani, & ad Oſphagum flumen poſuerunt caſtra. Rex haud procul inde & ipſe vallo ſuper ripam amnis ducto (Erigonium incolæ vocant) conſedit, inde ſatis comperto Erduæam petituros Romanos ad occupandas anguſtias præceſſit.* Putavit bonus Niger Erduæam Livii eſſe eandem regionem, quæ Eordetia dicitur Ptolemæo, ubi fuerunt urbes *Scampis, Deboma* & *Daulia*, nulla habita ratione eorum, quæ apud Livium præcedunt & ſequuntur; unde didiciſſet non de Eordetis Illyricis, ſed de Eordis Macedoniæ agere Livium eo loco. Nam juxta Eordos Macedoniæ Erigonius fluit. Urbs Scampis, Græce Σκαμπεῖς (ut ad eam revertar) memoratur in itinerario Hieroſolimitano, ubi male *Hiſcampis* legitur. Sed non eſt dubium, quin *Scampis* legendum ſit, & de eadem urbe vel pago intelligatur: cum inter Candaviam & Clodianas recen-

ſeatur. De ea urbe etiam meminit Malchus Byzantinus apud Conſtantinum in excerptis de legationibus, ſed & ibi peſſime Καρπίας legitur & reponendum Σκαμπίας, tractu temporis aliquantum mutato nomine. Nam ex ſitu inter Lychnidum & Dyrrhachium id manifeſte colligitur. A Conſtantino in Themate 9. occidentali Scampa nominatur, in tabula Peutingeriana Scampis in ablativo vel dativo caſu, à recto Scampa: optime inter Genuſum fluvium & Clodianas ponitur, & numeri Ptolemæi ſatis concordant.

CAPUT XXXV.

De DASSARETIIS.

Poſt Parthinos & Eordetos de Daſſaretiis dicendum. Nam Plinius eos juxta Parthinos collocat lib. 3. cap. 23. dum ait. *A. Liſſo Macedonia provincia; gentes Parthini, & à tergo eorum Daſſaretæ*. Sed ex hoc Plinii loco non liquet, an fuerint olim Illyridis noſtræ, an vero Macedoniæ. Nam Plinii tempore & multum antea, Illyris Macedoniæ pars erat, ut diximus ſupra. Polybius certe citatur à Stephano, ut faciat eam gentem Illyricam lib. 8. Δασσαρῖται (ait) ἔθνος Ἰλλυρικόν. Πολύβιος ὀγδόῳ. Id eſt: *Daſſariiæ gens Illyrica. Polybius octavo.* Is locus Polybii non extat. Sed legendum, Δασσαρῆται *Daſſaretæ*: nam idem Polybius lib. 5. ſic eos vocat bis. Sed an eam gentem à jugo Macedonum liberam videatur ibi facere, non liquido conſtat. Locus aſcribendus, ut de eo judicet lector, de Scerdilaida loquitur, Illyrio principe: Καὶ τότε τὸ μὲν Πελαγονίας πόλισμα διηρπακότα τὸ προσαγορευόμενον Πισσαῖον, τὸ δὲ Δασσαρητίδος προσηγμένον πόλεις, τὰς μὲν φοιβάτιδας ἐπαγγελίαις,

Ἀντιπά-

Ἀντιπάτρειαν, Χρυσονδίονα, Γερτοῦντα, πολλὴν δὲ καὶ τῆς συνορούσης αὐτοῖς Μακεδονίας ἐπιδεδραμηκότα. Id eſt: *Et tunc quidem Pelagoniæ oppidum Piſſæum nuncupatum diripuiſſe: Daſſaretidis etiam urbes ſibi adjunxiſſe & pollicitationibus quidem Phœbatides urbes Antipatriam, Chryſondiona, Gertunta, tum eis finitimæ Macedoniæ multam partem incurſaſſe.* Ex hoc loco difficile eſt diſcernere, an Phœbatis illa regiuncula fuerit Daſſaretidis pars, an vero Macedoniæ, ſed addendus eſt, & alius in eadem pagina locus, qui rem planiorem faciet: πλὴν ὅ γε Φίλιππος στρατεύσας ἀνεκτήσατο μὲν τὰς προειρημένας πόλεις· κατελάβετο δὲ τῆς μὲν Δασσαρητίδος Κρεώνιον, καὶ Γεροῦντα. τῆς δὲ περὶ τὴν Λυχνιδίαν λίμνην, Ἐγχελάνας, Κέρακα, Σατίωνα, Βοιούς. τῆς δὲ Καλικοίνων χώρας Βάντιαν. ἔτι δὲ τῶν καλουμένων Πισσαντίνων Ὄργυσον. Id eſt: *Attamen Philippus cum exercitu procedens, urbes, quas ſupra diximus, recepit. Occupavit etiam in Daſſaretide Creonium & Geruntem; earum vero quæ circa Lychnidium lacum, Enchelanas, Ceraca, Sationem, Bueos; in regione vero Calicœnorum, Bantiam; & in* Piſſant*inorum, qui ſic vocantur, Orgyſum.* Ex hoc loco, qui ex ſupra citato pendet, urbes, quas recepit Philippus, non poſſunt intelligi aliæ, quam Piſſæum,& tres aliæ Phœbatidis,Antipatria,Chryſondio, Gertûs. Unde videtur, eas urbes antea ſub Philippi imperio fuiſſe, quando eas ἀνεκτήσατο *recepit:* & nomen *Antipatria* Macedonicum ſonat; fuit enim Antipater Macedoniæ præfectus vel rex, à quo nomen accepiſſe non dubito. Tamen ne quid diſſimulem, cum ponat Gertuntem in Phœbatide, paulo inferius vero Geruntem (quæ eadem eſt) in Daſſaretiis, & in ſuperiore loco dicat, Daſſaretiorum urbes Scerdilaidem ſibi adjunxiſſe & Phœbatidas quidem pollicitationibus, videtur intellexiſſe Polybius, Phœbatidas urbes fuiſſe in Daſſa-

Daſſaretiorum ditione, & de iis non dicit ἀνεκτήσατο *recepit*, ſed κατέλαβε, *cepit*: ideo ſequitur, eas non fuiſſe Macedoniæ, imo nec ſub Philippi imperio. Sed eo quod Scerdilaidas Philippi hoſtis eas occupaverat, Philippus poterat & debebat eas ab ejus manibus vindicare: & eas urbes antea non habuiſſe Macedonum præſidium patet ex eo, quod ſine vi & armis, ſed pollicitationibus, eas ſibi adjunxerat Scerdilaidas. Sed de iis infra quando de Macedoniæ limitibus agemus. Sed hoc loco libet deflere litterarum humanarum calamitatem. Heu! periit Polybius, & ejus tantum acciſas reliquias habemus, qui ſi integer ad nos perveniſſet, ſolus ad Græciæ antiquæ notitiam ſuffeciſſet, prout exacte & curioſe omnia narrat, & locorum ſitum ante oculos ponit, in omnibus rationem habens & temporis & loci: ecce quis alius de tot urbibus & oppidis mentionem fecit? Quis alius de Phœbatide, de Calicœnis, de Piſſantinis regionibus aliquid dixit? Proh dolor! quale vulnus accepit res litteraria, quando talis theſaurus à tempore rerum edace raptus eſt. Sed tale damnum deflere quidem licet, reſarcire vero quis poteſt? ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνυμενοί περ. Sed ad rem: Titus Livius videtur turbam facere, dum ait lib. 27 de eodem Philippo. *Dividenti prædam captivoſque.* [....] *nuncius ex Macedonia venit, Eropum quendam corrupto arcis præſidio Lychnidum cœpiſſe, tenere & Daſſaretiorum quoſdam vicos & Dardanos etiam concire*, ex hoc loco fatendum eſt, eo tempore Lychnidum fuiſſe in Philippi poteſtate, qui eam urbem occupaverat pulſo Scerdilaidis præfecto. Sed non ideo ſequitur eam fuiſſe in Macedonia, quod ſequitur ex alio Livii loco libri. 31. qui ſic habet: *Ab conſule non parabatur ſed gerebatur jam bellum. Per Daſſaretiorum fines exercitum ducebat, frumentum, quod ex*

hybernis

hybernis extulerat integrum vehens: quod in uſum militi ſatis eſſet præbentibus agris, oppida vicique partim voluntate, partim metu ſe tradebant, quædam vi expugnata, quædam deſerta, in montes propinquos refugientibus Barbaris inveniebantur. Quæ ultima verba de Daſſaretiis intelligenda videntur, quos, cum Barbaros vocet Livius, eos à Macedonibus diſtinxit, quos ſemper regios vocat in ejus belli narrationibus; quod etiam clarius expreſſit lib. 32. dum ait de T. Quintio. *Concilium habuit, utrum recto itinere per caſtra hoſtium viam facere conaretur, an, ne tentata quidem re tanti laboris ac periculi, per Daſſaretios Lingumque potius tuto circuitu Macedoniam intraret.* Per Daſſaretios Macedoniam intrare, videtur ea locutio Daſſaretios à Macedonia diſtinguere. Idem ait Plutarchus in Quintio: Ἦσαν μὲν οὖν οἱ τὸν Τίτον ἄγειν κύκλῳ διὰ τῆς Δασσαρήτιδος κατὰ Λύγον εὔπορον ὁδὸν καὶ ῥᾳδίαν ἐπιχείροντες. Id eſt: *Erant qui ducere Titum circuitu per Daſſaretidem via facili & commoda tentabant.* De Daſſaretiis olim Hecatæum meminiſſe credo, ſed male exceptum fuiſſe id nomen à Stephani exſcriptoribus, qui pro Δασσάρητος nobis Σεσάρητος obtrudunt ex Strabone corrupto. Nam cum alibi Strabo de Daſſaretiis non meminerit, de quibus conſtat ex aliis autoribus, Seſaraſios habet in noſtra Illyride, de quibus apud alios autores nihil. Itaque non eſt dubium, quin Strabo Δασσαρητίους ſcripſerit, & ex eo mendo fluxit, credo, mendum apud Stephanum. Ptolemæus eos inſeruit ſuo catalogo & juxta Lynceſtas ponit, optime, ut patet ex Livio ſupra citato. Plinius, qui eos à tergo Parthinorum ponit, clare innuit eos longius à mari & ad montes, qui Macedoniam ab Illyride dividebant, habitaſſe, ubi degebant poſtea Albani, de quibus infra.

Daſſaretiorum præcipua urbs fuit Λυχνὶς *Lychnis*, vel

Λύχνιδος *Lychnidus* vel Λυχνίδιον *Lychnidium*. Nam varie apud autores id nomen exprimitur, etiam Λυχνιδοῦς. Ejus mentionem fecerunt Polybius, Strabo, Ptolemæus, Stephanus, Conſtantinus, Malchus rhetor, tabulæ, Anthologia, T. Livius. Et Polybius quidem in excerptis legationibus ſect. 9. poſt Quintii victoriam de Philippo partam in enumeratione urbium, quas ſociis dabat aut reſtituebat, ait: Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευράτῳ Λυχνίδα καὶ Πάρθον. Id eſt: *Dederunt etiam Pleurato Lychnida & Parthum.* Addit: οὔσας μὲν Ἰλλυρίδας, ὑπὸ Φίλιππον δὲ ταττομένας. Id eſt: *Illyricas quidem, ſed quæ ſub Philippo erant.* In hoc loco vocatur Λύχνις *Lychnis*, & diſtincte dicitur fuiſſe Jllyrica urbs, non Macedonica. At idem Polybius in libri 7. fragment. eam vocat ὑποκοριστικῶς diminutivo nomine Λυχνίδιον *Lychnidium*. Ἡ μὲν οὖν πᾶσα Ἰγνατία καλεῖται. ἡ δὲ πρώτη ἐπὶ Κανδαουΐας λέγεται ὄρους Ἰλλυρικοῦ διὰ Λυχνιδίου πόλεως, καὶ Πυλῶνος, τόπου ὁρίζοντος ἐν τῇ ὁδῷ τήν τε Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Μακεδονίαν. Id eſt: *Tota igitur via Ignatia vocatur, & prima quidem pars ad Candaviam dicitur montem Illyrici, per Lychnidium urbem, & Pylonem, locum diſterminantem in via Illyricum à Macedonia.* In quo loco videtur aliquid deeſſe poſt Ἰλλυρικοῦ, verbi gratia, ἡ δὲ λοιπὴ, vel tale quid. Non enim apte dici poteſt *ad Candaviam via*, quando jam Candavia ſuperata eſt, & ultra Candaviam fit iter. Hæc Polybii verba ſunt apud Strabonem, unde excerptum eſt illud fragmentum, ex quo diſcimus, eam urbem fuiſſe in via Egnatia ſitam & in ipſa Illyride, & πύλων oppidum vel locum ultra Lychnidum in ipſa via diſterminaſſe ab Illyride Macedoniam. Sed preſſius Livius Lychnidum in Daſſaretia locat lib. 43. ubi de Appio Claudio conſulis Hoſtilii legato, qui in Illyricum cum exercitu miſſus fuerat, loquitur, ſic ait: *Peragrataque ea omni regione, ad Lychnidum*

Daſſa-

Daſſaretiorum conſedit. Eam urbem Daſſaretiorum Macedoniam verſus ultimam, Peneſtarum regioni & Uſcanæ urbi vicinam fuiſſe ex ſequentibus T. Livii, in loco citato, verbis colligitur, addit enim *haud procul inde Uſcana oppidum:* & paulo poſt de Appio ad Uſcanam occupandam tendente: *Die tantum ſtatuta profectus à Lychnido duodecim millia ab urbe, ad quam tendebat, poſuit caſtra*: & paulo poſt, de clade Appii & Romanorum ad eam urbem accepta, ſic ait: *Qua longius iter in caſtra erat, eo plures feſſos conſectandi hoſtibus copia fuit; ne moratus quidem in caſtris Appius, ut ſuos diſſipatos fuga colligeret, quæ res palatis per agros ſaluti fuiſſet, ad Lychnidum protinus reliquias cladis reduxit.* Ex his patet, non longe ab Uſcana ſitum fuiſſe Lychnidum, quando una eademque die fuſus ad Uſcanam Appius, Lychnidum ſe cum exercitu recepit 20. milliaria forte vel circiter intercedebant, nam exacte numerum colligere ex ſupradictis nemo poteſt. Fuit autem Uſcana Peneſtarum urbs præcipua, ut infra dicetur. Idem Livius rurſus eodem libro: *L. Cælius legatus Romanus præerat Illyrico, qui movere non auſus cum in iis locis rex eſſet, poſt profectionem demum ejus, conatus in Peneſtis Uſcanam recipere, à præſidio, quod ibi Macedonum erat, cum multis vulneribus repulſus, Lychnidum copias reduxit.* Ex his omnibus locis colligitur, Lychnidum urbem fuiſſe in eo tractu præcipuam, ubi Illyrico præfecti ut plurimum manebant Macedonici belli tempore, ut in loco rebus gerendis idoneo. Item eam urbem fuiſſe Peneſtarum regioni & Uſcanæ vicinam, ut jam diximus. Corrigendus in ea voce idem Livius lib. 33, ubi recenſet urbes, quæ poſt Quinti victoriam ſociis Romanorum attributæ ſunt. Ait: *Pleurato Lingus & Partheni dati ſunt.* Ubi reponendum eſt *Lychnidus & Parthini*, ex Polybio ſupra citato, cujus nomen fe-

re ubique ſupprimit Livius, licet ab eo omnia fere acceperit, præſertim in Græciæ negotiis. Et quando in hoc loco manifeſte pateat, *Lingum* pro *Lychnidum* poſuiſſe, ſuſpicor etiam in aliis locis idem illi accidiſſe, ut lib. 32. ubi de Quintio in loco jam ſupra citato ait: *Concilium habuit, utrum recto itinere per caſtra hoſtium viam facere conaretur, an, ne tentata quidem re tanti laboris & Periculi, per Daſſaretios potius Lingumque tuto circuitu Macedoniam intraret.* Hic rurſum pro *Lingum* reponendum Lychnidum puto: Nam de Lynceſtarum urbe non debet intelligi, quum ea ſit Macedoniæ. Plus eſt difficultatis in altero loco lib. 31. *Ab Conſule* (ait) *gerebatur jam bellum, per Daſſaretiorum fines exercitum ducebat.... .... Ad Lingum ſtativa poſuit prope flumen Beuum. Inde frumentatum circa horrea Daſſaretiorum ducebat.* Hoc loco de Lychnido non videtur poſſe intelligi, quæ urbs in monte ſupra lacum ſita erat, non ad fluvium. Tum Stephanus in voce Βεύη ſic ait: Βεύη, πόλις Μακεδονίας, καὶ πρὸς αὐτῇ Βεῦος ποταμός. Id eſt: *Beue urbs Macedoniæ, & prope eam Beuus fluvius.* Nam cum dicat Beuum fluvium fuiſſe Macedoniæ, *Lingus* ad Beuum videtur etiam fuiſſe Macedoniæ, magis putarem reponendum eſſe *Lyncum* primariam Lynceſtarum urbem. Strabo lib. 7. in uno loco habet Λυχνιδοῦ πόλεως à recto Λυχνίδιον. Paulo poſt vero eodem libro habet Λυχνιδοῦντα, à recto Λυχνίδους. Ptolemæus in recto habet Λυχνιδός optime: & cum eo Stephanus ita cenſet; qui tamen Herodianum citat, eam appellantem Λυγνιτόν. Sed peſſime id nomen legitur apud Conſtantinum in Themate Dyrrhachii: Ἀλκωνιδὸς μητρόπολις, ubi dubio procul legendum Λυχνιδός. Male etiam in Anthologia Chreſtodorus Λυχνάδον appellavit; ſi ita ſcripſit, ſed non dubito quin Λυχνίδον legendum ſit. Ejus conditor in eodem Chre-

ſtodori

ſtodori epigrammate dicitur fuiſſe Cadmus:

Λυχνάδον τὴν Φοῖνιξ Κάδμος ἔδειμε πόλιν. Id eſt:

Lychnadum quam Phœnix Cadmus ædificavit urbem.

Quod ſit penes ejus fidem. Malchus Sophiſta non tam male Λυχνηδον per η ſcripſit: nulla enim ſoni differentia erat inter ι & η, tempore quo vivebat. Eam in ſublimi poſitam eſſe & fontibus abundantem idem teſtatur. Sic enim de Theuderico quodam: Καὶ πρὸς μὲν τὴν Λύχνηδον ἐπελθὼν, ἀπεκρούσθη, ἐπὶ ὀχυροῦ κειμένην καὶ πηγῶν ἔνδον πλήρη. Id eſt: *Ad Lychnedum accedens repulſus eſt, cum ſita foret in arduo, & fontibus intus plena:* non multo poſt eam παλαιόπλουτον καὶ εὐδαίμονα vocat, id eſt: *Ab antiquo divitem & fœlicem.* Eam tabulæ ponunt ad lacum cognominem, optime, ut ex aliis autoribus probabimus. Sed mirum eſt Ptolemæum, de eo lacu certe maximo, nullam feciſſe mentionem. Sed ex ejus numeris corruptis lacum ponit Mercator ad Haliacmonem fluvium in ipſa Macedonia: Si pro Lychnidio loco, maximo errore: ſi pro alio, male; quod monſtrare nobis incumbit, quando Macedonia in ſuo ordine venit in manus noſtras. Eam urbem terræ motu deletam fuiſſe ait Procopius in Anecdotis, ubi recenſet plures urbes, quæ tali modo perierunt, ait Λυχνίδον τὴν ἐν Ἠπειρώταις καὶ Κόρινθον αἳ δὴ πολυανθρωπόταται ἐκ παλαιοῦ ἦσαν, ταύτας γὰρ ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον σεισμῷ τε καταπεσεῖν καὶ τοῖς ᾠκημένοις σχεδόν τι πᾶσι συνδιολωλέναι τετύχηκεν. Id eſt: *Lychnidum Epirotarum & Corinthum, quæ populoſiſſimæ ab antiquo erant, iis enim omnivus contigit eo tempore terræ motu cadere, & cum fere omnibus incolis perire.* Nec offendi lector debet, ſi Epiro Lychnidum tribuat Procopius, ſuo enim tempore Illyris de qua agitur, Epirus Nova vocabatur à tempore Theodoſii vel circiter nomine ſic

ne ſic mutato. Is terræ motus accidit, Juſtino imperante, ut ait Nicephorus Calliſtus lib. 17. cap. 3. Latine citabo, non eſt enim ad manum textus Græcus: *Ejuſdem Juſtini tempore* (ait) *Epidamnus etiam, quæ nunc Dyrrhachium dicitur, plurima à ſævis terræ motibus ſuſtinuit damna, & item Corinthus, quæ in terra Græciæ ſita eſt.* Nam licet Lychnidum non nominaverit Nicephorus, tamen Corinthi everſio, quam ſupra Procopius citatus cum everſione Lychnidi conjungit, & Dyrrhachii vicinia nos omnino ſuadet, eodem tempore id accidiſſe. Nam & ea civitas à Juſtiniano Juſtini ſucceſſore rurſus inſtaurata fuit, & mutato nomine ab eo Prima Juſtiniana nuncupata fuit, & in totius Illyrici metropolim erecta, collocata ibi Archiepiſcopali ſede. De eo negotio ſatis prolixe Procopius lib. 4. de ædificiis ſic ait: Ἐν Δαρδανοῖς τοῖς Εὐρωπαίοις, οἳ δὴ μετὰ τοὺς Ἐπιδαμνίων ὅρους ᾤκηνται, χωρίον Ταυρήσιον ὄνομα ἦν, ἔνθα Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ὁ τῆς οἰκουμένης οἰκιστὴς ὥρμηται. τοῦτο μὲν οὖν τὸ χωρίον ἐν βραχεῖ τειχισάμενος κατὰ τὸ τετράγωνον σχῆμα, καὶ γωνίᾳ ἑκάστῃ πύργον ἐνθέμενος, τετραπυργίαν εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι πεποίηκε. παρ' αὐτὸ δὲ μάλιστα τὸ χωρίον πόλιν ἐπιφανεστάτην ἐδείματο, ἥνπερ Ἰουστινιανὴν ὠνόμασε πρίμαν. (πρώτην δὲ τοῦτο τῇ Λατίνων φωνῇ δύναται). ταῦτα τῇ θρεψαμένῃ τροφεῖα ἐκλείνων (lege ἐκτίνων) ἐνταῦθα δὲ καὶ ὀχετὸν τεκτηνάμενος, ὕδασι τὴν πόλιν διεπράξατο ἐπιεικῶς πληθεῖν: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῷ τῆς πόλεως οἰκιστῇ, λόγου πολλοῦ διαπεπόνηται ἄξια. Θεοῦ μὲν τεμένη διαριθμεῖσθαι οὐ ῥᾴδια, καταγώγια δὲ Ἀρχόντων φράζεσθαι λόγῳ ἀμήχανα, στοῶν μεγέθη, ἀγορῶν κάλλη, τὰς κρήνας, τὰς ἀγυιάς, τὰ βαλανεῖα, τὰ πωλητήρια, πόλις ἁπλῶς μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, καὶ οἵα τῆς χώρας ἁπάσης μητρόπολιν εἶναι. πρὸς δὲ καὶ τὸν Ἰλλυριῶν ἀρχιερέα διακεκλήρωται, τῶν ἄλλων πόλεων αὐτῇ ἅτε πρώτῃ τὸ μέγεθος οὔσῃ ἐξισταμένων, ὥστε καὶ ἀνθυπέργηκε τῷ βασιλεῖ κλέος. ἡ μὲν γὰρ τροφίμῳ ἀποσεμνύνεται)

μνύνε) βασιλεῖ. Ο῾ δὲ ἀντιφιλοτιμεῖται δεδημιουργηκέναι τὴν πόλιν. Id eſt: *Apud Dardanos Europæ alicubi, qui jam ſupra fines Epidamniorum habitant, locus eſt Tauresium nomine. Inde Juſtinianus imperator orbis inſtaurator oriundus erat, hunc locum cito muro circumdant quadrangula figura, & unicuique angulo turrim imponens, effecit, ut eſſet & vocaretur quadriturrita: prope hunc locum urbem celeberrimam ædificavit, quam Juſtinianam primam (quæ vox Latina, Græce dicitur prote) nominavit; ſic nutricationis præmia patriæ rependens. Inibi & aquæ ductum fabricavit, & effecit, ut ea urbs aquis ſatis abundaret, & multa alia tali conditore digna cum labore perfecit. Deo quidem templa numeratu non facilia, Magiſtratuum ædes, quæ deſcribere ſermone impoſſibile eſt. Porticuum ſpatium, fororum pulchritudinem, fontes, vias, balnea, loca ubi res venundantur. In ſumma, urbs magna eſt, & multorum civium, utpote quæ totius regionis eſt metropolis: ad hæc & Illyriorum Archiepiſcopum ſortita, aliis urbibus & tanquam omnium maximæ cedentibus, unde fit ut gloriam imperatori rependat. Ea enim, eo quod imperatorem educavit, venerabilis evadit. Ille vero è contra honoratur, eo quod ejus urbis opifex dicitur.* Sed ex hoc Procopii loco non videtur aſtrui poſſe, Lychnidum eandem urbem eſſe, quæ à Juſtiniano Prima Juſtiniana vocata eſt: imo contraria videtur emergere ſententia: nam Lychnidum ponit in Epiro, (Nova ſcil.), Juſtinianam primam vero in Dardania (quam Europæam vocavit procul dubio, ad differentiam Aſiaticæ) & non eſt error librarii vel ex ſcriptoris; ſed Procopius, ut puto, non ſatis doctus de regionum illarum limitibus, Dardanorum limites nimis extendit, & Dardanorum fines uſque in Daſſaretios & Dyrrhachinorum limites prorogat, quod ſuadet vox

ποῦ, quæ incertitudinem quandam innuit. Nam ex multis indiciis conſtat, Lychnidum poſtea Juſtinianam, deinde Achrido vocatam, & totius Bulgarorum regni metropolim factam, in Daſſaretiis ſitam fuiſſe. De ejus ſitu audiendus Cedrenus ad annum mundi 6526. de Baſilio Imperatore: Αὖθις δὲ πάλιν πρὸς τὰ δεξιὰ νεανικῶς (lege νενευκὼς) ἄπεισιν εἰς Ἀχρίδα....... πόλις δὲ ἡ Ἄχρις ἐστὶ ἐπὶ λόφου κειμένη ὑψηλοῦ, ἔγγιστα λίμνης μεγίστης, ἐξ ἧς ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς ὁ Δρῖνος ποταμὸς, πρὸς ἄρκτον ἰών. εἶτα νεύων πρὸς δύσιν καὶ εἰσβάλλων εἰς τὸν Ἰώνιον περὶ τὸ Εἰλισσὸν τὸ φρούριον, μητρόπολις οὖσα τῆς πάσης Βουλγαρίας, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια τῶν βασιλέων ἵδρυντο Βουλγαρίας καὶ τὰ χρήματα ἀποτεθησαύριστο. Id eſt, ex verſione Xylandri: *Inde ad dextram partem inclinans Achrida ingreditur ...... urbs eſt Achris in ſublimi poſita colle, prope lacum maximum, unde Drinus fluvius verſus ſeptentrionem effluit: deinde verſus occidentem deflectens in Jonium intrat apud Iliſſum caſtellum, quæ urbs caput erat totius Bulgariæ, & regia regum Bulgariæ, ubique eorum repoſiti theſauri.* Poſt eum audiamus duos Nicephoros fere contemporaneos, Calliſtum nempe, & Gregoram: ſic ille primus lib. 17. Γέρας δὲ ἐξαίσιον καὶ Ἀχρίδῳ τῇ πατρίδι νέμων ὁ Ἰουστινιανὸς, εἰς Ἀρχιεπισκοπὴν αὐτὴν ἐτίμα καὶ αὐτοκέφαλον ἐκκλησίαν καθίστα, Πρώτην Ἰουστινιανὴν ὀνομάσας........ ἡ δὲ Ἀχριδὼ πόλις ἐστὶν ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ ἐπηρμένη, ἔγγιστα λίμνης μεγίστης Λυχνηδοῦ καλουμένης. Δασσαρῆτις δὲ ἀρχαῖον ἦν αὐτῇ ὄνομα, ἐξ ἧς καὶ πλῆθος ὅτι πλεῖστον ἰχθύων ἀγρεύεται. καὶ Δρῖνος ὁ ποταμὸς ἐκεῖθεν τὰς σφετέρας ἐκβολὰς ποιεῖται πρὸς ἄρκτον ἰών, ἀπὸ γὰρ τῶν πρὸς Δεάβολιν ἠπειρωτέρως μέρων ῥέων, καὶ τὴν εἰρημένην διαιρῶν λίμνην....... κατὰ τὸ βόρειον μέρος ἐκεῖθεν τὸ ῥεῖθρον ἐξίησι, καὶ πρὸς τὸ τέρμα τῆς λίμνης τὰς ἐγχωρίως λεγομένας εὑρηκὼς στρούδας, καὶ ταύταις ἑνωθεὶς μέγιστος τε γίνεται ποταμῶν, ἔπειτα καὶ πρὸς δύσιν νεύων εἰσβάλλει κατὰ τὸν Ὄρινον περὶ φρούριον Εἰλισσὸν ὄνομα

τὸν ὄνομα ἔχον, ὃ πάσης Βουλγαρίας τὸ ἀνέκαθεν μητρόπολις ἦν, ἐν ᾧ καὶ τὰ Βουλγάρων βασίλεια πάλαι ἵδρυτο, ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως. Quæ ſic Latine redduntur: *Patriæ quoque ſuæ Achrido præcipuum honorem habuit Juſtinianus, Archiepiſcopali dignitate eam decoravit, eccleſiamque ibi liberam, quæ ipſa ſibi caput eſſet, cum plena poteſtate conſtituit, & Primam Juſtinianam mutato nomine vocavit ... ... Porro Achrido urbs eſt in excelſo colle conſtructa, prope lacum maximum, qui Lychnidus nominatur: antiquitus autem Daſſarites vocatus eſt. In eo maxima vis piſcium capitur. Drinus vero fluvius ſe inde quoque provolvit, ſeptentrionem verſus defluens ex cultioribus, quæ ad Deabolin ſunt, partibus manans, & quem diximus lacum ſecans ..... circa boreale latus inde profluit, & ad lacus finem, eis, quæ ab incolis ſtrudæ dicuntur, inventis & ſibi conjunctis, maximus evadit fluvius: deinde ſe ad occidentem inclinans, in Orinum ſe effundit circa caſtellum Iliſſum nomine, quod totius Bulgariæ antiquitus metropolis fuit.* In hoc loco corrigenda eſt vox, & Drinum vel Ἴονιον reſcribendum, quemadmodum apud Cedrenum bene legitur. In eadem ſententia eſt Gregoras lib. 2. cap. 3. ubi poſtquam Bulgarorum originem & Imperii regionum vaſtationem narravit, ſic ait de iiſdem Bulgaris: Οἰκειοῦνται Μακεδονίαν μετὰ τῆς ἐπέκεινα Ἰλλυρίδος, ἀρεσθέντες τοῖς ἐκεῖσε καλοῖς· καὶ βασίλειον ἐνδιαίτημα τούτοις εἶναι εἰς τὸ λοιπὸν νενόμισται αὐτὴ ἡ πόλις, ἣν Ἀρχιεπισκοπὴν ὁ βασιλεὺς τετίμηκεν Ἰουστινιανὸς, καὶ πρώτην ὠνόμασεν, ὡς εἰρήκαμεν, Ἰουστινιανήν· εἶτα τῆς προσηγορίας τοῦ ἔθνους ἐκεῖσε διαδοθείσης, Βουλγαρία ὁ χῶρος μετωνομάσθη καὶ μητρόπολις Βουλγαρίας ἡ πρώτη Ἰουστινιανή. Id eſt: *Macedoniam cum ea, quæ ulterius eſt, Illyride ſibi vindicant, amœnitate locorum capti, & regiam ſibi impoſterum ſedem conſtituerunt eam urbem, quam Imperator Juſtinianus Archiepiſcopali di-*

gnitate decoraverat, & primam, ut diximus, Juſtinianam nominaverat. Deinde cum gentis denominatio in iis locis frequentaretur, Bulgaria ea regio mutato nomine appellata eſt, & Bulgariæ metropolis prima Juſtiniana. Ex his tribus locis clare colligitur, eamdem urbem, quæ olim Lychnidus ad lacum cognominem, qui etiam Daſſaretis vocata fuit, ſitam, & poſtea Achridus nominatam, unde Juſtinianus imperator ortus erat, & ab eo inſtauratam, & primam Juſtinianam nominatam, addita Archiepiſcopali dignitate, eandem eſſe quæ Bulgarorum regia, Archidos dicta eſt. Unde fit lux Procopio, qui vel corrigendus, vel caſtigandus eſt, eo quod eam in Dardania poſuit, addens tamen *quæ eſt ſupra Epidamnum*, quæ verba ſatis cum noſtra ſententia concordant. Audiendus etiam Codinus lib. de Officiis Conſtantinop. cap. 20. Χειροτονεῖται ὁ Πατριάρχης ὑπὸ τοῦ Ἡρακλείας. ἐπεὶ τῆς Ἡρακλείας ἐπισκοπὴ ἦν τὸ Βυζάντιον........καὶ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου πρώτης Ἰουστινιανῆς Ἀχρίδος καὶ πάσης Βουλγαρίας. Id eſt: *Conſecratur autem Patriarcha ab Heraclea*, (ſupple archiepiſcopo) *quoniam Byzantium erat epiſcopatus ſub Heraclea, & ab Archiepiſcopo primæ Iuſtinianæ Achridi & totius* Bulgariæ. Lychnidus igitur, ut breviter ex præmiſſis concludamus. Sub Juſtino imperatore terræ motu funditus everſa, ſucceſſore Juſtiniano ejus urbis alumno denuo inſtaurata fuit, & multis operibus magnifice exculta, & Archiepiſcopalis ſedes facta, à Bulgaris Baſilio Porphyrogeneta imperante occupata, ſub eorum rege Samuele, (quem antea Mochrum appellatum fuiſſe ait Anna Comnena lib. 12.) iterum nomen mutavit, & à Bulgaris Achrido nuncupata fuit una cum lacu vicino. Sed verba ipſa Annæ Comnenæ operæ, pretium eſt apponere, lumen enim faciunt; ea extant lib. 12. pag. 371. editionis regiæ:

giæ: Ὁ δὲ Δρύμων ποταμὸς ἵνα τι καὶ περὶ ῥεύματος τούτου προσιστορήσωμαι, ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τῆς Λυχνίτιδος λίμνης (ἣν ἡ νῦν γλῶσσα ἐκβαρβαρώσασα, Ἄχριδα προσηγόρευσεν) ἀπὸ Μόχρου τοῦ Βουλγάρου βασιλέως τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἔσχατα Σαμουὴλ (τοῦ ἐπὶ τοῖν βασιλέοιν Κωνσταντίνου καὶ Βασιλείου τῶν Πορφυρογεννήτων γεγονότος) διὰ τινῶν τάφρων ἑκατὸν, ἃς γεφύρας ἐπονομάζομεν, καὶ γὰρ ἀπορρέουσιν ὥσπερ ἀπό τινων ἀρχῶν διαφόρων τῆς λίμνης διῃρημένοι ποταμοὶ, καὶ εἰς ἑκατὸν ἥκοντες, οὐ λήγουσι καθ' οὕτως τῷ ποταμῷ τῷ κατὰ τὴν Δεύρην ἑνούμενοι, ἐξ οὗ καὶ Δρύμων ἐπονομάζεται, καὶ συνεχεῖς αὐτῷ γινόμενοι πλατύνουσί τε αὐτὸν καὶ μέγιστον ἐξεργάζονται. Id eſt: *Drymon autem, fluvius, ut etiam aliquid de ejus fluxu addam, fluit à Lychnitide lacu, (quam nunc lingua barbara facta, Achrida nominavit) à Mochro Bulgaro rege, ſic prius dicto, poſtea vero Samuele vocato, qui Conſtantino & Baſilio Porphyregenetis imperantibus vixit, per quaſdam foſſas numero centum, quas pontes nominamus: fluunt enim ut diviſi ſeorſim fluvii ab uno lacu, tamquam à diverſis originibus, & licet in centum partes diviſi fluant, non tamen ceſſant, & ſic ei fluvio ad Debræ partes uniuntur. Ex quo Drymoon vocatur, & continui cum eo facti eum dilatant, & maximum faciunt.* Sic Græca ſonant. Nam qui Alexiadem nuper interpretatus eſt Petrus Poſſinus, dum elegantiam Latini ſermonis affectat, longe in hoc loco à ſententia Græci ſermonis aberravit. Ex hoc loco diſcimus *Achrido* nomen ei urbi impoſitum à Bulgaris fuiſſe, manſit tamen id nomen deleto imperatorio nomine, & in oblivionem verſo. Apud poſteriores enim autores Ἄχριδος vel Ἄχρις vel Ἄχριδαι nuncupatur. De Juſtiniana prima raro fit mentio, licet Juſtinianus novel. conſtitutione XI. & CXXXI. eam urbem Juſtinianam primam vocaverit, multis privilegiis decoratam. Sed poſt Juſtiniani mortem populo-

rum contra ejus memoriam odium diu preſſum emerſit, & Bulgarorum impreſſio eam urbem & adjacentes regiones ab imperio Romano diſtraxit, & regia Bulgarorum ſedes in ea urbe fixa eſt. Nec paſſi ſunt Bulgari id nomen durare, ſed obtinuit, ut Achrido, voce forte Bulgarica, appellaretur. Forte tamen occupatis Romani imperii regionibus, linguam ſuam dictionibus Græcis nobilitaverunt Bulgari, quod in ea urbe eveniſſe putarem, & ob ſitus excelſitatem ſic vocatam fuiſſe à voce ἄκρον vel ἄκρα, quæ ſummitatem ſignificat, mutata ſcil. tenui in aſpiratam, quod ſic cogitare me ſuadet idem nomen ab eo tempore Pamfæo & Rhodopi montibus datum. Ii enim ab autoribus inferioris ſeculi Ἄχριδος, Ἄχριδα vel Ἄχριδαι nuncupantur: credo ob excelſitatem, ſed de iis infra, ubi de iis montibus dicendum erit. Sed non eſt ſilentio prætermittendum, Agathiam lib. 5. primam Juſtinianam antiquo nomine *Bederinam* dictam fuiſſe, aſſerere, ſic enim ille interprete Chriſtophoro Perſona Latine loquitur: *Germanus Dorathei filius juvenis admodum præerat, & tunc primum pubeſcens, qui non minus peritia militari præſtabat, quam animi magnitudine. Patria illi erat Illyrica civitas* Bederina, *vetuſto nomine dicta, deinde Iuſtiniana denominata: Iuſtinianus namque, quia ibi primum in lucem editus fuiſſet, mirifice eam ornavit, & ex obſcura prius nobilem, poſtea fœlicemque fecit, ac ſuum illi impartitus eſt nomen.* Id nomen ſoli Agathiæ memoratum, Ptolemæo, Stephano, & aliis geographis incognitum eſt. Ideo credo vel fuiſſe interpretamentum nominis antiqui *Lychnidus*, barbara quadam lingua, vel Agathiæ textum eo loco mendoſum, vel denique Agathiam memoria lapſum, nomen pro nomine poſuiſſe. Aliorum enim autorum conſenſus non patitur, in eo fidem

dem

dem adhibere Agathiæ. Eam civitatem nempe *Achrido* Baſilius (quemadmodum præter Comnenam aſſerit Zonaras in Baſilio Porphyrogeneta) à Bulgaris & eorum rege Mochro vel Samuele, victis fere & deletis Bulgaris, recuperavit, & denuo Græcorum imperio ſubjecit: locum vide, non enim eſt ad manum textus Græcus Zonaræ. Poſt deletos Bulgaros, & Bulgariæ nomen in iis partibus abolitum, ea urbs Albaniæ cenſita eſt urbs præcipua. Nam Georgius Acropolita Logothetes in eas partes ab imperatore miſſus, ſic de ſuo itinere loquitur in ſuo chronico, cap. 67. Ἔπειτα τὴν Ἀλβανίαν κατέλαβον, ἦλθον εἰς Ἀχρίδαν, Πρέσπαν Σιδηρόκαστρον. &c. Id eſt: *Deinde in Albaniam veni, & in Achridam*, Preſpam, *Siderocaſtrum*. Sitam fuiſſe inter Caſtoriam & Albanum ceu Albanopolim ex eodem Acropolita colligitur hiſtor. cap. 67. ſic enim ait: Τῆς πρὸς τὸ Ἀλβανὸν φερούσης ἡπτόμην, καὶ δὴ τὰ Σέρβια παρελθὼν καὶ παραμείψας τὴν Καστορίαν, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀχρίδα παρεγκλίνας (ſic legendum non παραγγείλας) ἀφικόμην περὶ τὸ Ἀλβανὸν, κἀκ τούτου μετὰ τῶν τῆς χώρας ἐκκείτων κατείληφα τὸ Δυῤῥάχιον. Id eſt: *Albani viam ingredior, & Serviis à tergo relictis, & Caſtoriam prætergreſſus, & Achridem declinans, Albanum me contuli* &c. Ex hoc loco deprehenditur ordo, quo ſitæ erant eæ quatuor urbes, *Serbia, Caſtoria, Achris, Albanum*, procedendo ſcilicet ab oriente in occidentem. Theſſalonica enim profectus erat per Berroeam, ut prius dixerat; ſed inde non liquet eas fuiſſe in directa linea ab oriente in occidentem ſitas; nam forte deflexerat iter, prout negotia requirebant: nam montium amfractus, fluviorum trajectus per pontes aut vados non patiuntur itinera ubique ad amuſſim directa fuiſſe. Et ſatis multa quidem de hujus urbis ſitu jam attulimus: antequam tamen ad alia tranſeundum

 ſit,

ſit, corrigendus eſt Cantacuzeni imperatoris textus lib. 2. ubi de ejus urbis ſitu agit cap. 21. Οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐκ τῆς ἑσπέρας ἠγγέλθη βασιλεῖ, ὡς παρασκευάζετο στρατιὰ Τριβάλλων τῇ Ἀχρίδι ἐπιθέσθαι πόλει ἑσπερίᾳ, ὑπὸ τὴν Πιερίαν τὸ ὄρος κειμένῃ. Id eſt: *Paucis vero poſtea diebus ex occidente nunciatum eſt regi, quod Triballorum exercitus parabat ſe ad invadendum Achridam urbem occidentalem, ſub monte Pieria poſitam.* De Pieria monte in iis locis alibi nulla mentio. Nam Pieria regio montana ad Olympum montem Macedoniæ longe ab eo tractu erigitur. Ideo non dubito pronunciare, eam vocem mendum olere, & pro ὑπὸ τὴν Πιερίαν lego ὑπὸ τὸ Πηρηναῖον ὄρος. Id eſt *ſub Pirenæo monte.* Nam ex Acropolitæ hiſtoria conſtat, eam montium catenam, quæ Novam Epirum, id eſt, Illyridem noſtram à Macedonia dirimunt, *Pireneos* vel *Perinæos* vocatos fuiſſe. Achridos igitur, qui non longe à Macedoniæ finibus ſitus eſt, non male dicitur ſub monte Pirenæo ſitum fuiſſe. Locus Acropolitæ ſic ſe habet de Michale Deſpota, quem ἀποστάτην id eſt *rebellem* vocabant, ubi de ejus exercitus fuga loquitur: Συνεστάλησαν οὖν μέχρι τῶν οἰκείων ὁρῶν, εἴτ' οὖν τῶν Πυῤῥηναίων ὁρῶν, ἃ δὴ διορίζει τὴν παλαιάν τε καὶ νέαν Ἤπειρον τῆς Ἑλληνίδος καὶ ἡμετέρας γῆς. Id eſt: *Fugati ſunt igitur uſque ad propios fines, ſive ad montes Pyrrenæos qui diſterminant veterem & novam Epirum à noſtra Græca regione.* De hodierno Achridæ nomine variæ ſunt ſententiæ: Caſtaldus in ſuæ Græciæ tabula *Ocridam* vocat: at Leunclavius eam à Turcis vocari *Giuſtandir* aſſerit, nomine à *Iuſtiniana*, ut videtur, deducto, quod ſit penes ejus fidem. Sed *Alchriam* vocatam fuiſſe tempore Scanderbegi Barletius docet, qui ejus principis geſta ſcripſit, & qui ejus quidem paſſim mentionem facit. Sed unicum tantum adducam ex quo patebit

bit, *Alchriam* & *Ocridam* ceu *Achrido* unam & eandem eſſe urbem, id extat fol. 204. *Venerat ibi Semeretius cum quatuor millibus militum ad agrum & fines tutandos, ne facilis Scanderbego pateret incurſio: qui copias ſuas partim in Ocridam urbem, quæ nunc ab incolis* Alchria *nuncupatur* &c. Ergo ea urbs primum *Lychnidus*, deinde *Juſtiniana* & *Achridos* & *Ocrida*, poſtremo *Alchria*, ab incolis, à Turcis vero *Giuſtandir* appellata fuit, à Juſtiniani ſcilicet nomine.

Nunc de lacu adjacente quædam dicenda ſunt. Ex Nicephoro Calliſto ſupra laudato diſcimus, eum *Daſſaritem* olim vocatum fuiſſe, qui ut puto Græce Δασσαρῆτις λίμνη dicebatur, eo quod in Daſſaretiorum regione celebris erat: à Polybio vero lib. 5. Λυχνιδία λίμνη nuncupatur, ubi recenſet plura oppida, quæ ad ejus ripas ſita erant, ubi de Philippo rege Perſei patre loquitur: Κατελάβετο τῆς μὲν Δασσαρήτιδος Κρεώνιον, καὶ Γεροῦντα. τῶν δὲ περὶ τὴν Λυχνιδίαν λίμνην Ἐγχελάνας, Κέρακα, Σατίωνα, Βοιούς. Id eſt: *Occupavit Daſſaretidis quidem Creonium & Geruntа; earum vero quæ circa Lychnidium lacum Enchelanas, Ceraca, Sationa, Bœos.* Scymnus Chius verſu 429. ejus mentionem fecit ubi de Illyriis loquitur:

Ἔχει δὲ λίμνην δὲ μάλλ' ἡ χώρα τινὰ
Μεγάλην, παρ' αὐτοῖς τὴν Λυχνῖτιν λεγομένην.

Id eſt: *Habet autem præcipue ea regio lacum magnum ab iis Lychnitim dictum.* Diodorus Siculus ad annum 3. Olymp. 105. ejus etiam meminit: Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς μεγάλῃ παρατάξει νενικηκὼς τοὺς Ἰλλυριοὺς, καὶ πάντας τοὺς μέχρι τῆς Λυχνίτιδος καλουμένης λίμνης κατοικοῦντας ὑπηκόους πεποιημένος, ἀνέκαμψεν εἰς τὴν Μακεδονίαν. Id eſt: *Circa hæc tempora Philippus Macedonum rex magna pugna cum viciſſet Illyrios, & omnes, qui uſque ad Lychnitidem lacum habitant, ſibi*

ſubjectos

ſubjectos feciſſet, reverſus eſt in Macedoniam. Ex his locis colligitur, lacum illum celebrem fuiſſe & magnum, quique in margine plura oppida habebat, & in Daſſaretiorum terra ſitum, & limitem fere inter Daſſaretios & Macedonas fuiſſe. Sed ex loco paulo ſupra citato ex Nicephoro Calliſto ejus deſcriptionem habuimus, ibi enim graphice depingitur, & Drinus fluvius dicitur eum lacum ſecare, à meridionali parte in eum defluens, & per borealem exitum habens: etiam piſcibus abundare, & ut ex nomine adjacentis oppidi, qui Ἐγχελάναι, id eſt, *Anguillariæ*, à Polybio memoratur, anguillis refertũ eſſe, colligitur. Fluvius ille, qui eum ſecat, & qui à Nicephoro Drinus dicitur, ab Anna Comnena in loco nuper citato Δρύμων bis vocatur, apud Scylacem vero quater Ἄριων dicitur, vitiata ſcriptura ſine dubio; ſed ab Iſaaco Voſſio qui Δρίλων legit, commode emendatus. Nam ſic forte ejus fluvii nomen expreſſit antiquus autor Nicander in Theriacis verſu 607.

Ἶριν δ' ἣν ἔθρεψε Δρίλων καὶ Νάρονος ὄχθη.

Ubi Scholiaſtes: Δρίλων ποταμὸς Ἰλλυριῶν. Id eſt: *Drilon fluvius Illyriorum.* Dixi forte, non enim abeſt ſuſpicio, de altero fluvio intellexiſſe Nicandrum: Nam Strabo lib. 7. ſic habet: καὶ Δρίλων ποταμὸς ἀνάπλουν ἔχων πρὸς ἕω μέχρι τῆς Δαρδανικῆς. Id eſt: *Et Drilon fluvius per quem navibus aſcenditur verſus orientem uſque ad Dardanicam terram.* Quibus verbis notari alius fluvius videtur, qui in Dardania ortus, tandem cum noſtro Drymone conjungitur, & prope Liſſum in mare exoneratur, qui etiam à multis *Drinus* vocatur. Sed quoniam ii duo fluvii conjunguntur & eorum nomina parum differunt, ſæpe ab autoribus confunduntur. Sed video in neoterica tabula Turciæ ſeptentrionalis à Philippo de la Rue exarata, eum fluvium, qui ex Dardanis

nis oritur notari nomine Drilonis minoris, ad differentiam ejus, de quo nunc tractamus, à quo didiſcerit ſic vocari debere, neſcio. De ejus lacus nominis etymo doctiſſimi Samuelis Bocharti conjectura ſatis arridet: vult enim eum arundinibus fuiſſe refertum; & ideo Phœnicum lingua ita nominatum, eo quod arundines à Phœnicibus dicebantur *Lecanoth*, & contracte *Lichnoth*, & inde nomen urbi inditum à Cadmo conditore *Lichnoth*, quaſi dicas, *ad arundines*. Sed de Cadmo ejus urbis conditore, ſolus autor eſt Chreſtodorus non ſatis idoneus autor, & tantæ antiquitatis aſſertor, cui tamen aſtipulatur ex antiquorum teſtimonio, ſatis veriſimilis conjectura, qua dixerunt, Cadmum poſt Pentei mortem, relictis Thebis, vel ſponte, vel à Nycteo pulſum ad Encheleas ſeceſſiſſe Illyriorum populum, quaſi dicas ad *Anguillarios*. Nam lacus Lychnidus ab abundantia piſcium celebratus, etiam anguillis abundabat, ut ex nomine urbis Ἐγχελάναι, ad eum ſita, conjicitur, uti ſupra notavi. Ideo ſatis placet ejus lacus accolas à copia anguillarum, quas diſtrahebant, *Anguillarios* dictos fuiſſe: ſic & hodie in Hetruria, non procul à Roma, lacus olim Sabbatinus dictus, habet in ripa urbeculam dictam *Anguillara*, à copia anguillarum ſic vocatam, & lacus amiſſo antiquo nomine, *Lago de l'Anguillara* dicitur, quod ſi conſtaret Lychnidum urbem à Phœnicibus conditam fuiſſe, non deberet dubitari de ejus etymi veritate; ſed ut habeat lector quod eligat, aliud etymon producam ab ipſa Græca lingua arceſſitum. Λύχνις apud Theophraſtum lib. 5. cap. 7. recenſetur inter herbas, quæ flores æſtivos emittunt coronis aptos: Τὰ δὲ θέρινα μᾶλλον, ἡ τε λυχνὶς καὶ Διὸς ἄνθος. Quæ ſic interpretatur Gaza: *Æſtiva vero, lucernula Jovis flos*. Eum florem Plin. lib. 21. cap. 4. dicit non provenire, niſi in humidis locis.

Verba Plinii ſunt: *Eſt & quæ Græca appellatur à noſtris, à Græcis λυχνὶς, non niſi in humidis locis proveniens.* Ergo paluſtris eſt planta, à cujus abundantia dictum eſſe hunc lacum, ſuadet nomen Λυχνιδοῦς, quod habet Strabo lib. 7. ut ſupra diximus: nam ea terminatio in ους ſemper abundantiam quandam ſignificat. Sic Πυξοῦς ab abundantia buxi, Δαφνοῦς à lauru, Κερασοῦς à Ceraſo arbore, Μυρτοῦς, Ἐλαιοῦς, Ἀχερδοῦς, Σιδοῦς, Σελινοῦς, & alia ὅσα χόνις. Ad ejus lacus ripam orientalem, & ad dextrum latus ſecundum Drymonis vel Drilonis decurſum, ſitam fuiſſe in edito colle urbem Lychnidum, patet ex tabula Peutingeriana. Ad ejus lacus ripam quatuor urbes recenſet Polybius lib. 5. Ἐγχελάνας, Κέρακα, Σατίωνα, Βοιούς. *Enchelanas, Ceraca, Satiωna, Bœos*: ea ſeu oppidula, ceu pagos fuiſſe parvi momenti, patet ex eo, quod nullus alius eas memoravit præter T. Livium, qui lib. 27. de Satione meminit, quæ reddenda erat Athamanis: ſed quibuſdam non videtur eſſe eadem, de qua hoc loco Polybius, nam Nicol. Samſonius in ſua Græciæ antiquæ tabula aliam *Sationem* excogitavit prope Ænianas & Dryopas: ſcilicet motus ex eo Livii loco, qui Sationem Athamanis tribuit. Sed Athamanum regionem anguſtioribus limitibus, meo quidam judicio, coarctavit, ea enim gens, quæ proprium habebat regem, late per montes extendebatur, & copias non contemnendas eorum rex in bellum educebat, & ideo à Romanis in ſocietatem belli contra Philippum allecti ſunt, & eo tempore potentes erant Athamanes, licet olim non tam late imperitaſſent. Et ex hoc Livii loco credo Athamanas per Pindi juga uſque, ad loca circa Lychnidum habitaſſe, & ideo Sationem ſitam fuiſſe ad extremitatem lacus verſus meridiem, probabile eſt. Tribus aliis ſitum aſſignavi ſecundum ordinem, quo memorantur à Polybio, nul-

bio, nullo alio fultus argumento, de iis enim tacent alii. In Daſſaretide fuit regiuncula quædam Phœbatis, de qua jam ſupra diximus, Polybio memorata, ſed, ſine ſitus notatione, & à nullo alio, quod ſciam, memorata, ideo de ea nihil certi poteſt afferri, niſi fuiſſe verſus Macedoniæ limites. In ea fuiſſe urbes Antipatriam, Chryſondiona, Gertuntem, idem autor aſſerit, loco jam ſupra citato, ſed, quem hîc repetere non pigebit: Τῆς δὲ Δασσαρήτιδος προσηγμένον πόλεις, τὰς μὲν Φοιβάτιδας ἐπαγγελίαις. Ἀντιπάτρειαν, Χρυσονδίονα, Γερτοῦντα, πολλὴν δὲ καὶ τῆς συνορούσης ταύτης Μακεδονίας ἐπιδεδραμηκότα. Id eſt; *Daſſaretidis etiam urbes ſibi adjunxiſſe, & pollicitationibus illexiſſe. Phœbatidas, Antipatriam, Chryſondionem, Gertuntem; & finitimæ Macedoniæ multam partem incurſaſſe.* Ex his ſatis colligitur, Phœbatidem in Daſſaretidis extremis finibus verſus Macedoniam ſitam fuiſſe, ſed utrum verſus Europum, utrum altius verſus Stubera, non liquet. Urbem, quam *Gertuntem* vocat Polybius, paulo infra, eadem pagina, *Geruntem* videtur vocare, ubi de Philippo. κατελάβετο τῆς μὲν Δασσαρήτιδος Κρεώνιον καὶ Γερουῶντα. Id eſt: *Cepit Daſſaretidis quidem Creonium, & Geruntem.* Videtur eadem eſſe; in eo tamen nihil eſt certi. De Antipatria Livius lib. 1 perhibet eam in faucibus anguſtis ſitam, & ab Apiſtio, legato Sulpicii conſulis, incenſam, & funditus deletam fuiſſe. Ideo non eſt mirum, ſi de ea tacuerunt poſteriores ejus temporis autores. Dominicus Niger tradit, eam antea vocitatam *Teram* unde habeat, non ait, ideo nec conſentire, nec contradicere, in animo eſt. *Chryſondio* forte idem eſt oppidum, quod Livio *Codrio* dicitur, in eodem tractu, voce decurtata. Sed *Chryſondio* tantum apud Polybium, *Codrio* à ſolo Livio memoratur. Similiter & *Gertuntem*, ceu *Geruntem*, Livius *Gerranium* vocare videtur, ſed

 credo

credo Livium ſcripſiſſe *Gertunium*, ſono ad Romanum uſum magis accommodato, quam *Gertus*. *Orgyſſum* Polybii, Livius *Orgeſſum* vocat, ſed iis omnibus locis proprium ſitum aſſignare quis poſſet? cum de iis alibi mentio non inveniatur. Nam ſitum antiquis urbibus aſſignare, ſine probationibus, aut conjecturis veriſſimilibus, id eſt ariolari, quod tamen ſæpe factum eſt ab iis, qui neotericas Græciæ tabulas publicarunt. Sed ad alia. De Antipatria tantum dici poteſt, eam in anguſtiis illis ſitam, ab Antipatro Macedone contra Illyriorum incurſiones ædificatam fuiſſe, in montibus qui Daſſaretiam à Macedonia dividebant, quos Pyrenæos inferioris ſeculi autores nominarunt. Si Gerunium fuit verum nomen, ut T. Livius expreſſit, fuit procul dubio locus paluſtris ab abundantia ranarum dictus, nam γερωύος, teſte Stephano, in Bithynia eſt ranuncula, μικρὸς βάτραχος. Fuit etiam Daſſaretiorum Δεύρη, ſi bene de ea ſcripſit Anna Comnena Alex. lib. 12. eam enim ponit ad Drymonem, ceu Drilonem, non longe à Lychnitide lacu: locum jam ſupra citavimus, ſed ne lectori opus ſit eo recurrere, eum locum rurſus hic apponam Latine tantum, de Drilone loquitur, ceu Drymone: *Fluit autem ex Lychnitide lacu (quem nunc lingua barbara Achrida nominavit) à Mocro rege Bulgarorum, qui poſtea Samuel dictus eſt .... per incilia centum numero, quæ pontes vocamus [deductus]: defluunt enim tamquam è diverſis originibus diviſi fluvii centum indeſinenter, & ſic fluvio, qui ad Debram fluit, uniti, ex quo Drymon appellatur, & cum eo conjuncti dilatant eum, & maximum faciunt.* (addidi de meo vocem [*deductus*] quoniam in textu Græco videtur deeſſe poſt ὡς γεφύρας ἐπονομάζομεν vox ἐξωρυχθείσης vel διοχετευθείσης.) De hac urbe vel regione, quæ Δεύρη Comnenæ dicitur, mentionem fecerunt Nicephorus

Grego-

Gregoras, Georgius Logothetes, Cedrenus, Conſtantinus, Pachimerius inferioris ætatis autores: at nullus antiquorum, niſi quis velit eandem urbem fuiſſe, quæ à Thucidide Δόβηρος Παιονικὴ lib. 2. & quæ à Plinio videtur *Deborus* vocari, à Ptelemæo Δήβορος, *Deborus*. Id Sophianus exiſtimavit, non ſine veri ſimilitudine. Nam & à regione, quæ Δευρίοπος dicebatur, & fuit Pæoniæ pars ſecundum Livium, non male ἡ Δεύρη deducitur. *Doberus* vero, quæ Plinio *Deborus* & Ptolemæo, in Pæonia à Thucydide & Ptolemæo locatur, quæ fuit Macedoniæ regio ultima, verſus Illyridem, ea tamen omnia conjecturæ ſunt, quæ infirmiores videntur nobis, quam ut poſſint aſſenſum noſtrum omnino & ſine hæſitatione ſibi vindicare. Derræ certe, de quibus paſſim Barletius in vita Scanderbegi, videntur potius eſſe regiunculæ Macedoniæ finitimæ, quam urbes; ab urbe tamen Debra dictas fuiſſe, omnino perſuadeor. Sed ea forte non extabat amplius tempore Scanderbegi, quæ tamen nomen dederat Dibris, tam ſuperiori, quam inferiori: pugnat quod Pæonia non videtur extendi debere uſque ad Drymonem fluvium, nam ad Erigonium ſita erat, ut demonſtrabitur, quando de Macedonia dicendum erit. Ad quod Sophianus reſponderet forte, ſi viveret, nomina regionum modo latius, modo anguſtius ab autoribus accipi, pro ratione diverſi temporis, quod verum eſt. De ſitu & natura Dibrarum hæc ait Barletius occulatus teſtis. '*Duas namque Dibras regio habet illa, ſicut natura, ita etiam nominum diſtinctione ſejunctas: & alteram vero inferiorem, alteram ſuperiorem Epiri accolæ vocant. Inferior plana fere tota eſt, frugiferis circumdata campis, & rerum omnium fertilibus. Albani & Epirotæ incolunt loca .... Superior Dibra montuoſa eſt & aſpera, ferace tamen, & Macedoniam tam ipſa*

loci vicinitate, tum ſimilitudine morum contingens. Bulgari ſive Tribali habitant &c. Ex iis, ſi cui videtur loca illa inviſere, forſitan deprehendet, ubinam locandæ ſint eæ Dibræ. Ego niſi aliunde lux affulſerit, nihil in eo pro certo affirmare poſſum. Sequitur apud eundem Polybium Καλικοίνων χώρα, id eſt: *Calicoenorum regio*, cujus urbs *Bantia*, de iis nihil à nobis expectes, nam teſtimonia deſunt. De Bantiis, gente quadam, meminit Stephanus, ſed in Thracia eam ponit, ideo non pertinet ad noſtram Illyridem.

Daſſaretiorum etiam ſecundum Ptolemæum fuit urbs Εὐία *Evia*, ſoli Ptolemæo memorata, & ex eo Dominico Nigro. Ideo nihil de ea ſuccurrit dicendum. Fuit procul dubio parvi momenti & nominis, quando de ea tacuerunt Polybius, Livius, & Strabo: eam tamen ſecundum Ptolemæi numeros poſuimus. Fuit & Daſſaretiorum olim Πήλιον. T. Livio *Pelium*, ſi ei fides, de ea etiam in Illyriis mentionem fecerat Quadratus, teſte Stephano. Arrianus de ejus obſidione, ab Alexandro facta, prolixam ſatis narrationem fecit, ſed ex qua de ſitu nihil elicitur certi, niſi eam fuiſſe ad Eordaicum fluvium, de quo magnum apud alios ſilentium, ſtatuas & non longe ab Erigonio Macedoniæ fluvio. Ideo ſuſpicor T. Livium, qui eam in Daſſaretiis ponit, longius quam par erat, extendiſſe Daſſaretiorum fines, de ea tacere melius erit, quam incerta narrare.

Daſſaretiorum fuit etiam Πύλων *Pylum*, terminus Illyridis & Macedoniæ, ut ait Polybius in fragmentis pag. 995. in loco jam ſupra citato, locus ſic Latine ſonat: *Tota igitur Ignatia vocatur, prima quidem ad Candaviam dicitur montem in Illyrio per Lychnidium urbem, & Pylonem locum, qui diſterminat in ea via Illyridem & Macedoniam.* Quæ ipſa verba ex Polybio habet Strabo

lib. 7.

lib. 7. Non fuiſſe urbem, ſed pagum credo, eo quod Polybius, qui Lychnidium urbem vocat, Pylonem dicit locum fuiſſe. In montium anguſtiis ſitum fuiſſe, licet ex nomine conjicere: Nam perſæpe anguſtiæ in montibus vocatæ ſunt πύλαι, id eſt, *Portæ*, ut notum eſt: fuiſſe inter Lychnidum & Barnuntem in Macedonia, liquet ex eodem Polybii loco, ubi hæc immediate ſequuntur: Ἐκεῖθεν δὲ ἐστὶ παρὰ Βαρνοῦντα διὰ Ἡρακλείας καὶ Λυγκηστῶν. Id eſt: *Inde autem eſt ad Barnuntem per Heracliam & Lynceſtas.*

CAPUT XXXVI.

De ALBANIS & PENESTIS.

Supra Daſſaretios ad ſeptentrionem verſus Laberatas Albani & Peneſtæ habitaſſe videntur, & de Albanis quidem in genere ſupra multa dicta ſunt pag. 85. & ſequentibus, & de eorum incrementis. Nunc de eorum urbe, quæ nomen regioni & populo dederat, præcipua & ſola Albanopoli, ut eam Ptolemæus vocat, aliquid dicendum eſt. Ante Ptolemæum nullus de ea meminerat, ut nec de Albanis, qui olim ſub nomine Parthinorum, ut puto, comprehendebantur. Sitam fuiſſe in aſperrimis montibus ſupra Dyrrhachinorum regionem ait expreſſe Georgius Acropolita his verbis: ὁ δὲ τῆς Ἠπείρου Θεόδωρος τὸ οἰκεῖον παραλαβὼν στράτευμα, ἀντιπάττεται τῷ Πέτρῳ μικρὸν ὑπερπηδήσαντι τὸ Δυῤῥάχιον, καὶ ἐν τοῖς τῶν Ἀλβανοῦ δυσχωρίοις γεγυμνημένῳ· νικῶσι γοῦν οἱ τοῦ Κομνηνοῦ Θεοδώρου. &c. Id eſt: *Theodorus vero Epiri dynaſtes proprio exercitu inſtructus, opponit ſe Petro, qui Dyrrhachium paulo ſuperaverat, & in aſperrimis Albani locis erat. Vincunt igitur Comneni Theodori milites* &c. Prilapo urbi vicinam fuiſſe ad occidentem & arcton, patet ex

codem

eodem Logotheta, ubi de ſe ipſo loquutus: Καὶ διελθὼν ἐπὶ τῆς Χουναβίας, τὸ ὄρος τὸ κακὴν πέτραν, τὴν Ματὴν, τὴν Δέβραν τὴν Τζιτζάβην εἰς Πρίλαπον ἦλθον, ἔνθα τὴν Ἀλβανίαν κατέλαβον. Id eſt: *Et vadens & Chunabiam permeans, & montem, qui mala petra dicitur, Matam, & Debram & Tzitzabam, Prilapum veni, inde in Albaniam perveni.* Theſſalonica proficiſcebatur Logothetes, ubi Theodorus imperator erat, & inde eum miſerat: verſus occidentem igitur progrediebatur, aliquantulum ad ſeptentriones declinans, unde colligitur, Prilapum fuiſſe Albano orientaliorem, & colligitur male poſitum eſſe Prilapum in tabula recenti Turciæ meridionalis, ubi ponitur recta ad ſeptentrionem Albani. Sed idem Logotheta derogat fidem ſibi ipſi, in alio loco pag. 77. editionis regiæ ubi ſic legitur: Ἐξορμήσας οὖν τοῦ Δυρραχίου, καὶ διελθὼν τὰ τῆς Χουναβίας, καὶ τὸ ὄρος ὑπερβὰς, ὃ δὴ κακὴν πέτραν κατονομάζουσι, εἰς τὰ περὶ τὴν Μάτην ἀπῄειν κἀντεῦθεν περὶ τὴν Δέρβην (lego Δέβρην) ἀφικνοῦμαι διὰ τῆς Κυτζαβίας παρίων ἐπὶ τὸν Πρίλαπον ἐγινόμην. Id eſt: *Dyrrhachio igitur profectus & Chunabiam pertranſiens, & ſuperans montem, quem malam petram vocant, in Matam abivi, & inde Debram veni, & per Debram procedens Prilapum acceſſi.* Ecce quam contrarius hic locus præcedenti, qui tamen præferendus videtur: nam hic expreſſe dicit, de Dyrrhachio profectum, quod forte ſubintelligendum eſt in præcedente loco, & eum Dyrrhachium primo veniſſe per aliam viam, & deinde Dyrrhachio profectum, iter verſus Prilapum & Albanum feciſſe, aliter de ea contradictione non me extrico. De Prilapi ſitu, licet plures inferioris ſeculi de ea mentionem fecerint, (nam Cedrenus, Anna Comnena, Nicetas, Georgius Acropolita, Cantacuzenus, & Laonicus de ea meminerunt) ex iis tamen ejus urbis verum

ſitum

ſitum expiſcari nullo modo potui. In Caſtaldi mappa ponitur ad Drymonem fluvium, & *Prilep* proprio nomine notatur, ad occidentem Caſtoriæ urbis. Fuiſſe urbem munitam & celebrem patet ex ejuſdem Acropolitæ de ejus obſidione narratione. Inter Prilapum & Preſpam, Macedoniæ urbem, fuit Siderocaſtrum caſtellum ceu oppidum, de quo Acropolita in hiſtoria & in Chronico: Διαβὰς τὴν Πρέσπαν, καὶ τὸ οὕτω πως ἐπονομαζόμενον Σιδηρόκαστρον τῷ Πελλάπῳ προσέσχον. Id eſt: *Cum tranſiviſſem Preſpam & Siderocaſtrum ſic denominatum, Prilapum veni: Cutzabis* vel *Tzitzabe* nomen oppidi vel caſtelli, extat apud eundem Acropolitam, & videtur fuiſſe inter Debram & Prilapum ex itineris ratione, in loco ſupra citato. Cæterum omnes recentes Græciæ tabulæ, ut Samſonii & Philippi à Vico, Albanopolim ponunt ad Drymonis ripam, quam bene neſcio, nec quales habeant ejus poſitionis autoritates. Sophianus Drymonem in Daſſaretiis non habet maximo errore. Albanopolim poſuit ſecundum Ptolemæi numeros. Caſtaldus Drilonem & Lychnidum ponit, Albanopolim non habet. Sed Crojam ponit, eodem fere ſitu, quo Ptolemæus & Sophianus Albanopolim poſuerunt: & video multos in eo conſentire, ut Albanopolis antiquorum fuerit Croja, Scanderbegi regia, moti, ut credo, authoritate Acropolitæ Logothetæ, qui hiſtor. pag. 50. & Chronici pag. 136 editionis regiæ habet diſerte: τὸ ἐν Ἀλβανῷ φρούριον τῆς Κρόας. Sed non ſequitur id quod putant: Nam τὸ Ἀλβανὸν, licet olim ſæpe pro Albanopoli ponatur, Acropolitæ ſeculo fere ſemper pro tota regione ſumebatur: Tum ab ea ſententia me demovet locus inſignis Barletii Scodrienſis, cui in ſuæ patriæ rebus non eſt fides deroganda. Is lib. 1. fol. 15. verſo de Albania & ejus urbibus ſic lo-

quitur: *Hæc omnia, quæ numeramus oppida nullum antiquæ memoriæ conditorem habent. Nam illa, quæ veteres Macedoniæ & Epiri reges conſtruxere, ut Mæandria Heraclea, Toglus, Nicopolis, Echinus, Leucas, & alia nonnulla, quum Latini nominis hoſtes, vel potius magis generis humani incendia & peſtes Gothi & Gallo-Græci orbem invaſere, diruta ab iis omnia & ſolo æquata fuerunt; unde provinciales & locorum reguli........cum difficilem veterum reliquiarum reparationem viderent, & æque, ſi fuiſſent reparatæ illæ urbes, omni priſtinæ calamitati & hoſtium injuriæ obnoxiæ, quia majori ex parte campeſtres erant, in altiſſimis montium jugis ſedes ſibi eligentes, hæc caſtella condidere, puſilla adeo, quod neque locorum habitudo majorem circuitum murorum patiebantur, & ut facilior foret earum defenſio, cum aliqua vis hoſtium ingrueret. Licet Croja, ut imperii caput, ſicut pulcherrima omnium, ita ampliſſima ſit. Conditorem ejus fuiſſe Carolum invenio divitem virum, ex nobili Thopiarum genere, qui, tempore quo Scanderbegus Epiro potitus eſt, in Scuria, haud ignobili Epiri parte, inter Tyrannam & Dyrrhachium imperitarunt.* Ex his verbis colligo incaſſum futurum laborem ejus, qui priſca Illyridis urbium nomina tentaret nominibus recentioribus locorum accommodare, & ideo illos, qui Albanopolim antiquam putant eandem eſſe, quæ nunc Croja dicitur, falſos eſſe; licet forte non longe à loco, ubi olim Albanopolis ſita erat, qui nunc ignoratur, ſita ſit. Barletius etiam ejus conditorem nominat, non inſtauratorem, & ſi crediſſet fuiſſe antiquam Albanopolim, id certe non tacuiſſet, neque ſitum ejus in excelſa rupe: ſed quæ circum circa campos patentes habet, non convenit Albanopoli, quæ in aſperitate montium ſita erat, ut ait Georgius Logothetes in Chronico Conſtantinopolitano.

Ideo

Ideo credo *Crojam* ſitam fuiſſe ad montium pedes, jam in planum deſinentes, & pars illa montium, quæ Crojæ imminebat, *Tumeniſtus* pluries à Barletio vocatur.

Albanorum contermini, ſed orientaliores & Macedoniæ viciniores, fuerunt Peneſtæ, ceu Peneſtiana terra, ut à T. Livio vocatur. Is ſolus eſt, ex quo nobis innotuit ea regiuncula, nec dubito ea omnia, quæ de eo tractu habet, ex Polybio ſumpſiſſe. Ea regio *Stuberam* Macedoniæ urbem vicinam habuit, ut ex Livii narratione ſequitur; uſque ad Labeatas ad ſeptentrionem extendebatur: præcipuam urbem habuit *Uſcanam*, *Daudracum* caſtellum in itinere ad Oænæum, urbem aliam borealiorem & numitiſſimam in ipſis verſus Labeatas limitibus. Hæc omnia ex T. Livio patebunt. Is enim lib. 43. de Perſeo, bellum ad verſus Romanos meditante, imo gerente, ſic ait: *Stuberam venit, inde frumento plurium dierum ſumpto, juſſoque apparatu oppugnandarum urbium ſequi, tertio die ad Uſcanam (Peneſtianæ terræ ea maxima urbs eſt) poſuit caſtra.* Narrat deinde quomodo deditionem fecit ea urbs, deinde ſequitur: *Perſeus præſidio Uſcanæ impoſito, multitudinem omnem deditorum, quæ prope numero exercitum æquabat, Stuberam abducit.* Et paulo poſt: *In Peneſtiam exercitum reducit, ad Oænæum oppidum in poteſtatem redigendum: & alioqui opportune ſitum; & tranſitus ea eſt in Labeatas, ubi Gentius regnabat. Prætereunti frequens caſtellum, Daudracum nomine, peritorum quidam regionis ejus, nihil Oenæo capto opus eſſe ait, niſi in poteſtate Daudracum ſit: opportunius etiam ad omnia poſitum eſſe. Admoto exercitu omnes extemplo dediderunt ſe.* Narrat deinde, quomodo dum ad Oænæum pergit, plura caſtella dedita fuerunt deinde: *Ad Oænæum perventum eſt, quod ſine juſta oppugnatione capi non poterat...... & validum oppidum*

mœnibus erat, & hinc amnis Artatus nomine, hinc mons præaltus & aditu difficilis cingebat. Narrat deinde ejus urbis expugnationem: *Stuberam inde victor revertens, ad Gentium legatos Pleuratum Illyrium exulantem apud ſe, & Aputeum Macedonem à Berrhœa mittit.* Hic notandum eſt, Livium vertiſſe ἐκ Βεῤῥοίας vel ἀπὸ Βεῤῥοίας *à Berrœa*, at debebat vertere *Beræenſem*. non enim miſſus eſt à Berrœa ſed à Stubera: *hi tranſgreſſi jugum Scordi montis, per Illyrici ſolitudines Scodram labore ingenti tandem pervenerunt.* Ex his Livii locis aſtruuntur ea, quæ de Peneſtis, & eorum urbibus dixi, nimirum eos vicinos fuiſſe Macedoniæ circa Stuberam, & uſque ad Labeatas pertinuiſſe, Uſcanam urbem habuiſſe Macedoniæ viciniorem, Oenæum vero oppidum in alia regionis extremitate ad Labeatarum terminos, in medio vero itinere Daudracum caſtellum. *Artatus* ille fluvius, parvi nominis, & à nullo alio memoratus, in Drilonem ut veriſſimile eſt, influebat, vel forte in Axium, ſed de eo nihil affirmare poſſum: in neotericis tamen tabulis fluvius quidam à Scordo monte deſcribitur in Drilonem influens, inter Labeatas & Peneſtas, eum credo eſſe Artatum, ſi quis de eo certiora docuerit, accedam lubens. Scordum montem fuiſſe inter Labeatas & Peneſtas, etiam ex hoc loco videtur colligi poſſe, nec plura de ea gente apud antiquos inveniuntur. Inter urbes, quas Dyrrhachii præfecto ceu Conſiliario attributas Conſtantinus Porphyrogeneta ponit, fuit urbs nomine *Pulcheriopolis*, de ea urbe apud omnes, quos mihi videre contigit autores, magnum ſilentium, neque de ejus ſitu nos docet Conſtantinus: ideo de ea urbe nec de regione ubi ſita erat aliquid certi colligere poſſumus. Conjecturam tamen noſtram tibi, candide lector impertiri in animo habemus, quam, ſi non

pla-

placet, repudiare tibi per nos licebit. Pulcheriopolim igitur puto conditam fuiſſe tempore Theodoſii Junioris, quo ſoror ejus Pulcheria totum orientale imperium ſapienter gubernabat, & in ejus honorem nomen inditum fuiſſe urbi, non dubito. Principes enim potentes facti, ſolent id affectare, ut nomen ſuum urbibus à ſe conditis, aut inſtauratis imponant. Id non eget probationibus, ſuppetunt enim exempla ὅση κόνις. Ea urbs igitur nomen habuit à Pulcheria, principis ſorore, à cujus nutu poſt Eudoxiæ ſeceſſum omnia pendebant. Pulcheria vero à pulchro nomen habebat. Ideo Bulgaros qui diu in noſtra Illyride prævaluerunt, & pluribus locis, mutatis Græcis vel Latinis nominibus, Bulgarica nomina indiderunt: ejus urbis nomen, ſignificatu retento, Bulgarica dialecto Belgradum dixerunt, quod lingua Sclavonica, qua Bulgari utebantur, *pulchram urbem*, vel *pulchræ* ſignificabat: Nam *grad* urbem ſignificat, & *bel* in omnibus fere ſeptentrionalibus populis, *pulchrum* valet: ex *Pulcheriopoli* igitur *Belgradum* dicta fuit ea civitas, quæ nunc *Belgrado* dicitur à Caſtaldo in ſua Græciæ mappa, & ad Aoum fluvium ponitur, quem ſequuti ſunt omnes recentiores. Ea urbs, nomine à Græcis aliquantulum detorto, prius Βελλεγράδα τὰ plurali numero Nicephoro Gregoræ dicta eſt, ut etiam à Pachymerio, quem citat Leo Allatius in notis ad Acropolitam pag. 273. Poſtea vero à Cantacuzeno Βαλλαγρίδα ſæpius nominata eſt, & videtur fuiſſe ejus principis tempore totius Macedoniæ littoralis, ceu Illyridis, de qua agimus, urbs præcipua & quaſi metropolis, ob ſitum expugnatu difficillima: ſic enim de ea Gregoras lib. 3. cap. ultimo de Michaëlis Ætoliæ Deſpotæ & Epiri dynaſtæ in Macedoniam irruptione: οἱ μέν τοι πολέμιοι περικαθίσαντες ἐπολιόρκουν τὸ τῶν Βελλεγράδων ὑψηλόν τι καὶ (ὡς εἰπεῖν) ὑπερ-

νέφελον Φερέερον, μελέτην ἔχοντες μετὰ τὴν ἐκείνης καταστροφὴν, ὡς ἐξ ὁρμητηρίου λαμπροῦ τινὸς κεχύσθαι, καὶ κατὰ τῆς ἄλλης δυτικῆς τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας. Id eſt: *Hoſtes igitur circumſedentes oppugnabant Bellegradum caſtellum altiſſimum, & (ut ita dicam) ſupernubilum, eo conſilio, ut poſt ejus oppugnationem, ex eo, tamquam ex belli ſede eximia, in omnes occidentales Romanas provincias effunderentur.* Idem Gregoras lib. 9. cap. 3. de ſenioris Andronici imperatoris præparatione ad bellum contra Andronicum Juniorem nepotem ſuum rebellantem, ſic ait: Ἐπὶ τούτοις γραφὰς λανθανούσας ἐξέπεμψε πρὸς τὸν τῆς Κράλην Σερβίας περὶ συμμαχίας......... καὶ τοὺς δύο ἀνεψιοὺς ἐκεῖσε περὶ τὴν ἐπιτροπὴν τῶν Βελλεγράδων καὶ τῆς ἄλλης Μακεδονίας τηνικαῦτα διατελοῦντας. Id eſt: *Ad hæc clandeſtinis litteris invitavit ad belli ſocietatem CralemServiæ........ & duos fratris filios, qui tunc ad cuſtodiam Bellegradorum & ceteræ Macedoniæ, inibi degebant.* Ex his patet, fuiſſe locum primarium, & in tota Macedonia cura & cuſtodia digniſſimum, de eo Cantacuzenus lib. 2. cap. 32: Ὅτι οἱ περὶ Βαλάγριτα καὶ Κάνινα νεμόμενοι Ἀλβανοὶ εὐχερεῖς ὄντες πρὸς μεταβολάς. Id eſt: *Quod ii, qui circum Balagrita & Canina habitabant Albani, ad mutationes faciles.* Et paulo poſt de iiſdem: λῃστείαις καὶ φανεραῖς ἐπιδρομαῖς ἐπίεζον τὰς πόλεις τὰς ἐκεῖ. Id eſt: *Prædationibus & manifeſtis etiam incurſionibus urbes, quæ ibi ſunt, vexabant.* Et ſtatim: Βαλάγριτα καὶ Κάνινα ἐκάκουργον πάνυ, καὶ Φρούριον τι Σκρεπάριον ὀνομασμένον καὶ τὴν Κλεισοῦραν Τίμωρόν τι, φρούριόν τι καὶ αὐτὸ ἑσπέριον περὶ Βαλάγριτα ᾠκισμένον, παρεστήσαντο ἤδη, καὶ βεβαίως εἶχον. Id eſt: *Balagrita & Canina omnino vexabant, & caſtellum quoddam nomine Screparium, & Cliſuram, & Timorum caſtellum etiam quoddam occidentale, deditione facta, obtinuerunt & firmiter poſſidebant.* Pachymerius etiam Canina

nina & Bellegrada, tamquam vicina caſtella, conſequenter nominat, ut eum citat Leo Allatius, in notis ad Acropolitam fol. 273. ubi de Joanne magno domeſtico ſic ait: καὶ ἀπλέρῳ τάχει αἱρεῖ μὲν τὸ περὶ τὰ Κάνινα φρούριον, αἱρεῖ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ Βελλέγραδα, καὶ Πόλογον. Id eſt: *Et maxima celeritate capit quidem caſtellum ad Ganina ſitum, capit etiam, id quod ad Bellegrada ſitum eſt, & Pologum.* Sed & locum fuiſſe ſatis amplum & commodum, patet ex imperatoris in eo mora, de qua Cantacuzenus eod. lib. & cap: Αὐτὸς δὲ διενοεῖται ὡς εἰς Ἀκαρνανίαν ἐμβαλῶν, ἔτι δὲ κατὰ τὰ Βαλάγριτα διατρίβοντι λόγος Ἀκαρνᾶσι πολὺς ἐγένετο περὶ αὐτοῦ, φήμη γὰρ ᾔει ὡς αὐτοῖς ἐπιστρατεύοι. Id eſt: *Ipſe autem expeditionem in Acarnaniam in animo verſabat, & eo apud* Balagrita *morante, multus de eo ſermo inter Acarnanas fiebat, fama enim erat, quod in eos exercitum ducturus erat.* Et cap. ſequente, de legatis ad imperatorem ab Acarnanibus miſſis, ait: Οἱ δὲ εἰς Βαλάγριτα ἐλθόντες προσεκυνήσάν τε τὸν βασιλέα καὶ διελέχθησαν περὶ ὧν ἧκον. Id eſt: *Qui* Balagritam *cum veniſſent imperatorem venerati ſunt, & cum eo de cauſa adventus eorum loquuti ſunt.* Ex his locis concludo, Belgradum fuiſſe olim φρούριον caſtellum, ſed poſtea urbem ſatis amplam, inter Illyridis noſtræ urbes conſpicuam, & plurimi ad provinciæ ſecuritatem momenti, finibus Epiri & Caninis vicinam; & ei quoque Timorum quoddam caſtellum vel vicinum, vel non ita procul remotum fuiſſe, quod ob paludes difficilis erat acceſſus τόπος ἑλώδης καὶ δύσβατος (ut ait Anna Comnena lib. 13.) à quo Timoro puto regionem vicinam à Turcis *Tamoriza* appellatam fuiſſe, quod nomen extat in Caſtaldi tabula. Ad Aoum fluvium non male poſitum Belgradum à Caſtaldo conjicio, ex Barletii locis quibuſdam ſimul collatis: eam enim urbem alio nomine *Albam Græcam* vocatam fuiſ-

ſe ex-

ſe expreſſe ait in vita Scanderbegi fol. 245. verſo, his verbis: *Quis enim Albam Græcam, quam noſtri* Belgradum *vocant, à manibus furoreque ſæviſſimi tyranni protexit, niſi præces?* At ille idem autor fol. 234. verſo, Albam Græcam prope flumen Aoum ſitam aſſerit, ſic enim ait: *Ab eo in quadam planicie, quæ ab incolis Saura dicitur, prope flumen Aoum, juxta Albam Græcam Epiroticæ terræ .... cum omnibus copiis cæſus eſt.* Nec te moveat, lector, quod eam urbem Epiroticæ terræ fuiſſe dicit: Nam ab eo tempore quo Illyris noſtra Epirus Nova vocata fuit, differentia inter Epirum proprie dictam & Illyridem noſtram evanuit, & Scanderbegus ab omnibus fere dictus eſt Epirotes & Epiri dynaſtes, licet in Epiro proprie dicta nullum jus habuerit, quæ ab Ariamnitis eo tempore poſſidebatur, ut idem Barletius nos docet paſſim.

In ejuſdem Aoï decurſu, ſed multo ſuperius verſus montes, qui Epirum à noſtra Illyride dividunt, Caſtaldus debuit ponere *Auoſtena*; ſed ſive ipſe Caſtaldus, ſive tabulæ exarator erraverit, is locus ponitur in iis quidem montibus, ſed ad fluvium *Argenta*, non ad Aoum, male: Nam ut jam ſupra diximus, nomen ipſum eos docere debebat, fuiſſe cum locum in ipſis Aoï anguſtiis. Ἀώου στενὰ nihil aliud ſonat, quam *Aoï anguſtiæ*: ſed quoniam ille locus videatur Chaoniæ accenſeri à Plinio, de eo loco dicendum erit, quando Chaoniam tractabimus, quod etiam de *Antigonia* dicendum eſt.

Glabinitza urbs bis aut ter ab Anna Comnena memoratur, & ejus tempore videtur fuiſſe meridionalis Illyrici caput, vel urbs notabilis & munita, ſic enim ea lib. 5. initio: Ὁ μὲν οὖν Ῥομπέρτος (ait) ...... τὸ Δυῤῥάχιον πολιορκῶν ..... ἐβούλετο ἢ καὶ αὖθις ἀποπειρᾶσθαι τῶν τούτου τειχῶν, ἢ τὴν πολιορκίαν εἰς τὸ ἐπιὸν ἔαρ ἀποφυλάξασθαι,

ξασθαι, τὸ παρὸν δὲ τὴν Γλαβινίτζαν καταλαβεῖν, καὶ τὰ Ἰωάννινα κἀκεῖσε παραχειμάσαι καταθέμενον τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν εἰς τὰ ὑπερκείμενα τέμπη τῆς πεδιάδος Δυρραχίου. Id eſt: *Robertus igitur Dyrrhachium oppugnans .... conſultabat, an oportebat rurſus illius urbis muros attentare, vel oppugnationem in ver proximum differre, in præſens vero Glabinitzam occupare & Joannina, & ibi hybernare, & exercitum omnem diſtribuere per valles anguſtas, quæ in campos Dyrrhachii ſeſe aperiunt*. Et rurſus lib. 13: Ὁ δέ γε Ἀλυάττης μετὰ τῶν ἑτέρων λογάδων τὴν Γλαβινίτζαν φυλάττων, πρὸς τὴν πεδιάδα κατῆλθεν. Id eſt: *Alyattes vero, cum electis militibus Glabinitzam cuſtodiens, in planitiem venit*. Et paulo poſt de Cantacuzeno ab imperatore miſſo ad bellum contra Baïmundum, qui quidem imperator Cantacuzenum deducens, ἐφθακὼς τὴν Κλεισοῦραν, τὴν ἐγχωρίως οὕτω καλουμένην Πέτραν, καὶ αὐτοῦ που ἐγκαρτερήσας, πολλοῖς τε λογισμοῖς καὶ στρατιωτικοῖς ἐπιχειρήμασι ἐφοδιάσας αὐτὸν, καὶ τὰ λῷονα ὑποθέμενος, πρὸς Γλαβινίτζαν χρησταῖς ἐλπίσι θαρσοῦντα ἐκπέμπει. ἐκεῖνος δὲ πρὸς Διάβολιν ἐπανέτρεψεν. Id eſt: *Uſque ad Cliſuram vulgo vocatam Petram, & ibi aliquantulum moræ faciens, multis admonitionibus & militaribus præceptis eum præmuniens & utiliora ſuggerens, optima ſpe firmatum ad Glabinitzam præmittit: ipſe vero Diabolim revertitur*. Ex his tribus locis colligitur, Glabinitzam fuiſſe urbem ad belli totius adminiſtrationis ſedem idoneam, non longe à Joanninis. Id ex primo & tertio loco patet: item fuiſſe urbem in montibus ſitam, ſed regioni campeſtri & planæ vicinam, quod ſecundus locus aſtruit. Item ex Macedonia per Diabolim & Petram ad eam urbem iter fuiſſe, quod ſatis expreſſe docet locus ultimus. Sed notandum in tribus illis locis diverſe ſcribi ejus nomen, in primo per ι. Γλαβινίτζαν, in ſecundo per η Γλαβηνίτζαν, in ter-

tio per υ γλαβωνίτζαι. Hanc confuſionem gignit Jotaciſmus,ab antiquorum pronunciatione degenerans:Nam qui ſcribit ex ore dictantis, neſcit quomodo nomen proprium ſcribendum ſit. Cæterum ex ſolo nomine concludere licet, eam urbem in montibus ſitam fuiſſe, vel in montium anguſtiis. Nam Bulgari,qui nomina nova Bulgarica locis Thraciæ & Græciæ impoſuerunt, montem *Hæmum,Vaſtelitza* vocarunt,*Scomium Curatitza,Pyrenæorum* ſeu Pindi partes quaſdam, *Denorignitza*, & montes ad *Diabolim Demonignitza*, quaſi dicas Diaboli montem. Urbes in anguſtiis ſitas habuerunt *Mitrovitza, Cognitza, Pabitza, Suranitza*, *Caminitza*, ut quis obſervare poteſt in tabulis recentiorum. Sunt alia urbium & caſtellorum nomina in tabulis Magini, Caſtaldi & aliorum, qui hoc ſeculo poſt illos Græciæ tabulas delinearunt & publicarunt: ſed cum de iis nulla apud autores Græcos, vel recentiores, fiat mentio, credo ea nomina à Turcis fuiſſe indita, poſtquam ea regione potiti ſunt, & eam, ut eorum mos eſt, deletis pleriſque antiquis oppidis, vaſtaverunt; novis ad culturæ neceſſitatem conditis, & ſua lingua nominatis, ejuſmodi ſunt *Elactaſagni*, *Premuli*, *Tochmolicati*, *Baſſan*, *Ranina*, *Popelus*, Babia, *Corianni*, *Dardaſi*, de quibus nihil à me expectes candide lector, Antiquam enim Græciam dare ſatagimus, non Turciam hodiernam. Et hæc ſunt, quæ de Illyride, quæ poſtea Macedonia ſecunda, & Epirus Nova dicta eſt, apud antiquos Græcos & Latinos inveni.

LIBER

LIBER SECUNDUS

DE

EPIRO VETERE.

Caput I.

Poſt Illyridem, ſequendo littus maris Jonici, meridiem verſus & orientem, ſequitur *Epirus* Ἤπειρος, ſic procul dubio vocitata regio ab inſulanis Corcyræis, Cephaleniis & Zacynthiis, imo & à Peloponneſi habitatoribus, qui, cum in inſulis ſupra dictis commercia haberent, ad continentem etiam, lucri gratia & commutandarum mercium, frequentabant, & eam terram Ἤπειρον, id eſt, *ſine termino* vocaruut. Quæ vox à Latinis *Continens* eorum lingua dicta eſt, & ad differentiam inſularum, & ipſius etiam Peloponneſi, quæ & inſula vocabatur, id nomen tandem obtinuit, & vox ſignificativa appellativa facta eſt & propria. Antiquiſſimum ejus regionis nomen fuit, Αἴσα, ſi fides Etymologico: Αἴσα δὲ ἡ Ἤπειρος τὸ παλαιὸν οὕτως ἐκαλεῖτο, καὶ οἱ κατοικοῦντες Αἴσιοι. Id eſt: *Æſa etiam Epirus olim vocabatur, & incolæ Æſii.* Quod unde acceperit, fateor me ignorare. Homerus certe ea voce non eſt uſus, ſed Epirum nominat. Οἵ τ' Ἤπειρον εἶχον. Id eſt: *Et qui Epirum habebant.* Ejus regionis terminus ad ſeptentriones fuit Illyris, de qua ſupra, & Acroceraunia, de quibus jam abunde tractavimus. Ab occidente vero & meridie ora maris Jonii, ceu, ut apud Ptolemæum, Adriatici, prætendebatur; nam littus maritimum Epiri oblique à circio ad euronotum procedit. Ab oriente brumali lacu Ambracico finiebatur, & ab eo linea ad montes Amphilocho-

rum ducta: verſus aquilonem vero & orientem, æſtivum continua montium catena à Theſſalia dirimebatur, quæ partem Pindi montis faciebat. (Scio Ptolemæum ad orientem Epiri limites extendere uſque ad Acheloum, Acarnanas ſcilicet cum Epiro comprehendendo. Eum ſequutus eſt Maginus in ſua Græcia, ſed ſecundum ſui temporis diviſiones id fecit. Antiqui enim Acarnanes ab Epirotis diſtinguebant) eos montes Chaones & Atintanes verſus Illyridem & Acroceraunia habitabant: poſt eos Athamanes, Tymphæi, Æthices, Moloſſi, Talares, Perhæbi, & alii ignobiliores populi eam montium catenam incolebant, de quibus ſpeciatim poſtea dicemus. Sed licet ii montes generali nomine *Pindus* dicti fuerint, limes communis inter Epirum & Theſſaliam, tamen Theſſaliæ potius tribuitur, non Epiro. Fuiſſe eos montes ad ſeptentrionem Epiri ex Ptolemæo colligitur, qui poſtquam Macedoniæ limitem ſeptentrionalem & occidentalem poſuit, hæc addit: Ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ ἐντεῦθεν παρὰ μὲν τὴν Ἤπειρον ἕως πέρατος, οὗ θέσις μθ΄. λη΄. γ΄. ἐφ᾽ ἧς γραμμῆς διατείνεται τὸ Πίνδον ὄρος. Id eſt: *A meridie vero ducta* (linea) *hinc juxta Epirum uſque ad finem, cujus gradus* 49. 38. 30. *in qua linea extenditur* Pindus. Nam ſi linea ducta juxta Epirum, vel ſecundum Epirum, eſt terminus meridionalis Macedoniæ, ſequitur eandem lineam eſſe limitem ſeptentrionalem Epiri. Sed notandum eſt, ſub nomine Macedoniæ Ptolomæum intelligere Theſſaliam, eo quod ſuo tempore à Romanis Theſſalia pars Macedoniæ cenſebatur. Et notandum etiam Ptolemæum τὸ Πίνδον in neutro genere poſuiſſe: cum omnes antiqui in fœminino genere eum montem expreſſerint τὴν Πίνδον. Sed eum montem fuiſſe ad ſeptentrionem Epiri, patebit infra, dum particulatim de regiunculis & urbibus E-

piri tractabimus. Inferioribus ſeculis ea montium catena alio nomine vocata eſt, ſcilicet Pyrenæi montes Πυῤῥηναῖα ὄρη, & ita Georgius Acropolita eos vocat hiſtor. cap. 81. Συνεστάλησαν οὖν μέχρι τῶν οἰκείων ὅρων, εἴτ' οὖν τῶν Πυῤῥηναίων ὄρων, ἃ δὴ διορίζει τὴν παλαιάν τε καὶ νέαν Ἤπειρον τῆς Ἑλληνίδος καὶ ἡμετέρας γῆς. Id eſt: *Repreſſi fuerunt igitur uſque ad proprios terminos, vel Pyrrhenæos montes, qui diſterminant Veterem & Novam Epirum à Græca noſtraque terra.* Eorum montium nomen varie admodum apud autores ſcribitur, ecce hoc loco Πυῤῥηναῖα vocantur. Sed apud eundem Acropolitam in Chronico compendiario ubi eadem hiſtoria & iiſdem fere verbis, Πηρηναῖα nuncupantur, & non multo poſt cap. 82. ſic habet: Ὁ δὲ Στρατηγόπουλος σὺν ἑτέροις τὰ Πηριναῖα ὑπερβάντες ὄρη. Id eſt: *Strategopulus cum aliis* Peri*næos montes cum ſuperaſſent.* Ex iis tam diverſe ſcriptis nominibus conjicio, verum nomen fuiſſe Πυρηναῖα *Pyrenæi montes.* Nam firmiter credo, tale nomen iis montibus inditum fuiſſe à Francis, Aquitanis, & Vaſconibus, qui diu in iis locis bellum geſſerunt, quod eos videbant ſimiles montium catenæ, qui in eorum patria eminebant, & diſterminabant eorum regionem ab Hiſpania. Eam regionem poſtea vocatam fuiſſe Epirum veterem, ad differentiam Epiri novæ; quo nomine Illyris ſupra deſcripta, cenſita eſt, ſupra probavimus. Poſtea & ſub nomine Albaniæ conprehenſa fuit, Albanis populis vagis, & ſine lare, ut plurimum, huc uſque excurrentibus, & plurima loca ibi ſita firmiter poſſidentibus, quod ait Cantacuzenus, quem ſupra citavimus: Sed de Albanis cum ſatis fuſe ſupra cap. 12. dixerimus, inutile foret, ea repetere, & lectorem obtundere non neceſſaria ταυτολογίᾳ. Nunc etiam equites, qui illinc ad nos commeant, ab Epiro & regionibus vicinis, à noſtratibus vocantur *Albanois.*

habitavere olim nationes diverſæ quatuordecim, ut olim numerabat Theopompus, teſte Strabone. Sed quoniam Theopompi textum non citat, de iis tantum mentionem facere nobis incumbit, qui præcipui fuerunt & ab autoribus celebrati. Ii fuerunt *Chaones*, *Theſproti*, *Moloſſi*, *Atintanes*, *Athamanes*, *Tymphæi*, *Caſſopi*, *Abantes*. Et de his ultimis jam ſupra dictum eſt in Illyride; ſed à Proxeno olim inter Epirum habitantes cenſebantur, teſte Stephano, in Χαόνια. Sed quoniam in ipſo limite inter Illyridem & Epirum habitabant, & cum Apolloniatibus vicinis bella geſſerunt, ideo de iis dicere ſupra oportuit. Amphilochi etiam à quibuſdam ultimi Epirotarum cenſiti ſunt. Sed & ultra *montes* ad Ambracicum lacum accolebant, & à pluribus inter Acarnanas cenſentur, de iis populis ſigillatim dicendum eſt.

CAPUT II.

De CHAONIA.

Primi igitur Chaones in occidentali & boreali parte Epiri habitaverunt uſque ad Ceraunios montes, de quorum origine variæ apud autores ſunt ſententiæ, & ſi fides Stephano in Χαονία, à Pelaſgis originem habuerunt Chaones, qui Πελασγίδα Χαονίαν à quibuſdam appellatam fuiſſe ait. Et ſatis veriſimilis ea origo videtur; Pelaſgi enim olim vagi, & ſine certo lare, Græciæ partes fere univerſas, tunc non ſatis cultas aut habitatas, peragrarunt, & ab iis antiquiſſima eſt Græcorum fere omnium origo, de quibus ſupra abunde diximus. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Equites pag. 292. ad hæc verba αὐτὴ χῆνμ' ἐν Χαόσι, duplices Chaonas facit, quorum alii in Epiro, alii in Thracia fuerunt; ſed non decernit de

inducor, ut credam, quæ de noſtra Epiro ſcripſit: præſertim Epirum campos non habere. *Id credat Judæus apella, non ego:* ut nec quod ait paulo ante ad eadem verba: *Portuque ſubimus Chaonio. Hæc autem civitas, ait, eſt in Epiro, cujus pars Chaonia, quæ ante Moloſſia dicta eſt.* Nam infra ex Strabone docebimus, Chaonas antiquiores fuiſſe Moloſſis, & regionem à Chaonibus prius dictam fuiſſe Chaoniam, poſtea vero Moloſſos prævaluiſſe, & ideo caſtigandus eſt Dominicus Niger, qui male Servium ſequutus eſt. Aliam originem iis tribuit Abrahamus Ortelius, nempe ab Oenotris antiquis Italiæ populis, ſed ex male lecto, & intellecto Ariſtotelis loco, qui ſic habet Politic. 7. cap. 10. de antiquis Italiæ habitatoribus: ᾤκουν δὲ τὰ μὲν πρὸς τὴν Τυῤῥηνίαν Ὀπικοὶ, καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν Αὔσονες, τὸ δὲ πρὸς τὴν Ἰαπυγίαν καὶ τὸν Ἰώνιον Χῶνες· ἦσαν δὲ καὶ οἱ Χῶνες Οἰνωτροὶ τὸ γένος. Id eſt: *Incolebant autem eam partem, quæ Tyrrheniam attinet Opici, qui & prius & nunc Auſones nominantur, partem vero quæ ad Japygiam & Ionium vergit Chones: erant autem Chones Oenotri origine.* Hunc locum Leonardus Aretinus male legerat, & Chaones pro Chones poſuerat, qua contentus verſione Ortelius, Græcis litteris non ſatis imbutus (ut ex pluribus ejus locis obſervabit, quicunque in eam curam incumbet) putavit Chaonas fuiſſe Italicam gentem, ab Oenotris oriundam. Sed in eo magis obſervare ejus errorem, quam eum ſequi debemus. Nec in eo imitandus eſt Philippus Brietius, qui ſine examine Ortelium in eo errore ſequutus eſt in ſuis geographicis parallelis partis 2. lib. 3. paragrapho *Epirus*. Thucydides lib. 2. videtur eos barbaros facere, dum de Ambraciotis ſic ait: τὴν δὲ τὴν στρατιὰν ποιοῦνται αὐτῶν τε καὶ Χαόνων καὶ ἄλλων τινῶν πλησιοχώρων βαρβάρων. Id eſt: *Cum*

autem exercitum faciunt ex ſuis ipſis & Chaonibus, & aliis quibuſdam vicinis barbaris. Dixi videtur, non enim liquet, an ipſos Chaonas inter barbaros numeret, nec ne. Sed alio loco ſolvit dubium, eos enim diſerte barbaros vocat eodem lib. 2. non multis poſt locum citatum paginis, ubi de claſſe Lacedæmonica & Cnemo navarcho & auxiliis loquitur, ſic ait: Βάρβαροι δὲ Χάονες ἀβασίλευτοι χίλιοι. Id eſt: *Barbari autem Chaones qui ſine rege vivunt mille.* Eorum tamen duces nominat Φώτιον & Νικάνορα, Græcos ſine dubio, ut ex nomine colligitur. Nihil tamen vetat, quin Græci duces barbaros milites ſtipendiarios legere potuerint. Et cum Thucydide conſentit Scymnus Chius verſu 443. & ſequentibus. Nam poſtquam de Apollonia & Orico mentionem fecit, addit:

Ἔπειτα Θεσπρωτῶν τε καὶ Χαόνων
Ἔθνη κατοικεῖ βάρβαρ' οὐ πολὺν τόπον. Id eſt:

Deinde Theſprotorum, & Chaonum gentes barbaræ habitant non multum loci. Dimidium diei certe tantum præternavigationis habebant in littore maris, ut ait Scylax: Μετὰ δὲ Ἰλλυριοὺς Χάονες· ἡ δὲ Χαονία ἐστὶν εὐλίμενος· οἰκοῦσι δὲ κατὰ κώμας οἱ Χάονες. παράπλους δὲ ἐστὶ Χαονίας ἥμισυ ἡμέρας. Id eſt: *Poſt Illyrios Chaones. Chaonia autem commodos portus habet: habitant vicatim Chaones. Præternavigatio Chaoniæ eſt dimidium diei.* De origine igitur illius barbaræ, ſed antiquiſſimæ gentis, nihil poſſumus pro certo aſſerere antiquorum autoritatibus deſtituti. Regionem habitabant ſylvoſam & quercubus abundantem, unde Virgilius glandem Chaoniam celebrat Georg. 1. ſtatim ab initio, dum canit:

Liber & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.

Salibus abundaſſe eam regionem ex aqua ex hauſta, ubi-

cunque

cunque coctis dixit Antigonus in paradoxis hiſt. 158. Ὅτ' ἂν ἀφεψηθῇ τὸ ὕδωρ ἅλας γίνεσθαι. Id eſt: *Ubicunque* vel *quotieſcunque coquatur aqua ſales fieri.* Et id pro miraculo narrat, quod non feciſſet, ſi ad littus maris tantum ex aqua marina id factum fuiſſet. Ariſtoteles autem, cui in talibus major fides eſt adhibenda, eam aquæ ſalſuginem non ubicunque in Chaonia ponit, ſed in uno quodam fonte duntaxat, Meteorol. lib. 2. cap. 3: Ἔν τε γὰρ τῇ Χαονίᾳ κρήνη τις ἐστὶν ὕδατος πλατυτέρου....... τούτου γὰρ τοῦ ὕδατος ἀφεψόντες τι μέρος τιθέασι, καὶ γίνεται ψυχθὲν, ὅταν ἀπατμίσῃ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ θερμῷ, ἅλες, οὐ χονδροὶ, ἀλλὰ χαῦνοι καὶ λεπτοὶ, ὥσπερ χιών. Id eſt: *In Chaonia enim fons eſt aquæ planæ* (id eſt non ſalientis ut puto)....... *hujus enim aquæ partem aliquam coquentes, deponunt, & refrigerata cum evaporaverit humidum per calorem, fit ſal, non grumoſum, ſed laxum & leve, tamquam nix.* Sic & ſal album, quod coquitur apud nos ex aqua marina, nivem plane repræſentat. Epiri partem fuiſſe Chaoniam ex loco Strabonis libri 7 ubi Theopompum citat, probatur: nam ex quatuordecim populis, qui olim Epirum incolebant, ait: Ἐνδοξότατοι Χάονες καὶ Μολοττοὶ διὰ τὸ ἄρξαι ποτὲ πάσης τῆς Ἐπειρώτιδος, πρότερον μὲν Χάονας. ὕστερον δὲ Μολοττοὺς οἳ καὶ διὰ τὴν ξυγγένειαν τῶν βασιλέων ἐπὶ πλεῖον ηὐξήθησαν. Id eſt: *Celeberrimæ* (gentes) *vero Chaones & Moloſſi, eo quod olim totius Epiri dominium aliquando habuerunt, prius quidem Chaones: poſtea vero Moloſſi, qui eo quod erant regum conſanguinei incrementum acceperunt.* Ptolemæus etiam in tabula Europæ decima in Epiri deſcriptione, ab Acroceraunis Epirum incipere ait, & Acroceraunia ipſa in Chaonia ponit hoc modo:

ΧΑΟΝΙΑΣ.

Ὠρικὸν	με.	λθ.	ϛ.	
Oricum	45.	39.	10.	
Ἡ ἀκρώρεια τῶν Ἀκροκεραυνίων ὀρέων	μδ.	γιβ.	λθ.	λ.
Summitas Acrocerauniorum montium.	44.	25.	39.	30.

Sic & Scylax Chaonas ſtatim poſt Illyrios ponit, loco quem ſupra citavimus. Sed quod dicit eo loco Scylax, Chaoniam vicatim habitatam fuiſſe, inducere videtur, nullas in ea regione fuiſſe urbes, quod fortaſſe olim tempore Scylacis antiquiſſimi autoris verum erat: Sed poſtea, ut ex Ptolemæo & aliis probatur, pluribus urbibus habitata fuit, nam Epirus tota ſeptuaginta urbes habuit, quas una eademque die diripuerunt Romani exemplo omnino crudeli & execrando, quod nos docet Plutarchus in Paullo Æmilio & alii. Plinius libri 4. initio, in Epiro primos Chaonas ponit, in eo cum Græcis ſupra citatis conſentiens: *Epiros in univerſum appellata, Acroceranniis incipit montibus, in ea primi Chaones, dein Theſproti.* Quem ſequutus & ipſis ferme verbis Marcianus Capella lib. 6. cap. de tertio ſinu. *Epirus* (ait) *incipit Acroceraunius montibus, in qua primi Chaones, à quibus dicta Chaonia.* Ex his omnibus locis patet, unde incipiat Chaonia, ab Illyride diſterminata verſus occidentem Acrocerauniis montibus; at certis limitibus eam definire verſus orientem & *Theſprotiam* impoſſibile puto: eo quod de eo tacent autores, quos habemus, tum Chaonia olim magis extendebatur, adeo ut Dominicus Niger eam uſque ad Acarnaniam extendat, & dum Epirum uſque ad Acheloum extendit, eam in Chaoniam & Acarnaniam dividit, nulla habita ratione Theſprotorum & aliorum, multa alia blatterans, quæ unde

unde acceperit neſcio. Virgilius certe Chaoniam uſque ad Buthrotum extendit, ſed Trojani excidii tempore; nam poſtea Theſprotiæ acceſſit, & plerique eam urbem Theſprotiæ adjudicant, eo quod antiquato Chaoniæ nomine, Theſproti poſtea prævaluerunt, & pleramque eam regionem, de nomine ſuo appellaverunt Theſprotiam, de qua infra dicendum erit.

In Chaonia prima urbs occurrit memoranda Ὤρικος *Oricus*. Memorata Hecatæo, Herodoto, Scylaci, Scymno Chio, Apollonio, Nicandro, Polybio, Stephano, Plutarcho, Dioni, Ptolemæo Philoſtrato Græcis autoribus; Latinis vero Cæſari, Pomponio Melæ, T. Livio, Julio Floro, Horatio, Propertio, Lucano, Silio, Servio. De ejus urbis conditore magnum apud autores ſilentium, Lucanus eam Dardaniam vocavit. lib. 3.

Tum qui Dardaniam tenet. Oricum

in eo imitatus Virgilium qui Æneid. 3. dum Æneas Buthroto excedens Heleno & Andromachæ valedicit, ſic ait:

Si quando Tybrim vicinaque Tybridis arva
Intraro, gentique meæ data mœnia cernam:
Cognataſque urbes olim, populoſque propinquos
Epiro, Heſperia, quibus idem Dardanus autor,
Atque idem caſus unam faciemus utramque
Trojam animis. Maneat noſtros ea cura nepotes.

Dardaniam, puto, vocavit Lucanus, non quod Dardanus eam urbem condiderit aut habitaverit, ſed quoniam Dardano geniti Helenus & Troes, in Epiro & Epiri locis maritimis, regnarunt. Ita puto: ſed tamen poteſt fieri, ut Lucanus alium autorem habuerit, qui Dardanum, dum Italia profectus Græciam petit, in Epiro per quoddam temporis ſpatium manſerit, & Oricum fundaverit, dixerat, quod mera eſt conjectura.

Dominicus Niger à Colchis conditum Oricum ait, ſed pugnat Apollonius, qui Colchos dicit à Bacchiadis Corinthiis Corcyra pulſos Ὤρικον εἰσαφίκεσθαι. Id eſt: *Oricum abiiſſe.* Unde colligitur, Oricum jam ante eum Colchorum adventum extitiſſe, & eſt antiquiſſima inter Epiroticas urbes. Fuit urbs cum portu, & eam Herodotus lib. 9. vocat Ὤρικον λιμένα. Id eſt: *Oricum portum.* Et Scymnus eam vocat παράλιον πόλιν, *urbem littoralem* verſu. 440. Et apud Stephanum Hecatæus λιμένα καλεῖ Ἠπείρου τὸν Ὤρικὸν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Id eſt: *Portum vocat Epiri Oricum in Europa.* Apollonius eam videtur in Neſtæis ponere: ſed quoniam ſolus eſt, qui ibi Neſtæos locaverit, quos Scylax & alii ultra Illyrios ad occidentem & regionem Pari inſulæ ponunt, intra noſtræ Græciæ limites, de iis non eſt nobis habenda ratio. Et forte fuit etiam Oricum urbs noſtræ cognominis in Neſtæorum Illyriorum regione. Polybius apud eundem Stephanum ſic ejus ſitum deſcribit. οἱ δὲ τὸν Ὤρικον κατοικοῦντες οἱ καὶ πρῶτοι κεῖνται παρὰ τὴν εἰσβολὴν πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἐκ δεξιῶν εἰσπλέοντι. Id eſt: *Qui vero Oricum incolunt qui primi ſunt juxta introitum in Adriam, ad dextram ejus qui in eum intrat nave vectus.* Inde breviſſimus in Italiam ad Hydruntem, vel etiam ad Brunduſium trajectus, quo uſus eſt Paullus Æmilius poſt devictum Perſeum & Epirum vaſtatam, quod teſtatur Plutarchus in Paullo Æmilio, & ad eam urbem trajectus ab Italico littore ſatis frequentatus; teſtis Horatius lib. 3. ode 7. de Gyge mercatore:

Gygen? ille notis actus ad Oricum
Poſt inſana capræ ſydera. &c.

Ea civitas initium veræ Græciæ putabatur eſſe, ſic enim Dionyſius Periegetes verſu. 399.

Ὠρικίην δ' ὑπὲρ αἶαν ἐρείδεται Ἑλλάδος ἀρχή. Id eſt:
Oriciam

Oriciam ſuper terram fundatur Græciæ initium. Ad quæ ſic Euſtathius: Ὠρικίαν λέγει τὴν κατὰ Μολοττοὺς καὶ Θεσπρωτοὺς Ἤπειρον. Id eſt: *Oriciam dicit, quæ eſt in Moloſſorum & Theſprotorum continente.* Et plura addit de Græciæ limitibus, Thraciæ nempe ab oriente, Oriciæ vero ab occidente. In ejus urbis nomine emendandus Dio. lib. 42. bis in eadem pagina, ubi de Cn. Pompejo, qui bis Oricum occupare tentaverat, ſic ait: καὶ ὁ Πομπήιος δὲ ὁ Γναῖος πρότερον μὲν τῷ τῶν Αἰγυπτίων ναυτικῷ περιπλέων, τήν τε Ἤπειρον καλουμένην κατέτρεχε, καὶ Νωρικὸν ὀλίγου εἷλε, Μάρκου Ἀκουιλίου αὐτὸ κατέχοντος, καὶ τὸν τε ἔσπλουν τὸν εἰς τὸν λιμένα πλοίοις λίθων γέμουσι χώσαντες. Id eſt: *Et Cnejus Pompejus primum quidem cum Ægyptia claſſe circumnavigans regionem, Epirum vocatam, incurſavit, & parum abfuit, quin Noricum ceperit, quam M. Aquilius tenebat, & introitum portus navibus ſaxis oppletis obſtruentes.* Sic habet editio Stephani, ubi pro Νωρικὸν legendum eſt procul dubio Ὠρικὸν, *Oricum.* Et pro χώσαντες legendum ἐχώσατο, ut ſtet ſententia. Id eſt: *obſtruxit.* Eandem hiſtoriam fuſius narrat Cæſar lib. 3. de bello civili & portum deſcribit, quem *moles naturalis objecta pene inſulam contra oppidum efficit.* Sed Florus in ejus urbis ſitu non ferendus, qui libro. 4. Oricum in Theſſalia ponit: ſed procul dubio mendum eſt in ea voce, ſic habet is locus. *Jam vero direptione urbium ſociarum, cum Oricum & Gomphos & alia caſtella Theſſaliæ vaſtaret.* Ubi quid ſit reponendum dubito. Nam ſi ex Cæſaris narratione aliquid ſuppleri poſſet, nulla alia urbs ante Gomphos à Cæſare vaſtata fuit, ſed antea ad Ægimium ei occurrit Domitius, & inde conjunctis copiis Gomphos acceſſit. Ergo ſine dubio tollenda vox *Oricum*, quæ male infarta eſt à quodam ſciolo, eo quod ea urbe primum potitus eſt Cæſar, poſt ſuum ex Italia adven-

adventum, & eam non vaſtavit. Portus fuit amplus, nam eo Bibulus utebatur ad recipiendam ſuam claſſem, ut ait Cæſar lib. 3. Eam urbem ultra Acroceraunios montes Illyridem verſus ponit Ptolemæus, quem ſequitur Sophianus in ſua Græciæ antiquæ tabula. Sed videtur pugnare Propertius, qui ad Cinthiam ſuam navigare parans ſic ait:

Ut te fœlici prævecta Ceraunia remo
Accipiat placidus Oricos æquoribus.

Si neceſſe erat Cinthiæ ab Italia ſolventi, prævehi Ceraunia, ut Oricum teneret; etiam neceſſe fuiſſe videtur, Oricum fuiſſe ultra Ceraunia in Epiro. Ea licet non longe ab Acrocerauniis montibus ſita fuerint, qui illi imminebant, ſita tamen erat in plano, quod teſtantur apud Livium legati ab ea urbe Brunduſium ad M. Valerium prætorem miſſi, narrantes: *Philippum primum Apolloniam tentaſſe levibus biremibus* 120. *flumine adverſo ſubvectum: deinde. ut ea res tardior ſpe fuerit, ad Oricum clam noctu exercitum admoviſſe, eamque urbem ſitam in plano, neque mœnibus, neque viris, neque armis validam primo impetu oppreſſam eſſe.* Eam urbem bellis civilibus vexatam, inſtauraſſe rurſus & habitabilem feciſſe Herodem Atticum, narrat Philoſtratus in ejus vita, ubi ſic de eo viro ſane illuſtri: ᾤκισε καὶ τὰς ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ Πελοποννήσῳ, καὶ Βοιωτίᾳ πόλεις, ἄλλοθι ἄλλων. ᾤκισε δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ Ἠπείρῳ Ὠρικόν. ὑποδεδωκὼς ἤδη καὶ ἕτερα πολλά. Id eſt: *Ædificavit & urbes in Eubœa & Peloponneſo & Bœotia, & in pluribus locis, ædificavit etiam quod in Epiro eſt Oricum, cum jam multa antea dediſſet.* In ejus urbis veſtigiis durat nominis imago quædam, ſic enim Niger: *Fuit in Chaonia primum juxta mare Jonium Horicum ſive Orethum oppidum. Orchum modo in plano ſitum à Colchis conditum, quod poſtea Dardani habuerunt.* Debebat dicere *Dardanidæ*,

danidæ, ut Virgilium & antiquos ſequeretur. Sed ita ſæpe hallucinatur bonus vir, & hoc loco Dardanos, gentem barbaram & feram, pro Dardanidis Trojanis poſuit. Maginus in ſua Italiæ mappa, in qua pars Epiri littoralis deſcribitur, in eodem loco ubi *Oricum* poſuerunt antiqui, oppidulum ponit, cui nomen *Orſo*, quem ſequutus eſt Philippus à Vico, qui Turcici imperii in Europa tabulam delineavit, & eodem loco *Orſo* oppidulum ponit: Italis ſic dictum eſſe, terminatio nominis docet. Buxo abundabat, in montibus vicinis (ut ſuſpicor) creſcente. Nicander in Theriacis verſu 516. πυξου δε χροίῃ προσαλίγκιος Ω'ρικίας. Id eſt: *Similis eſt colore buxo Oricio:* quod ait de ariſtolochia.

Non longe ab Orico fuit in eodem Epiri littore ad mare locus quidam memoratu dignus, Pagus dictus, de quo pauci autores meminerunt. Sed eo, quod eo loci Cæſar claſſe appulit, cum ad Pompejum debellandum properabat, nobilis factus & non tacendus, præcipue quod fœdiſſimum mendum in ejus loci nomine codices Cæſaris commentariorum occupavit, quod tollendum eſt, de eo igitur loco vulgatæ Cæſaris editiones ſic habent: *Pridie nonas Januarias naves ſoluit, impoſitis legionibus 7. poſtridie terram attigit, Cerauniorum ſaxa inter & alia loca periculoſa quietam nactus ſtationem, & portus omnes timens, quos teneri ab adverſariis arbitrabatur: ad eum locum, qui appellatur PHARSALUS, omnibus navibus ad unam incolumibus, milites expoſuit.* Sed vocem *PHARSALUS* eſſe purum putum mendum, à quodam ſciolo voci legitimæ corruptæ ſuppoſitum, certum eſt; qui eo quod bellum, inter Pompejum & Cæſarem, in Pharſali campis pugna celebri finitum eſt, geographiæ omnino ignorans, putavit omnes illas regiones ſub nomine Pharſaliæ comprehenſas fuiſſe,

& pro nomine ſibi ignoto, ſed vero, Pharſalum repoſuit, quod nomen in animo notabat. Sed Paulus Marſus in notis ad librum 4. faſtorum Ovidii teſtatur, ſe in vetuſtiſſimo libro, à ſe in Chalcide Eubœæ empto, inveniſſe ſcriptum, Palæſte, in eo loco ubi nunc Pharſalus legitur, quam lectionem omnino firmat Lucanus libro. 5. ubi diſerte ait de Cæſaris claſſe:

- - - - Quæ jam vento fluctuque ſecundo
Lapſa. Palæſtinas uncis affixit arenas.

Et ad eum locum Sulpicius Verulanus locum Cæſaris citat: *Ad eum locum, qui Palæſte appellatur, nactus quietam ſtationem &c.* quod firmat etiam Omnibonus, & ſic locum Cæſaris citans addit. *quamvis in depravatis Pharſalia legatur.* Nihil igitur eſt certius, quam debere legi *Palæſte* in Cæſaris loco. Sed de ejus nominis etymo non poſſum ſententiæ Sulpitii Verulani accedere, qui putat eo quod geminæ columbæ è Syria in Dodonam advolaverant, (Palæſtina vero eſt Syriæ regio) ideo Epirum Palæſtinam vocatam fuiſſe, quo nihil futilius dici poteſt aut imaginari. Si quis locus eſt conjecturis, plures ſuppetunt melioris, ut credo, notæ: putarem igitur potius pagum vel locum ita dictum fuiſſe, vel ab exiguo terræ ſpacio inter rupes, quaſi diceret quis, hyperbolice κατὰ μείωσιν *palmus terræ*; vel ab exercitio luctæ, quod in littore arenoſo, & ideo ad luctandum commodo, & montibus in formam Theatri undique circumdato, à nautis vel etiam ab incolis concurrentibus ad ſpectaculum vicinis celebrabatur. Ea conjectura mihi veriſimilior multo videtur, quam tamen vel admittere vel reſpuere per me lectori licebit. Locum illum non fuiſſe omnino deſertum, ex eo conjicio quod ajunt ibi fuiſſe furiarum templum, & ideo Ovidium faſtorum 4. ceciniſſe de Attyde furiis agitato:

Hic

Hic furit, & credens thalami procumbere tectum,
Effugit, & curſu Dindyma ſumma petit.
Et modo tolle faces, remove modo verbera, clamat,
Sæpe Palæſtinas jurat adeſſe deas.

In eodem loco fuiſſe Inferni oſtium, ait Sulpicius Verulanus, quod non dubito à quodam antiquo accepiſſe: Nam id ſuadent Plinius & Pauſanias, quorum ille initio libri 4. ait: *Epiros in univerſum appellata, Acrocerauniis incipit montibus. In ea primi Chaones, à quibus Chaonia. Dein Theſproti, Antigonenſes, locus Aornos & peſtifera avibus exhalatio.* Pauſanias vero ſic in Bœoticis de Orpheo: Ἄλλοις δὲ προειρημένον ἐστὶν, ὡς οἱ προαποθανούσης τῆς γυναικὸς, ἐπὶ τὸ Ἄορνον δι᾽ αὐτὴν τὸ ἐν τῇ Θεσπρωτίδι ἀφίκετο, εἶναι δὲ πάλαι νεκρομαντεῖον αὐτόθι. Id eſt: *Alii vero dixerunt, quod cum ejus uxor deceſſiſſet, propter eam, in Theſprotidis Aornon eum abiiſſe, ibi enim ab antiquo tempore erat mortuorum oraculum.* Et hæc cum templo Furiarum ſatis conveniunt: nec ullum demovere debet, quod Pauſanias id oraculum in Theſprotide, non Chaonia, ponit. Nam Pauſaniæ ſeculo, Chaoniæ nomine abolito, omnis ille tractus Theſprotiæ nomen obtinuit, quod ſi verum Charoniam ibi fuiſſe, non dubito quin fabula Pirithoi, quiqui Proſerpinam rapere volebant, ex ejus loci natura principium acceperit, plures enim narrant eorum cum Cheleo in Epirum abiiſſe, ubi Inferni portæ credebantur eſſe, ut & Tænari in Laconia & alibi. Aornon igitur non male locavit Samſonius Abovillæus, diligentiſſimus noſtri ſeculi geographus, in ſua Græciæ tabula, eum enim ponit prope Palæſte in Acroceraunioru m latere.

T. Livius lib. 42. Gittanas oppidum memorat in Epiro his verbis: *Martius & Attilius ad Gittanas oppidum decem millia ab mari cum aſcenderent, concilio Epiro-*

tarum habito, cum magno omnium conſenſu auditi ſunt. Id oppidum à nullo alio, quod ſciam, memoratum (eſt quod ad me) incertæ poſitionis; ſatis tamen amplum fuiſſe oportet, quod univerſum Epirotarum concilium cum legatis Romanis recipere capax erat. Samſonius in ſua Græciæ antiquæ tabula, juxta Palæſte ponit urbem vel pagum, cum nomine *Ginettæ*, quod ſatis accedit ad T. Livii *Gittanas*, ſed unde acceperit eum locum fuiſſe ſitum prope Palæſte, fateor me ignorare.

Sequitur ex ordine Ptolemæi poſt Acroceraunia Panormus portus; nam Acroceraunia ponit inter Oricum & Panormum: aliter videtur definire Strabo lib. 7. qui ſic habet: Μετὰ δὲ Ἀπολλωνίαν Βαλλιακὴ, καὶ Ὤρεον, καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτοῦ ὁ Πάνορμος, καὶ τὰ Κεραύνια ὄρη. Id eſt: *Poſt Apolloniam Balliace, & Oreum, & ejus navale Panormus & Ceraunii montes.* Sed cum is Strabonis locus ſit male ſanus judicio Caſauboni & Xylandri, quibus libenter accedo, non debemus eo inniti. Suſpicantur ii viri docti debere legi pro Βαλλιακὴ καὶ Ὤρεον: Βυλλικὴ καὶ Ὠρικὸν, quod mihi arridet, ſed ſi bene conjiciunt, neceſſe eſt locum Strabonis eſſe etiam mutilum, & deeſſe nomen urbis cujuſdam mediterraneæ, cujus navale fuerit Panormus. Nam Oricus, ut ſupra demonſtravimus, portus erat amplus, & claſſis integræ capax. Ideo opus non habebat ἐπινείου: ſed ſibi erat navale ſufficiens, nec credibile eſt, naves, quæ Oricum petebant, alibi quam in ipſo Orici portu ſuas merces exoneraſſe, & maluiſſe Panormo navali uti, unde merces cum labore terreſtri itinere tranſportandæ fuiſſent, ut ad Oricum pervenirent. De eo portu paulo poſt Strabo, ſic ait: Πάνορμος τε λιμὴν μέγας ἐν μέσοις τοῖς Κεραυνίοις ὄρεσι. Id eſt: *Panormus portus magnus in mediis Cerauniis montibus.* Si fuit in mediis Cerauniis, non potuit eſſe navale

Orici,

Orici, qui ultra Acroceraunia ſitus erat. De eo portu Niger ait: *in eum torrentem è montibus deſcendere.* Sed Maginus ponit *Panormo* inferius prope Chimæram, & Caſtaldi tabula fluvium ponit prope oppidum *Toponzo* dictum, ad cujus os ſcriptum eſt *porto Panormo*, & is portus in ore illius fluvioli in eadem tabula maxime vicinus eſt Chimeræ. Nam fuit in ipſis Ceraunniis, Caſtellum *Chimæra*, de quo equidem tacuerunt antiqui Græci. Sed Plinius lib. 4. cap. 1. id nominat his verbis: *In Epiri ora caſtellum in Acroceraunniis Chimæra, ſub eo aquæ regiæ fons.* Chimæra durabat adhuc temporibus Alexii Comneni & non longe à mari ſitum fuiſſe nos docet Comnena Alexiad. lib. 10. pag. 299. regiæ editionis, quæ cum trajectionem comitis provinciæ narrat, ſic ait: Τὸν ἀπόπλουν οὐ πρὸς τὰ μέρη τοῦ Αὐλῶνος ἐπεποίητο, καθ' ὡς τὰ λοιπὰ τῶν Λατίνων στρατεύματα, ἀλλὰ τὸν Ῥωμαϊκὸν ὑφορώμενος στόλον, λύσας τε πρυμνήσια μικρὸν παρεγκλίνας κατ' εὐθὺ Χιμάρας τὸν ἀπόπλουν ἐποιεῖτο. Id eſt: *Non ad partes verſus Aulonem navigationem direxit, ut ceteræ Latinorum claſſes, ſed timens claſſem Romanorum, cum retinacula ſolviſſet, paululum deflectens recta ad Chimæram perrexit.* Eadem Anna lib. 10. bis de eodem loco mentionem facit, & diſtare ait Chimæram ab Aulone ſtadia ſexaginta, & paulo poſt ait, Contoſtephanos duces exercitus Imperatoris, ut vitarent Baïmundi adventum ſub prætextu balneorum Chimæram ſeceſſiſſe: Οἱ δὲ Κοντοστέφανοι ἐν τῷ πρὸς Χιμάραν ἀπιέναι βαλανείου χάριν. Ex iis colligo veriſſimile eſſe Panormum fuiſſe navale Chimeræ. Nam id caſtellum vel oppidum non fuiſſe ad ipſum littus, patet ex loco Plinii, ubi ait, id fuiſſe in Acroceraunniis & ſub eo aquæ regiæ fontem, nulla maris aut littoris facta mentione, quod profecto non ſiluiſſet, quando de fonte mentio-

nem fecit. Sed oportebat fuiſſe ejus oppidi aliquod navale ſatis commodum & celebre, quando ad id tendebant naves, ut ibi appellerent. Nomen etiam hodie durat ſi fides tabulis Caſtaldi & aliorum: Nam ibi Chimæram notant, & Caſtaldus quidem literis maiuſculis, tamquam ſi nomen foret regiunculæ, non oppidi. At Philippus à Vico nomen etiam majuſculis exaratum habet, ſed urbem notat etiam ad ipſum littus maris prope Panormum depictam cum muris & turribus, tamquam celebrem quandam civitatem & in eo autorem habet Magium Patavinum curioſum ſatis Geographum, qui in ſua Italiæ tabula ſic Chimæram urbem expreſſit. Sed ex loco Plinii exurgit quæſtio non contemnendæ diſquiſitionis. Nempe quid intelligendum ſit per *aquæ regiæ fons*, nec dubito de re, nam pro certo credo intelligi debere fontem aquæ calidæ, qua utebantur in balneis, quando illi Contoſtephani (de quibus Anna Comnena in loco ſupra citato) ut morbum ſimulantes, ibi ſeceſſerunt balneorum cauſa, & id ſuadet etiam Charonium illud Palæſte vicinum, de quo paulo ſupra egimus, ſic enim amat fieri, ut & Puteolis & Baiis, ubi balnea calida aquæ erant, non longe ab illo Charonio, quod Avernus dicebatur, ut ille Palæſtenſis Ἄορνος. Sed difficultas eſt in nominis ratione, & quare aquam illius fontis *regiam* Plinius vocaverit, ſuper eo medicorum filios conſului, ſed nihil ſuggeſſerunt. Aquam regiam nullam norunt, præter quandam ſpeciem aquæ triſulcæ, de qua hic non agitur, fuit qui pro *regiæ* volebat legi *riguæ*; ſed cum omnis aqua ſit rigua, non foret epithetum proprium, nihil igitur melius ſuccurrit, quam exiſtimare eum fontem regiam vocatam, Græce βασιλικὴν κρήνην, vel βασιλικὰ ὕδατα, quoniam olim rex quidam Epiri, vel Romanus imperator, qui Græcis βασιλεὺς dicitur

citur, eo balneo uſus erat fœliciter, & in eo uſui balneorum accommodando impenſas fecerit,& ad uſum publicum ædificaverat Thermas, unde ille fons dictus βασιλικὸν ὕδωρ vel βασιλικὰ ὕδατα, ut Romani vocabant aquas Sextias, aquas Statilias, à Sextio, & Statilio, qui balnea ædificaverant, niſi ſic intelligi debeat, trado lampadem aliis acutioribus. Poſt Panormum & Chimæram ſequendo littus maris, Ὄγκισμος λιμὴν, id eſt, *Oncismus portus*, occurrit Straboni memoratus, quem Ptolemæus Ὄγκησμος per η vocat *Onceſmus* ſic de eo Strabo lib. 7. Ἐν τούτῳ δὲ ἐστὶ τῷ διαστήματι Πάνορμος τε λιμὴν μέγας ἐν μέσοις τοῖς Κεραυνίοις ὄρεσι, καὶ μετὰ τοῦτο Ὄγκισμος λιμὴν ἄλλος, καθ' ὃν τὰ δυσμικὰ ἄκρα τῆς Κερκυραίας ἀντίκειται. Id eſt: *In hoc intervallo Panormus portus magnus in mediis Cerauniis montibus, & mox alius Onciſmus, cui occiduæ extremitates Corcyrææ regionis è regione opponuntur.* Ex hoc Strabonis loco verus ſitus ejus portus non poteſt ignorari, de eo portu credo intellexiſſe Ciceronem, cum dixit Epiſtolarum ad Atticum lib.7. epiſt.2. *Brunduſium venimus.* VII. *Calend. Decembres, uſi tua fœlicitate navigandi, ita belle nobis flavit mitiſſimus Anche ſmites.* Eam vocem cum non intelligerent diverſis modis mutarunt, alii diviſim Anches mitis, alii Auſter, mitis legendo,ſed Auſter eſt ἀντίνοτος contrarius iis, qui Epiro Brunduſium tendunt. Turnæbus adverſariorum lib. 20. cap. 16. putat legi debere *Ancheſites*, ut ventus ſit ab Anchiſæ portu Epiri ſpirans, cujus mentio eſt apud Halicarnaſſeum. Enimvero Dionyſius Halicarnaſſeus procul dubio de Onceſmo vel Oncaſmo intelligebat, dum ſcribebat lib. 1. de Ænæa & Trojanis: Ἐκ δὲ Βουθρωτοῦ παρὰ γῆν κομισθέντες ἄχρι λιμένος Ἀγχίσου μὲν τότε ὠνομασθέντος, νῦν δὲ ἀσαφεστέραν ἔχοντος ὀνομασίαν. Id eſt: *A. Buthroto ſecundum terram portati uſque ad portum,*

tum, tunc quidem Anchiſis dictum, nunc vero nomen habentem obſcuriorem. Sic Dionyſius Halicarnaſſeus Romæ ſcribens, favori Romanorum velificatus eſt, ſequendo de ejus origine fabuloſas narrationes. Sed in loco Ciceronis procul dubio minima mutatione legendum eſt *Onceſmites*, id eſt ventus ab Onceſmo ſpirans & de nominis etymo, ut veritatem quærendo, à fabulis eam arceſſere vitemus, puto illum portum à Minervæ cultu & forte templo dictum fuiſſe à Græcis, quibus Ὄγκη Minerva dicta, unde in Bœotio Onceſtus locus dictus eſt. Is locus in tabula recenti, quam publicavit Gerhardus, & eam ſe concinnaſſe ait ex majori tabula Magini Patavini in eodem ſitu ponitur *Orchimus*, voce, ut videtur, ab Onchiſmo detorta. Sed Ortelius citans Nicolaum Nicolai, ponit urbem *Santi quaranta* nomine in eo tractu, quam etiam poſuit Caſtaldus, ſed aliquantum diſtantem à littore ubi *Orchimus* poſitus eſt. Ideo forte nunc Orchimus eſt navale urbis *Santi quaranta*; cæterum nemo à me expectet, ut limitem inter Chaonas & Theſprotos definire poſſim, ut nec inter eas regiones & Moloſſiam: eæ enim gentes, prout invaluerunt, ſibi invicem ſuccedentes, nullos certos fines habuerunt, non montibus altis non fluviis notis ſeparati. Ideo Strabo qui lib. 7. de iis gentibus ſcripſit nihil omnino de eorum limitibus ſcripſit, ſed promiſcue de iis tractavit, nulla certa diviſione eorum facta. Ptolemæus quidem in ipſo maris littore eas gentes diſterminare tentavit & Caſſiopen Chaonibus, Poſſidium Theſprotis attribuit, & quando nihil habemus, quod nos aliter doceat, ſequendus in eo nobis eſt Ptolemæus, ubi ab aliis auctoribus non elevatur eius auctoritas, & ſecundum quidem eum de Caſſiope hoc loco dicendum foret, nam eam in Chaonia ponit. Sed quoniam Strabo antiquior expreſſe ait,

ſe ait, Caſſiopæos eſſe Theſprotos, ſequor ejus autoritatem, & poſt littora Chaoniæ deſcripta, de mediterraneis nobis nunc dicendum eſt. Supra Oricum & Acroceraunia in ipſis montibus habitabant olim Atintanes, ubi nunc à Magino notatur *Chimera*, ejus populi meminerunt Scylax, Ariſtoteles in mirandis, Lycophron, Polybius, Strabo, T. Livius, Stephanus. In ea voce emendandus eſt Scylax in Periplo, cap. Ἰλλυριοί. Imo jam emendatus eſt à doctiſſimo Iſaaco Voſſio Sic autem habet is locus. Ἅπασιν ὅμοροι ἐν μεσογαίᾳ Ἀγιτανες, ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας καὶ Καρίας, μέχρι Ἡδωνίας ἐν τῇ Κάσπιδι χώρᾳ εἶναι λέγεται ἡ Διὸς ὄνομα Ἐρύθια. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἤλαυν καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν. Quem locum corruptiſſimum ſic mutat ſummus vir. Ἅπασιν ὅμοροι ἐν μεσογείᾳ Ἀτιντᾶνες ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας καὶ Χαονίας, μέχρι Αἱμωνίας ἐν τῇ Ἑστιώτιδι χώρᾳ εἶναι λέγονται. ἐκ τούτου πεδίον ὠνομασμένον Ἐρύθεια. Hæc profecto multo meliora reddidit vir doctus, quædam ſunt tamen, quæ optarem eum aliter expreſſiſſe, ut Αἱμωνίας ἐν τῇ Ἑστιώτιδι, quæ non videntur congruere: Αἱμωνία, olim vocata fuit Theſſalia univerſa; ſed id nomen non amplius obtinebat tempore Scylacis: nam & ipſe Scylax caput habet poſtea, cujus titulus Θετταλία, & de nomine Æmoniæ non meminit. Tum ſi Æmonia hoc loco legendum foret, mutandus etiam eſſet ordo ſermonis & legendum foret μέχρι Ἑστιώτιδος ἐν Αἱμωνίᾳ. Nam Ἑστιῶτις *Heſtiotis* fuit quarta pars Theſſaliæ ceu Æmoniæ, non vero Æmonia Heſtiotidis. Tum boves Epiri celebrantur non Theſſaliæ, ſed equi. Itaque in Heſtiotide Theſſaliæ parte non fuit Erythia, ob Gerionis boves celebrata, ſed in Epiro, & id etiam dixerat olim Hecatæus, quod teſtatur Arrianus lib. 2. in loco à ſummo illo viro citato, cujus partem, quæ ad propoſitum noſtrum facit, exſcribam: Ἀλλὰ τῆς Ἠπείρου τῆς περὶ Ἀμπρακίαν

περὶ Ἀμφιλόχους βασιλέα γενέσθαι Γηρυόνην, καὶ ἐκ τῆς Ἠπείρου ταύτης ἀπελάσαι Ἡρακλέα τὰς βοῦς ..... οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ τοῦτο, ὅτι εὔβοτον τὴν Ἤπειρον ταύτην, καὶ βοῦς τρέφουσαν καλλίστους. Id eſt: *Sed Epiri, quæ eſt circa Ambraciam & Amphilochos, regem fuiſſe Geryonem, & ex hac Epiro Herculem abegiſſe boues..... Et hoc ego ſcio, quod ea Epirus optima paſcua habet, & pulcherrimos boues educat.* Itaque melius legeretur meo quidem judicio ſine tanta mutatione, ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας καὶ Χαονίας μέχρι Δωδωνίας, ibi interpungo, & poſtea, ἐν τῇ Καστίδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον ὄνομα Ἐρύθεια. Id eſt: *Supra Oriciam & Chaoniam, uſque ad Dodoniam. In Caſtide regiuncula eſſe dicunt campum nomine Erythia.* Non muto Caſtide, eo quod plures fuerunt regiunculæ, de qua ſilent autores. Ideo licet ejus nomen nullibi inveniatur, non debet, ut puto, mutari ſine magna ratione, poſſet quis divinare Κελαιθίδι, nam populos quoſdam Epiri verſus Theſſaliam ponit Stephanus Κελαίθους & Κελαιθεῖς dictos, quæ conjectura, ſi cui arridet, eam amplectatur, ego certe veram eſſe affirmare non audeo.

CAPUT III.

De ATINTANIA.

Atintanes ſecundum T. Livium lib. 45. regionem habitabant frigidam, duram & aſperam, & addit: *Cultorum quoque ingenia terræ ſimilia habet: ferociores eos & accolæ barbari faciunt, nunc bello exercentes, nunc in pace miſcentes ritus ſuos.* Itaque videntur habitaſſe κωμηδὸν vicatim, quod de Chaonibus dixit Scylax, ut ſupra notavi. Nam & nullæ urbes Atintaniæ recenſentur, nec à Ptolemæo, qui de Atintanibus non meminit, nec ab aliis, quos viderim, autoribus. Antigonia tamen, ſi non fuerit eorum

juris,

juris, nec ab iis condita, (quod nomen ipſum Macedonicum ſuadet) certe fuit in eorum vicinia, vel potius regione. Nam cum Antigoniam in Chaonia ponat Ptolemæus, & primam quidem à ſeptentrione ſecundum ordinem Ptolemæi perpetuum, & Atintanes fuerint Apolloniatum contermini, & ultimi Chaonum verſus Illyridem, & Apolloniatas, neceſſe mihi videtur, Antigoniam, quæ in anguſtiis montium Cerauniorum Chaoniæ ſita erat, fuiſſe in ipſis Atintanum finibus. Ea urbs memorata eſt Polybio, Ptolemæo & Stephano, Græcis; Latinis vero T. Livio & Plinio. Sitam fuiſſe in anguſtiis Cerauniorum, qui Epirum ab Illyride diſterminabant, ut dixi, patet ex Polybio lib 2. ubi de Scerdilaida Illyriorum duce verba facit, qui Epirum invadebat, προσαγγελθέντος δὲ αὐτοῖς (Epirot.) Σκερδιλαΐδαν ἔχοντα πεντακισχιλίους Ἰλλυριοὺς παραγίνεσθαι κατὰ γῆν διὰ τῶν παρ' Ἀντιγόνειαν στενῶν. μερίσαντες αὐτῶν τινὰς ἐξαπέστειλαν παραφυλάξοντας τὴν Ἀντιγόνειαν. Id eſt: *Quum autem iis annunciatam fuiſſet, Scerdilaïdam, cum quinque millibus Illyriorum adventare itinere terreſtri per anguſtias, quæ ſunt ad Antigoniam, quoſdam e ſuis dividentes miſerunt, ad cuſtodiendam Antigoniam.* In quo loco notandum eſt, Scerdilaidam κατὰ γῆν, itinere terreſtri Antigoniam petiiſſe, nulla mentione maris aut littoris facta. Unde colligere licet, male quendam Antigoniam ad ipſum littus maris ultra montes in plano collocaſſe in tabula nuper publicata: etiam in Magini tabula male ponitur, multum a montibus diſtans & ab Epiro, non longe a Belgrado in Apollonia tum regione. Anguſtiæ, per quas montes continui penetrantur, ſemper fere ſunt in margine fluminum, quæ perpetuo fluxu montes atterentes ſibi & hominibus viam faciunt. Ideo ſuſpicor Antigoniam illam fuiſſe in cujuſdam fluvii ripa, forte Celydni, qui in Chaonum

montibus ortus, in mare Ionium per Illyridem exoneratur. Plinius lib. 4. in Prooemio, qui Antigonenſes Theſprotos facit, (abolito nempe ſuo tempore Chaonum nomine) nos vetat, ut credamus, ultra Ceraunios montes ſitam fuiſſe Antigoniam in Illyride. Id etiam vetat Stephanus diſertis verbis, Ἀντιγόνεια (ait) πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ. Id eſt: *Antigonia urbs Chaoniæ in Epiro.* Fuit igitur in Cerauniorum montium anguſtia quadam, quos montes olim colebant Atintanes, poſtea vero Theſproti. Mercator certe, qui ſecundum Ptolemæi numeros Græciæ tabulas delineavit, ad Celydni ripam eam ponit, quod ſuſpicabar debere fieri, ſed montes nimis exiles arcte deſcribit, quos debebat magis extendere in latitudine. Celydni decurſum aliter deſcribunt recentiores, utri melius, dies ventura docebit. Ea urbs, ſi Dominico Nigro fides, nunc *Argyro caſtro* nominatur. Sed Maginus in Epiri tabula, *Argyro* urbem notat citra montes in ipſo Epiro, longiſſime à loco, ubi Antigoniam ponit, ideo nec Dominico, nec Magino fidem adhibeo: putarem magis eam urbem intelligi debere, quam Cantacuzenus in eo tractu κλεισοῦραν, *Cliſuram* vocat, nomine imponi ſolito talibus anguſtiis. Exſtat is Cantacuzeni locus hiſtor. lib. 2. cap. 32. ubi de Albanis Illyridem & Epirum vaſtantibus ait: Βαλαγρῖται τε καὶ Κανίνα ἐκακούργουν πάνυ, καὶ Φρούριον τι Σκρεπάριον ὠνομασμένον καὶ τὴν Κλεισοῦραν. Id eſt: *Balagrita & Canina peſſime tractarunt, & caſtellum quoddam nomine Screparium & Cliſuram.* Ubicunque Cliſura nomen occurrit, non dubium eſt, quin ſint in anguſtiæ montibus ſita oppida, quæ viam per illas anguſtias κλείουσι, *claudunt.* Sic in Hæmimonto. Thraciæ fuit κλεισοῦρα, de qua Procopius lib. 4 forte eadem, quam in plurali numero τὰς κλεισούρας vocavit Anna Comnena, & quas paucis poſtea lineis vocat τὰ τέμπη τοῦ Αἵμου.

Αἵμυ. Ita in antiqua editione, ſed nova regia multo elucidius eam vocem interpretatur lib. 10. pag. 271. Τὰ γὰρ τέμπη ἅπερ κλεισοῦρας ἡ ἰδιῶτις οἶδε γλῶσσα καλεῖν, ὡς ἔφαμεν, φθάσας ἤδη κατωχυρώσατο. Id eſt, ut vertit ſatis commode Poſſinus interpres: *Valles enim anguſtas in limitibus, quas Cliſuras, ſive clauſtra lingua vulgaris vocitat, ut diximus, præſidiis occupavit.* Et non multo poſt: Εἰς φυλακὴν τῶν περὶ τὸ ζύγον διακειμένων κλεισούρων ἐκπέπομφεν. Id eſt: *Ad cuſtodiam miſit anguſtarum faucium, quæ ſunt circa jugum montium.* Sic & Tempe Theſſalica etiam inferiore ſeculo *Cliſuræ* dicta ſunt, & pluries apud eandem Comnenam eam vocem in eodem ſignificatu inveniet, quicunque in eam curam incumbere volet, ut & apud Cantacuzenum & alios autores inferioris ſeculi. Cliſuræ igitur ſunt fauces, valles anguſtæ, anguſtiæ inter montes, per quas tranſeundum eſt à regione in regioné, & ſic T. Livius tranſitum per Antigoniam fauces vocavit lib. 32. de Philippo: *Principio veris cum Athenagora omnia externa auxilia, quodque levis armaturæ erat, in Chaoniam per Epirum ad occupandas, quæ ad Antigoniam fauces ſunt, (*στενὰ *vocant Græci) miſit.* Ergo non ſine veriſimilibus conjecturis diximus, *Antigoniam* fuiſſe in eodem loco ſitam, ubi *Cliſuram* recenſuerunt poſteriores, in faucibus montium Atintaniæ in Epiro. Autoritates demonſtrativæ deſunt: itaque id proponimus, ut valde veriſimile: annue lector vel renue, id per me licet. In tabulis neotericis utraque loca notari video, ſed in omnibus idem error. Antigoniam ultra montes in plano ponunt, fere inter Aulonem & Belgradum in Illyride; nullam certe apud me fidem in eo merentur, & à mea conjectura me non dimovebunt.

In eodem montium tractu locus fuit T. Quintii Romani victoris & Philippi regis clade celebris, in anguſtiis

ad Aoum fluvium ſitis: *Auoſtena* fuiſſe olim ſine oppido credo, ut licet ex loco T. Livii conjicere. Nam in narratione ejus pugnæ, nullam de oppido aut caſtello facit mentionem. Sed cum videam in Caſtaldi Græciæ hodiernæ tabula, in ea montium catena locum notari nomine *Aoſtema*, quem ſequutus Philippus à Vico in ſua Turciæ meridionalis mappa, parum mutato nomine, *Auoſtoma* poſuit in eodem loco: omnino perſuadeor reponendum apud utroſque *Auoſtena*, Græce ſcilicet Α'ώυ ϛένα, id eſt, *Aoi anguſtiæ*. Sed peſſime in iis tabulis Apſum fluvium, tamquam omnium Illyridis fluviorum maximum, extendunt uſque ad Atintanas vel *Athamanas*, qui fuit decurſus breviſſimi, ut nos docet Lucanus, & ſic locum ſupra *Auoſtena* ad Apſum locant. Sed Aous omnium in eo tractu maximus à monte Lacmone (Pindi jugo, unde & Inachus oritur) decurrit. Ideo corrigendæ ſunt in eo tabulæ, & pro Apſo, cujus curſus multum dercurtandus, Aous in iis montibus ponendus eſt, & ad eum locus Α'ώυ ϛένα, quod nomen ob hiatum ſonitus à poſteris mutatum eſt in *Auoſtena*. Sed ponenda ſunt T. Livii verba, quæ immediate ſequuntur locum ſupra citatum: *Ipſe* (Philippus) *poſt paucis diebus graviore ſequutus agmine, cum ſitum omnem regionis aſpexiſſet, maxime idoneum ad muniendum locum credidit eſſe præter amnem Aoum, inter montes quorum alterum Æropum, alterum Aſnaum incolæ vocant: anguſta valle fluit iter exiguum ſuper ripam præbens.* Narrat deinde paulo poſt quomodo T. Quintius, poſtquam, per dies 40 ob locorum dificultatem ſedens ſine ullo conatu manſerat, tandem pugnam conſeruit, Philippum, vicit & ejus caſtris potitus eſt: nec mirum, ſi propter neceſſitatem tranſitus eo loci conditum eſt quoddam oppidulum, cui à ſitu Α'ώυ ϛένα *Auoſtena* nomen impoſitum eſt. In

In iiſdem Atintanum montibus ponitur à Ptolemæo oppidulum quoddam, nomine *Hecatompedum*; ſed cum de eo nihil apud autores invenerim, nihil habeo quod de eo dicere poſſim. Et hæc de Atintania. In eodem etiam tractu Chaoniæ apud Ptolemæum notatur oppidum Φοινίκη *Phœnice* præter eum memoratum Polybio, Straboni, T. Livio, Procopio & tabulis. Strabo eam Theſprotiæ tribuere videtur, nam eam prope Buthrotum locat. Sed (ut credo) male, ut ex iis, quæ infra dicturus ſum, colligitur: non habet ille differentiam inter Chaones & Theſprotos, ut diximus, ſic igitur ille lib. 7. Ἔπειτα ἄκρα Χειμέριον καὶ Γλυκὺς λιμὴν, εἰς ὃν ἐμβάλλει ὁ Ἀχέρων ποταμὸς ῥέων ἐκ τῆς Ἀχερουσίας λίμνης, καὶ δεχόμενος πλείους ποταμοὺς, ὥστε καὶ γλυκαίνειν τὸν κόλπον, ῥεῖ δὲ καὶ Θύαμις πλησίον. Ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἐφύρα πόλις Θεσπρωτῶν· τοῦ δὲ κατὰ Βουθρωτὸν ἡ Φοινίκη. Id eſt: *Deinde Chimeriam promontorium & dulcis portus, in quem influit Acheron fluvius ex Acheruſia lacu fluens, & ſuſcipiens plures fluvios, adeo ut dulcem faciat ſinum, fluit etiam Thyamis prope: ſuper hunc ſinum ſita eſt Cichyrus, quæ olim Ephyra urbs Theſprotorum, ſuper ſinu autem, qui eſt ad Buthrotum, Phœnice.* Faciam hoc loco contra meum morem, & Ptolemæi numeros præferam Strabonis deſcriptioni, eo quod tabulæ pro Ptolemæo contra Strabonem faciunt. Credo Strabonem memoria lapſum Βουθρωτὸν pro Πάνορμον, vel Ὄγχησμον poſuiſſe. Nam dixit Strabo paulo ante ſpacium ab Acrocerauniis ad ſinum Ambracicum eſſe ſtadiorum mille & trecentorum; in eo ſpacio Buthrotus medium ſpacii circiter obtinet, & ſic Phœnice, ſi ſupra Buthrotum ſita eſt, ab Acroceraunìis diſtaret ſtadia ſexcenta & quinquaginta, quod ſpatium explet milliaria octuaginta paulo plus,

ſed

ſed tabulæ ab Acroceranniis ad Phœnicen milliaria tantum 41 ponunt hoc modo:

Aulona XXXIII.
Ocroceraunio XLI.
Phœnice LVI.
Putharoto.

Itaque ſecundum tabulas Phœnice proprior erat Acroceranniis, & remotior à Buthroto, & ſic multo melius Ptolemæi numeri Phœnicen ponunt ſupra Oncheſmum in mediteraneo, ſed non longe à mari. Ad cujuſdam fluvii ripam ſitam fuiſſe Phœnicen, patet ex Polybio lib. 2. ubi de occupatione ejus urbis ab Illyriis loquitur, addit: οἱ δὲ Ἠπειρῶται πυθόμενοι τὸ γεγονὸς, ἐβοήθουν πανδημεὶ μετὰ σπουδῆς· παραγενόμενοι δὲ πρὸς τὴν Φοινίκην, καὶ προβαλλόμενοι τὸν παρὰ τὴν πόλιν ῥέοντα ποταμὸν, ἐστρατοπέδευσαν τὰς ἐπ᾽ αὐτῷ γεφύρας, ἀνασπάσαντες τὰς σανίδας ἀσφαλείας χάριν. Id eſt: *Cum id reſciviſſent Epirotæ ad auxiliandum univerſi ſtudioſe accurrunt, & cum ad Phœnicen acceſſiſſent, fluvium, qui prope urbem fluit, hoſtibus opponentes, caſtrametati ſunt, tabulas à ponte avellentes ſecuritatis ſuæ cauſa.* Fluvium illum fuiſſe ſatis copioſum aquis & non facilem vadatu, ſequitur ex hac narratione. Nomen fluvii tacuit Polybius, eum non notat Ptolemæus, nec ejus meminit Strabo. Sed tabulæ Caſtaldi & Magini, eum (credo) deſcribunt orientem ex Cerauniis, qui hodie montes Chimeræ vocantur, & eam Caſtaldus nominat, *porto Panormino*, unde colligitur eum in Panormi portum influere, & ſic Phœnice ponenda foret ad eum fluvium paulo altius in mediterraneo, ſupra Panormum & Oncheſmum. Fuiſſe autem urbem ſatis celebrem & quaſi totius Epiri metropolim, ex ſupra dictis colligitur; & ex loco Polybii in fragmentis à Valeſio publicatis pag. 265. patet, in ea urbe judicia exercita fuiſſe, &

fontium

ſontium condemnationes, & exilia; locus prolixior eſt quam huc inſeri debeat. Eam in loco plano ſitam fuiſſe nos docet Procopius de Ædificiis lib. 4. ubi de Epiro loquitur: Ἀνενεώσατο δὲ καὶ Νικόπολίν τε καὶ Φωτικὴν καὶ τὴν Φοινίκην ὠνομασμένην. αἱ δύο αὗται πολίχναι· ἥ τε Φωτικὴ καὶ ἡ Φοινίκη ἐν τῷ χθαμαλῷ τῆς γῆς ἐκεῖντο, ὕδασι περιρρεόμεναι τῇ δὲ λιμνάζουσι, (lege λιμναζούσαις) ...... ἀναστῆσαι δὲ αὐτὰς μὲν ἐπὶ σχήματος τοῦ αὐτοῦ εἴασε, φρούρια δὲ αὐτῶν ἀγχοτάτω, ἐν τῷ ἀναντεῖ καὶ ἰσχυρῶς ὀρθίῳ ἐδείματο. Id eſt: *Inſtauravit autem Nicopolim, & Photicen, & eam, quæ Phœnice vocatur: eæ duæ civitates in humili loco ſitæ erant, aquis circumfluæ quæ illic ſtagnabant, eas in eadem forma manere ſivit, caſtella vero juxta ipſas in excelſo & valde ſublimi ædificavit.* Ex ſupradictis collige, Phœnicen urbem olim ſitam fuiſſe non longe ab eo loco, qui in tabulis recentibus notatur *Zoponzo*.

Ponit non procul à Phœnice Ptolemæus, *Omphalium*, de quo loco nulli autores meminere præter Stephanum, qui eum in Theſſalia ponit, erravit forte, & in eo ſequenda eſt Ptolemæi autoritas.

Habet etiam Ptolemæus *Elæuntem* urbem, de qua tacuerunt etiam antiqui. Sed Niger de ea aliquid muſſitavit, & de ejus ſitu multum abeſt à Ptolemæi numeris, ſi legatur, ut editus eſt is locus, ſed mutatis punctis evaneſcit illa diverſitas. Sitam fuiſſe in colle unde fluvius ortus in mare cadit, aſſerit, ſed cum autorem ſuæ ſententiæ non promat, non meretur fidem. Ex nominis etymo conjicere licet, eam urbem non fuiſſe à littore maris remotam, Ἐλαιοῦς enim *Olivetum* ſignificat. At in Epiro montana regione & frigida, oleæ non proveniunt, niſi ad maris littora aut eorum vicinia: fuit proculdubio & in Chaonia *Phanote* oppidum, quod Stephanus in voce Φάναι videtur confundere cum Phocidis urbe, quæ

φανοτὸς vocabatur, de ea ſcripſerunt Polybius, & T. Livius, & ex Polybio quidem ſitus non deprehenditur, ſed tantum docet fuiſſe urbem inter Epiroticas celebrem, ubi Conſul Romanus A. Hoſtilius divertebat, eum vide in fragmentis Valeſianis pag. 130. Ex T. Livio colligitur, eam primam in occurſum fuiſſe venientibus ab Illyride, & ideo non longe ſitam fuiſſe ab Atintanum montibus, ſic enim ille in fine libri 43. *Appius Claudius, acceptam in Illyrico ignominiam corrigere cupiens, Phanotem Epiri caſtellum adortus oppugnare, & auxilia Athamanum, Theſprotorumque præter Romanum exercitum, ad ſex millia hominum ſecum adduxit, neque operæ pretium fecit, Cleva, qui relictus à Perſeo erat, cum valido præſidio defendente.* Et non multo poſt de Perſeo: *Appium tamen ab obſidione Phanotis, fama ducentis ad ſtratum Perſei ſummovit, Clevas cum præſidio impigrorum juvenum inſecutus ſub radicibus prope inviis montium, ad mille hominum ex agmine impedito occidit. Appius ſuperatis anguſtiis, in campo quem Eleona vocant, ſtativa dierum paucorum habuit. Interim Clevas, aſſumpto Philoſtrato, qui Epirotarum gentem habebat, in agrum Antigonenſem tranſcendit, Macedones ad depopulationem profecti, Philoſtratus cum coborte ſua in inſidiis loco obſcuro conſedit, in palatos populatores cum erupiſſent ab Antigonea armati, fugientes eos perſequentes effuſius in vallem infeſtam ab hoſtibus præcipitant,* &c. Ex hoc loco eam urbem non longe ab Atintanum finibus ſitam fuiſſe, ut diximus, probatur. Ideo quidam putarunt eandem eſſe, quæ etiam Phœnice vocabatur; & eam ſententiam ſequutus eſt Samſonius, curioſus ſane & doctus Geographus, ſed in eo non ſequendus; nam de utraque Polybius meminit, & T. Livius etiam utraſque urbes Epiri fuiſſe dicit: addit etiam Samſonius

tertium

tertium nomen *Adrianopolis*, ut ſecundum eum eadem fuerit civitas, quæ *Phœnice* & *Phanote* & *Adrianopolis* vocaretur, in quo fugit eum ratio: nam Phœnice & Adrianopolis duæ fuerunt diverſæ civitates, quæ ambæ in tabulis Peutingeri notantur: Phœnice in itinere inferiori, mari magis vicino; Adrianopolis vero in ſuperiore verſus boream & montes. Tum Procopius de Ædific. lib. 4. diverſas facit, Phœnicen & Adrianopolin his verbis. Ἐνταῦθά τε καὶ τῇ Ἠπείρῳ, τῇ τε νέᾳ καὶ τῇ παλαιᾷ, οὗ δὴ καὶ πόλις αὐτῷ πεποίηται Ἰουστινιανόπολις, ἡ πρότερον Ἀδριανόπολις καλουμένη· ἀνενεώσατο δὲ καὶ Φωτικὴν, καὶ Νικόπολιν, καὶ τὴν Φοινίκην ὀνομασμένην. Id eſt: *Ibi enim & in Epiro nova & antiqua, ubi urbs, ab eo ædificata eſt Juſtinianopolis, quæ prius Adrianopolis vocabatur. Inſtauravit etiam Nicopolim & Photicam, & eam, quæ Phœnice nominabatur.* En in hoc Procopii loco *Phœnicem*, *Photicam* & *Adrianopolin*, tres urbes, quas in unam confundere caveat lector. De Phanote, an poſtea Hadrianopolis dicta fuerit, non mihi conſtat, nec probo, nec inficias eo, ſi Samſonius de eo habuerit autoritatem, bene eſt, ſed video eum quidem in tabula tria nomina poſuiſſe, ſed in libello de Græcia ſubdubitare, itaque & de eo mihi dubitare licebit.

Adrianopolim fuiſſe Epiri civitatem, non quidem ex autoribus Græcis antiquis conſtat, qui ante Adrianum vixerunt; ſed ex Concilio Chalcedonenſi & ex Procopio, ex hiſtoria tripartita, & ex Orderico Vitali id diſcimus; in veteri Epiro ponit concilium Chalcedonenſe. Procopium nuper citavimus, qui nihil de ejus ſitu definit. Solæ tabulæ ſitum denotant, quæ eam ab *Amantia* (ſic legendum, non Amatria, quæ nulla fuit) diſtare millibus paſſuum 55. verſus orientem notant, & quidem itinere ſuperiori à mari remoto. Nomen ei à

Juſtiniano impoſitum non duraſſe,& rurſus Adrianopolim vocatam fuiſſe, nos docet Ordericus, hiſtor. lib. 9. hic verbis *Baïmundus in vallem de Adrianopoli venit, ibique ſuos concionando ſoliciter admonuit, ut peregrinationis pro Deo ſuſceptæ memores eſſent,*&c....... *de valle tandem Caſtoriam pervenerunt*.......... *Inde pervenerunt ad flumen Bardarum.* Vides candide lector ex ratione itineris illius ducis, qui ex Italia in Epirum transfretaverat, nullam aliam Adrianopolim intelligi poſſe, quam eam, de qua nunc agitur; quam non dubito eam eſſe, quæ in Magini tabula notatur ſub nomine *Aladriano*, addito nempe à Turcis articulo Arabico, al. ut in *Algiro*, *Alcipo* & aliis.

De *Photice*, meminit Procopius ſupra citatus, ubi de Phœnice tractavimus, & ait, eam fuiſſe in humili loco ſitam & aquis circumfluam. Epiſcopali ſede ornatam fuiſſe nos docet Photius, cap. 201. ubi de *Diadocho* Photices epiſcopo in vetere Epiro mentionem fecit, nulla alia teſtimonia de ea civitate habemus, & eſt, quod ad me, incertæ poſitionis.

Video in pluribus recentibus tabulis notari urbem ceu pagum *Argyro*, ut in Caſtaldi & Magini tabulis, quas ſecutus eſt Philippus à Vico. Ideo credo extare adhuc oppidulum eo nomine vocatum, de eo unicum habemus antiquum teſtimonium Lycophronis à Stephano citatum in Ἀργυρῖνοι, qui etiam teſtes nominat Timæum & Theonem, ſed eorum verba non adduxit: Lycophronis vero hæc verba citat. Εἰς Ἀργυρίνυς καὶ Κεραυνίων νάπας. Id eſt: *Ad Argyrinos & Cerauniorum valles*. Unde conjicio fuiſſe vel in ipſis Ceraunìis, vel non longe inde. De ea nihil habemus quod dicamus amplius, deſunt autoritates. Ideo ſequendi ſunt Maginus & Caſtaldus in ejus oppidi ſitu.

De

CAPUT IV.
De THESPROTIA.

Nunc de Theſprotis ex ordine dicendum eſt, quorum limites verſus Chaoniam incerti, ut diximus, eo quod prævaluerunt Theſproti, & Chaonibus mixti eorum famam depreſſerunt, & nomen obſcurum & fere abolitum fecerunt. Nam ecce Caſſiopem in littore Epiri Chaonibus tribuit Ptolemæus, qui nomina antiqua ſectatur, ſed Strabo antiquior lib. 7. ſic ait: Χάονες οὖν καὶ Θεσπρωτοὶ, καὶ μετὰ τούτους ἐφεξῆς Κασσωπαῖοι (καὶ οὗτοι δ' εἰσὶ Θεσπρωτοί.) Id eſt: *Chaones igitur, & Theſproti, & poſt eos Caſſopæi, (& ii etiam ſunt Theſproti.)* Itaque priuſquam de Caſſiope civitate in Epiri littore dicamus, de Theſprotis in genere aliquid dicendum eſt.

Theſprotia regio à Theſproto quodam Heroë nomen accepiſſe expreſſe ait Euſtathius ad Dionyſium, verſu 493. Οἱ Ἀμβρακιεῖς δ' Ἠπειρωτικὸν μὲν καὶ αὐτοὶ ἔθνος. οὕτω δ' λέγονται, ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου θυγατρὸς, ἢ ἀπὸ Ἀμβρακος υἱοῦ Θεσπρωτοῦ ἀφ' οὗ καὶ ὁ κόλπος Ἀμβρακιωτικὸς. καὶ πόλις Ἀμβρακία, ὡς ἀπὸ Θεσπρωτοῦ Θεσπρωτία χώρα. Id eſt: *Ambracii autem Epirotica etiam natio ſic dicuntur, vel ab Ambracia Augei filia, vel ab Ambrace filio Theſproti, à quo ſinus Ambracicus & urbs Ambracia, ut à Theſproto Theſprotia regio.* Quod videtur etiam firmare Pauſanias in Atticis, ubi de Theſei & Perihoi expeditione in Epirum ait: καὶ αὐτός τε καὶ Πειρίθους....... ἥλωσαν, καὶ σφᾶς ὁ Θεσπρωτὸς δήσας, εἶχεν ἐν Κιχύρῳ. Id eſt: *Et ipſe & Pirithous capti ſunt, & eos in vinculis ponens Theſprotus, detinuit in Cichyro.* Non tamen eſt certum, ibi Θεσπρωτὸς eſſe κύριον, ſed poteſt etiam intelligi pro gentis nomine. Stephanus

etiam in Ἀμβρακία & in Ἔφυρα, de illo Theſproto loquitur, &, quod eget emendatone uterque locus, eos apponam: Ἀμβρακία πόλις Θεσπρωτίας ἀπὸ Ἀμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ, τοῦ Λαοκόωντος, ubi mendum eſt in voce Λαοκόωντος, & legendum eſt Λυκάονος, ut patet ex eodem Stephano in Ἔφυρα, ubi ſic habet: Ἔφυρα πόλις Ἠπείρου, ἀπὸ Ἐφύρου, τοῦ Ἀμάρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ, τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ Λυκάονος, τοῦ γηγενοῦς τοῦ Ἄρκαδος. Id eſt: *Ephyra urbs Epiri ab Ephyro filio Amaraci, filii Theſproti, filii Pelaſgi, filii Lycaonis & terra geniti Arcadis.* Hæc mendoſa & turbata ſunt: mendoſa in voce Ἀμάρακος, ubi procul dubio legendum Ἄμβρακος, facili lapſu: turbata vero in ordine nominum, nam Lycaon non fuit terræ filius, ſed Pelaſgi, ut teſtantur omnes antiqui, qui de ea gente ſcripſerunt. Ipſe vero Pelaſgus fuit è terra natus αὐτόχθων, ceu γηγενής, ergo ſic legendus is locus: ἀπὸ Ἐφύρου, τοῦ Ἄμβρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ, τοῦ Λυκάονος, τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ γηγενοῦς. Id eſt: *Ab Ephyro, Ambracis filio, Lycaonis filii, qui filius fuit Pelaſgi è terra nati Arcadis.* De ea gente & Pelaſgi illius progenie ſupra ad ſatietatem uſque diximus. Ab antiquiſſimo igitur illo Theſproto dicta fuit Theſprotia. Ideo apud Pauſaniam de illo antiquiſſimo Theſproto non eſt intelligendum, eum in vinculis habuiſſe Theſeum, ſed vel fuit Theſprotus alius multo recentior, de illius antiqui proſapia & ejus nomen habens, vel quod magis credo in loco Pauſaniæ Θεσπρωτὸς non eſt κύριον, id eſt, proprium nomen viri ſed gentis, id eſt Theſprotius. Nam Hercules Theſeo contemporaneus, cum Auge concubuit filia Alei, nepte Aphidantis, pronepte Arcadis, abnepte Nyctimi, qui fuit Lycaonis; unde ſequitur Theſprotum illum antiquum multis ante Theſeum generationibus vixiſſe. Ideo Mythologi, qui Theſei & Perithoi fabuloſum

loſum ad inferos deſcenſum ad veriſimilem hiſtoriam revocare voluerunt, Epiri regem Αἰδώνεα (qui Romanis Pluto dictus eſt.) nominant, non Theſprotum: Et Homerus quidem de Theſprotis & eorum rege Phidone ſcripſit Odyſſ. ξ. verſu 115 &c. ubi Vlyſſes ait:

---- Δεκάτῃ δὲ νυκτὶ μελαίνῃ
Γαίῃ Θεσπρωτῶν πέλασε μέγα κῦμα κυλίνδον,
Ἔνθα με Θεσπρωτῶν βασιλεὺς ἐκομίσατο Φείδων. Id eſt: *Decima autem nocte nigra terræ Theſprotorum me admovit magnus fluctus volvens, ubi mei curam geſſit Theſprotorum rex Phidon.* Igitur ſecundum Homerum Theſproti regem habebant. Sed vel poſtea reges ſuos abdicaverunt, vel eorum pars fuit quodam ſine rege, quod docet Thucydides lib. 2: Ἐστράτευον δὲ μετὰ Χαόνων καὶ Θεσπρωτοὶ ἀβασίλευτοι. Id eſt: *Militabant autem cum Chaoniius & Theſproti, qui ſine rege degunt.* Quæ verba, utrum de univerſa gente, utrum de quadam ejus parte intelligenda ſint, non liquet. Ejus gentis limes ab oriente fuit olim *Ambracia* & *Ambracius lacus*: teſtem damus Herodotum qui lib. 8 ſect. 47. ait: Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι οἱ ὁμουρέοντες Ἀμπρακιώτῃσι, καὶ Λευκαδίοισι. Id eſt: *Theſproti enim ſunt collimitanei Ambraciotarum, & Leucadiorum.* Sed id intelligendum eſt, late ſumpta Theſprotorum appellatione; nam Ptolemæus eorum limites coarctat, interſerens gentem quandam aliis omnibus ignotam *Almines* dictam, de qua nihil apud alios autores legitur, quod mirum eſt. Ad ſeptentrionem habet catenam montium continuam, quæ generali nomine olim *Pindus* dicebatur ἡ Πίνδος. Ptolemæo Πίνδον neutraliter, male, & contra omnium antiquorum conſenſum, ejus partes fuerunt Lacmon, Tymphe & alia jugorum nomina minus nota. De Pindo & ejus partibus infra dicendum erit. Limitem occidentalem jam

ſupra

ſupra diximus non poſſe definiri, ni Ptolemæi numeros ſequamur. Et ſub Theſprotiæ late ſumptæ nomine etiam Chaonia poſtea comprehenſa fuit. Nam Strabo Phœnicen, de qua ſupra in Chaonia diximus, Theſprotiæ accenſet. Ideo Euſtathius Oricum ultimam Chaoniæ occidentem verſus, & ideo à Theſprotia remotiſſimam urbem Theſprotis etiam attribuit, cum ad Dionyſii verſum 339. ſic ait: Ὅτι Ὠρικίαν λέγει τὴν κατὰ Μολοττοὺς καὶ Θεσπρωτοὺς ἤπειρον. Id eſt: *Oriciam ait eam, quæ eſt in Moloſſorum & Theſprotorum continente.* Nobilitatem & antiquitatem gentis licet ex eo colligere, quod Theſſali (gens inter Græcos nobiliſſima) ab iis orti dicebantur, ut refert omnis antiquitatis Græcanicæ promuſcondus Herodotus lib. 7. ubi de muro Thermopylarum loquitur: Ἔδειμαν δὲ Φωκέες τὸ τεῖχος δείσαντες, ἐπεὶ Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα τήνπερ νῦν κτέαται. Id eſt: *Eum autem ædificaverant Phocenſes metu Theſſalorum, qui venerant ex Theſprotis, ut habitarent terram Æolidem, quam nunc poſſident.* Sed tamen Theſprotorum nomen fere abolitum eſt, & Epirus vocata eſt tota illa regio, quam prius Chaones, & poſtea Theſproti habitarunt. Ea regio nunc *Vaiebitia* vocatur, ſi fides Nigro, quem ubique Bertius ſequitur in ſua Ptolemæi editione, id nomen tamen, nec in Magini nec in Caſtaldi tabulis comparet, ideo dubito, nam in Nigro tantos errores, & tam ignorantia plenos deprehendi, ut mihi non videatur dignus, cui ſine fidejuſſore adhibeatur fides.

Theſprotorum ditionis prima occurrit Caſſiope in littore, de ea Scylax: Μετὰ Θεσπρωτίαν Κασσωπία ἐστὶν ἔθνος. οἰκοῦσι δὲ καὶ οὗτοι κατὰ κώμας. παροικοῦσι δὲ οὗτοι ἕως εἰς τὸν Ἀνακτορικὸν κόλπον. παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Κασσωπῶν χώρας ἥμισυ ἡμέρας· μικρῷ δὲ ἐλάττων ὁ Ἀνακτορικὸς κόλπος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος,

στόματος, ἕως εἰς τὸν μύχον σταδίων ρκ΄. τὸ δὲ στομὰ εὖρος στάδια δ΄. Id eſt: *Poſt Theſprotiam, Caſſopia natio, habitant autem ii vicatim, pertendunt uſque ad ſinum Anactoricum: Præternavigatio autem regionis Caſſoporum dimidium diei, ſinus autem Anactoricus, ab ore uſque ad intimum receſſum, paulo minor eſt ſtadiis centum viginti. Os vero latum eſt ſtadia quatuor.* Sed in eo capite multi ſunt errores. Ideo optime dixit anonymus quidam, in initio ejus editionis poſitus: Δοκεῖ δὲ πως καὶ αὐτὸς τῆς ἀγνοίας τῶν πλειόνων τόπων τὴν βραχυλογίαν, ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ πεποιῆσθαι. Id eſt: *Videtur autem quodammodo, & ipſi ſuæ de pluribus locis ignorantiæ, brevitate ſermonis pro apologia uſum eſſe.* In hoc Scylacis loco hæc notanda ſunt. Primo ait Caſſopæos illos pertendere uſque ad Anactoricum ſinum, ſed ſolus eſt, qui eum ſinum ita appellaverit, Thucydidi & omnibus aliis Ἀμπρακικὸς *Ambracicus* nominatur; nec credendum eſt Caryandenſi contra Athenienſem. De lacus longitudine non conſentit Strabo, qui eum longum trecenta ſtadia facit. Ad alia igitur & certiora teſtimonia recurrendum erit, quando de eo lacu tractabimus. Eam regionem Moloſſidis partem videtur facere Stephanus: Κασσώπη πόλις ἐν Μολοσσῷ, (lege Μολοσσοῖς) ἐπώνυμος τῇ Κασσωπίᾳ χώρᾳ. Id eſt: *Caſſope urbs in Moloſſis, cognominis Caſſopiæ regioni.* Sed id non ſemper obtinuerat, ſi fides Scylaci, qui littus maris ad Moloſſos pertinens ad quadraginta tantum ſtadia extendit, ut infra dicemus. At Caſſopia regio in littore uſque ad Ambracicum ſinum extendebatur, teſto Strabone. De ea regione Demoſthenes in oratione de Halonneſo ubi de Philippo: τὰς δὲ ἐν Κασσωπίᾳ τρεῖς πόλεις Πανδοσίαν, καὶ Βουχέταν, καὶ Ἐλάτειαν, Ἠλείων ἀποικίας κατακαύσας, τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις βιασάμενος παρέδωκεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ δουλεύειν.

Id eſt: *Tres autem in Caſſopia urbes Pandoſiam, & Buchetan, & Elatiam cum incendiſſet Eleorum colonias, regionem & urbes per vim ſubjectas, dedit Alexandro ſuo affini, ut ei ſervirent.* Eam urbem, mutato in dulcius ſonum nomine, Strab. Κασσιόπην vocat, *Caſſiopem*, ut etiam Ptolemæus & Plutarchus in Quæſtionibus Græcis quæſt 25. quem locum, eo quod emendatione indiget, hîc aſcribam. Τινὸς ἕνεκα διανοίας τὸ τοὺς ἀπάγοντας εἰς Κασσιοπαίαν τὴν βοῦν, ἐξ Αἴνου τὰς παρθένους προπεμπούσας ἐπᾴδειν μέχρι τῶν ὅρων,

Μήποτε νοστήσαιτε φίλαν εἰς πατρίδα γαῖαν;

Αἰνιᾶνες ὑπὸ Λαπιθῶν ἐξαναστάντες, τὸ πρῶτον ᾤκισαν περὶ τὴν Αἰθακίαν, εἶτα περὶ τὴν Μολοσσίδα, καὶ Κασσιοπαίαν. οὐδὲν δὲ χρηστὸν ἀπὸ τῆς χώρας ἔχοντες. &c. Id eſt: *Quo ſenſu dicitur, quod qui Æno bouem Caſſiopæam ducunt, iis virgines qui eos deducunt, accinunt, utinam ne in amatam patriam unquam redeatis? Ænianes primum à Lapithis pulſi habitarunt circa Æthaciam, deinde circa Moloſſidem & Caſſiopæam, ubi cum nihil boni ex ea terra illis adveniret.* &c. In quo loco manifeſtum eſt pro Αἰθακίαν debere legi Αἰθικίαν *Æthiciam*, & ſic legit interpres. Sic & pro Αἴνου legendum cenſeo Αἰνίας. Nam ab Αἶνος fit gentile Αἴνιοι; ab Αἰνία vero (quæ fuit urbs Perrhæbiæ, ut notat Stephanus) Αἰνιᾶνες *Ænianes*, de quibus loquitur. Perrhæbia autem fuit vicina Moloſſidi; tamen quoniam Stephanus ponit in Theſſalia urbem Αἶνος (quam tamen puto eum pro Ænia poſuiſſe) ſi quis repudiare velit noſtram emendationem, fruatur ſuo judicio, de eo litem non movebo, locus certe Stephani mihi videtur ex Plutarchi mendo morbum contraxiſſe.

De hac Caſſiope littorali Cicero meminit, epiſt. ad familiares lib. 16. epiſt. 9. *A. d.* XII. *Calendas Decemb. à portu Corcyræorum ad Caſſiopen ſtadia* CXX. *proceſſimus.*

ceſſimus. Sed non liquet an de Caſſiope, de qua hîc agitur, intellexerit, an vero de Caſſiope, quæ huic noſtræ oppoſita erat in Corcyræ littore. Idem dici poteſt de loco A. Gellii lib. 19. cap. 1. *Navigabamus* (inquit) *à Caſſiopæa ad Brunduſium mare Jonium*, &c. Idem dubium emergit ex loco Suetonii in Nerone cap. 22. *Nec profectione dilata, ut primum Caſſiopem trajecit, ſtatim ad aram Jovis Caſſii cantare auſpicatus eſt.* Veriſſimile tamen ſatis videtur de urbe in continenti intelligi debere, quod vox trajecit, qua uſus eſt Suetonius, ſuadet; nam de inſulari trajectus reſtabat faciendus ad Epirum & Græciæ terram. Sed ex hoc Suetonii loco docemur de ejus urbis nominis etymo: nam quando erat ibi templum & ara Διὸς Κασίȣ, non dubium eſt, quin ab eo Jovis cognomine nomen acceperit ille portus, & Κασίȣ ὀπὴ dictus fuerit, *Caſſii foramen.* Sic Τριόπιον ἄκρα in Doride Aſiatica, dictum eſt promontorium, ἀπὸ τριῶν ὀπῶν. Id eſt, à tribus ſinubus ſive foraminibus, ubi mare terram veluti perforat & ſe inſinuat. Et Plinius certe templum Caſſii Jovis memorat in Caſſiope urbe Corcyræ inſulæ, quod firmat omnino noſtram conjecturam: veriſimile valde eſt, utramque civitatem ab ejus numinis ibi culti & celebrati nomine accepiſſe; & forte ὀπὴ, *foramen*, intelligendum eſt, de freto, & meatu illo anguſto, quod inſulam & continentem intercedit, & duas illas urbes dividit ad invicem, non è procul aſpectantes. Sic à nautis noſtris fretum maris, quod inter Pictavorum littus & inſulam ad illud littus oppoſitam, intercedit, dicitur *le trou d'Antioche, foramen Antiochiæ.* Situs Caſſiopes in Epiro, de qua agimus, ſecundum Ptolemæum eſt è regione Caſſiopes inſularis, ſitæ in extremo Corcyræ angulo, verſus boream & occidentem; paulo tamen borealior videtur

inſularis, de qua tractabimus in Corcyræ inſulæ deſcriptione Fuit & altera Caſſiope in Epiro longe à mari verſus Pindum; duas enim ejus nominis urbes in Epiro notat Ptolemæus, unam littoralem, alteram in mediterraneo ſitam, & in eo ſequutus eſt à Sophiano & ab aliis recentioribus, præter Caſtaldum & Maginum, qui nullam aliam Caſſiopem norunt, præter eam, quæ extat adhuc in inſula olim Corcyra, nunc Corfu appellata; nec mirum eſt, non enim Græciam antiquam, ſed hodiernam deſcribere ſatagerunt; ideo ſoli Ptolemæo credendum eſt, & ſequendi ſunt ejus numeri. Sed quando ſe offert occaſio de Caſſiope mediterranea loquendi, videtur de ea intelligendus Diodori locus lib. 19. ubi expeditionem Lyciſci, Acarnaniæ à Caſſandro præpoſiti, Epirum invadentis, ut Alcetam ſolio deturbaret: Sic autem rem narrat: Παρῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Ἤπειρον .... καταστρατοπεδευσαμένου δὲ αὐτοῦ περὶ Κασσωπίαν πόλιν, Ἀλκέτας τοὺς μὲν υἱοὺς Ἀλέξανδρον καὶ Τεῦκρον ἀπέστειλεν ἐπὶ τὰς πόλεις διακελευσάμενος στρατολογεῖν ὡς πλείστους, αὐτὸς δὲ, μεθ' ἧς εἶχε δυνάμεως, ἀναζεύξας, ἐπειδὰν πλησίον ἐγένετο τῶν πολεμίων, ἀνέμενε τὴν τῶν υἱῶν παρουσίαν. Id eſt: *In Epirum cum copiis tranſivit. .... Cum autem caſtra poſuiſſet circa urbem Caſſopiam, Alcetas filios ſuos Alexandrum & Teucrum miſit ad urbes & juſſit eos quam plurimos milites colligere. Ipſe cum iis quas habebat copiis profectus, poſtquam hoſtibus proximus factus eſt, filiorum adventum expectabat.* Ex hoc loco, ubi de navibus & claſſe nulla fit mentio, videtur ea Caſſiopia urbs, prope quam caſtra poſuit Lyciſcus, fuiſſe non in maris littore ultra Ambracium ſinum, cujus os transfretandum fuiſſet Lyciſco, ut ad Caſſiopem littoralem caſtra ponere potuiſſet, & longe ab eo ſinu ſitam; ſed in regione Epiri Acarnaniæ continua, nullo ſinu interpoſito, nam ſtatim Alcetas Lyciſco occurrit, ante-

quam potuiſſet Lyciſcus totam Epirum penetrare, & ad Caſſiopem littoralem pervenire, & Lyciſcus evitato lacu Ambracio, per Agræos & Amphilochos ad Caſſiopiam illam mediterraneam, ut credere eſt, proceſſerat. Dominicus Niger mire ſitum ejus deſcribit hoc modo: *Supra vero Chaones juxta montes Caſſiopenſes, in quibus Caſſiopia civitas Epirotarum colonia, quam recentiores Cognitzam vocant, in ſaxo poſita, ad cujus radices auſtrum verſus Apſus fluvius præterit, qui in Ionium mare vadit.* In quibus verbis hæc notanda ſunt: Epirotarum vocat coloniam improprie, niſi velit eam ſitam fuiſſe extra Epiri fines. (nam ἀποικία inter Græcos eſt colonia, inter Latinos ſumitur pro civitate quæ extra fines & ditionem Metropolis condita fuerat) ſed in Epiro ſitam ſupra nos docuit Diodorus. Poſtea ait ſitam fuiſſe ad Apſum fluvium, quod non convenit civitati in Epiro ſitæ; Apſus enim fluvius erat Illyridis qui, ut ait Lucanus, non longo gurgite ſe laſſabat, & brevem decurſum habebat. Sed non fuit αὐτόπτης proculdubio. Niger fiſus tabulis ſui temporis, qua Apſum nimis extendebant, cum debuiſſent Aöum extendere, Apſum in Epiro poſuit. Itaque de eo Nigri loco non dubito audacter pronunciare οὐδὲν ὑγιές. *Camiitzam* certe locavit Caſtaldus & Maginus circa eum locum, ubi ponit Caſſiopiam Protemæus; ſed de *Cognitza* nihil inveni: non dubito civitatem illam montanam fuiſſe, alterius littoralis ἀποῤῥογα, & ab ejus civibus conditam fuiſſe. Nam regiones maritimæ, ut Epirus, prius in littoribus, cultoribus per mare advenientibus, habitatæ ſunt, & nomen ſatis notat ejus originem. Ab his civitatibus, mutato nomine, pars magna antiquæ Theſprotiæ, quæ poſtea Epirus vocata eſt, & quæ ſecundum Strabonem uſque ad Ambracicum ſinum extendebatur, Caſſopia, vel Caſſiopæa nuncupata eſt, ſic

enim Strabo lib 7. Ἐν ἀριστερᾷ δὲ ἡ Νικόπολις καὶ τῶν Ἠπειρωτῶν οἱ Κασσωπαῖοι μέχρι τοῦ κόλπου Ἀμβρακίου. Id eſt: *Ad ſiniſtram eſt Nicopolis & Epirotarum Caſſopæi, uſque ad Ambracium ſinum.* Totus igitur ille tractus littoris Theſprotici Caſſopia dictus eſt, qui intus uſque ad alteram Caſſopiam & Pindum extendebatur quadam ſui parte, ſed ab antiquis Theſprotiæ tribuitur, & Caſſiopæi fuerunt pars Theſprotiæ, quam male coarctavit Scylax vir Aſiaticus. Sequitur in ora Theſprotiæ procedendo, ut ſupra, apud Ptolemæum Ποσίδειον ἄκρον *Poſidium promontorium*, de quo nihil notavi apud antiquos. Id promontorium contra Corcyram tendit, meridiem & orientem verſus, & inter id eſt & inſulam trajectus milliarium 10. aut circiter. Strabo tantum eum locum ſemel nominat lib. 7. Μετὰ δὲ Ὀγχισμὸν Ποσίδειον καὶ Βουθρωτόν. Id eſt: *Poſt Onciſmum Poſidium & Buthrotum*. Sed legendum eſt Ποσίδειον. Poſt Poſidium ſequitur ſinus in littore Theſprotiæ magnus ſatis & flexuoſus, ad cujus extremum fuit urbs cognomine Βουθρωτὸς *Buthrotus*, memorata Straboni, Dionyſio Halicarnaſſeo, Plutarcho, Ptolemæo, Etymologico, Annæ Comnenæ, Cantacuzeno, Stephano, Euſtathio, Græcis autoribus; Latinis vero Ciceroni, Cæſari, Melæ, Plinio, tabulis, Marciano Capellæ, Joanni Criſpo, poëtis vero Virgilio, Ovidio & aliis. De ea ſic Strabo. Καὶ Βουθρωτὸν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ καλουμένου Πηλώδους λιμένος, ἱδρυμένον ἐν τόπῳ χερρονησίζοντι ἐποίκους ἔχον Ῥωμαίους. Id eſt: *Et Buthrotum in ore portus Pelodis, colonos habens Romanos.* Sed videtur repugnare Ptolemæus, & cum eo omnes tabulæ recentiores, quæ *Pelodem* ſinum alium à Buthrotico faciunt, & in Pelodem quidem fluvium influentem, Buthroticum vero ſine flumine depingunt. Rivum arentem tantum ibi fuiſſe ait Virgilius Æneidos 3. *Et arentem Xanthi cognomine*

gnomine rivum agnoſco: ſed paulo ſupra de Simoënte fecerat mentionem, at quando Xanthum rivum arentem dicit, debuit eſſe ibi Simois rivulus nullius nominis. Nam Xanthus major fuit Simoënte. Maginus *Butrinto* notat in eo ſinu; *Pelodes* vero vicinum, ſed non eundem facit cum Buthrotico promontorio quodam, medio intercedente. Tum nec narratio, quæ legitur apud Plutarchum, lib. de oraculorum defectu, de nauclero, Thamus dicto, de Pelode mentionem facit, de Buthroto non loquitur, & Virgilii topotheſis, Æneid. 3 de Pelode non meminit. Ideo inclinat animus, ut credam, neglecto Strabone, duos diverſos portus fuiſſe Buthroticum & Pelodem, id eſt cœnoſum dictum. Id, & multa alia illis examinanda relinquo, quibus continget ea loca videre. Stephanus Buthrotum inſulam vocat. Βουθρωτὸς νῆσος περὶ Κέρκυραν, καὶ πόλις. Id eſt: *Buthrotus inſula circa Cercyram, & urbs.* Sed ſæpe Græci ſolent peniuſulas vocare νήσους inſulas, ſic Pelopis inſulam nominaverunt, quæ peninſula eſt, & per Iſthmum continenti conjungitur. Rationem nominis eodem loco reddit Stephanus, ſic: ἐκλήθη δὲ οἱ μὲν φασὶν ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ. οἱ δὲ μυθολογοῦνται, Ἑλένῳ ἐκ Τροίας πλέοντι, εἰς ἑσπέρην, (forte legendum ἑσπερίαν) θύσαντι ἀποβατήρια ἐν Ἠπείρῳ, τὸ θῦμα, ἡ βοῦς ἀποδράσασα ἐκ τοῦ βουπλῆγος, ὤχετο φεύγουσα διὰ τοῦ μεταξὺ πόντου εἰς τὸν κόλπον καὶ εἰς τὴν χέρσον ἐμβᾶσα (καὶ γὰρ τρῶμα ἐν τῇ δειρῇ εἶχεν) αὐτοῦ ἤριπε, καὶ ἔθανε. καὶ κλήδονι Ἕλενος χρῆται, ἵνα ἔθηκε Βουθρωτὸν ὄνομα, ὡς φασὶ Τεῦκρος ὁ Κυζικηνός. Id eſt: *Nominata eſt, ut quidam ajunt, à conditore. Alii fabulantur, Heleno è Troja nave profecto verſus occidentem, cum in Epiro ob deſcenſum è navi ſacrificaret victimam, bovem oeſtro percitam fugiſſe per mare in ſinum & cum terram attigiſſet (vulnus enim habebat in cervice) ibi cecidit & mortua eſt. Et Helenus omen accepit, & ideo* Βουθρωτὸν, (Id

τὸν, (Id eſt) *bovem vulneratam, locum vocavit, ut ait Teucer Cyzicenus.* Sic fabulas Græci narrant de urbium initiis; ſed ſi id etymum ſequendum foret, ſcribi deberet Βυτρωτὸς per τ, non per θ, ut fere omnes ſcribunt. Fuit ea urbs in edito ſita, ſi Virgilio fides lib. 3. Æneid.

Protinus aerias Phæacum abſcondimus arces,
Littoraque Epiri legimus, portuque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus urbem.

Cæſar lib. 3. de bello civili, eam urbem oppoſitam Corcyræ fuiſſe ait. Colonia fuit Romanorum, & ſic eam vocat Marcianus Capella lib. 6. cap. de tertio Europæ ſinu, ibi plurima & bene culta prædia habuit Pomponius Atticus, ut patet ex pluribus Ciceronis epiſtolis ad eum ſcriptis. Comnena, Βοθρωτὸν, Cantacuzenus, Βοθρεντὸν, vocavit. Ex ſupradictis ſatis probatur, eandem eſſe urbem, quæ nunc in tabulis recentiorum notatur *Butrinto,* oppoſita Corcyræ, ut in tabula Corfu inſulæ ab Abrahamo Ortelio publicata, & exacta, ut videtur, diligentia exarata, deſcribitur; eam videſis lector curioſe, ſi vacat. In ea voce corrigendæ ſunt tabulæ, quæ eo loci exhibent, *Butharoto:* ubi delendum à, & legendum *Buthroto.*

Poſt Buthrotum in eodem littoris ordine ſequitur Pelodes portus, qui Πηλώδης communi & Attica dialecto, Dorice vero Παλώδης, dicebatur. Eum locum λιμένα, id eſt *portum*, vocat Ptolemæus, utrum cum urbe cognomine, an portus fuerit deſertus, non liquet ex autoribus. Mercator urbem ibi depingi curavit. ſed id ex Ptolemæo non habet. Idem portus eſt, qui Appiano παλόεις dicitur lib. 5. civilium, ubi de Antonio ait. Ἀπὸ δὲ Κερκύρας εἰς τὸν Ἰόνιον ἔπλει στρατῷ μὲν οὐ πολλῷ, ναυσὶ δὲ διακοσίαις, ἃς ἐν Ἀσίᾳ πεποίητο, πυθόμενος δὲ Ἀηνόβαρβον ἀπαντᾶν αὐτῷ ναυσὶ καὶ στρατῷ πολλῷ (narrat deinde quomodo Ænobarbus Antonium, ut ducem ſuum, ſalutavit) ὁ δὲ Ἀντώνιος ἐς

τὴν ἑαυτοῦ

τὴν ἑαυτοῦ ναῦν τὸν Ἀηνόβαρβον ἀναδεξάμενος ἐς Παλόεντα καταπλεύσειν. Id eſt: *A Corcyra navigabat Ioniam verſus cum paucis copiis, ſed cum navibus ducentis, quæ in Aſia fabricatæ fuerant. Cum autem audiviſſet Ænobarbam in ejus occurſum venire cum multis copiis ....., .. Antonius quidem, in ſuam navem recepto Ænobarbo, in Palœntem navigavit.* Patet, de nullo alio portu intelligi poſſe hunc locum, quam de Palode, qui è regione Corcyræ erat, nam Πηλώδης & Παλοεὶς, à voce πηλὸς, ceu παλὸς, deducuntur, quæ lutum vel cœnum ſignificat, quaſi cœnoſum, vel lutoſum dicas, quæ qualitas optimum portum facit, navibus in cœno ſecure cubantibus. Ex hoc loco Appiani duo colliguntur; unum, Palodes & Buthrotum non idem fuiſſe; nam ibi de Buthroto mentio facienda fuiſſet urbe antiqua & celebri, & unde Antonius multa commoda habere potuiſſet: Alterum portum fuiſſe ampliſſimum, qui quadringentas naves recipere poterat: nam quando Antonius, infirmiores copias habens, ducentas naves ducebat, Ænobarbus, qui cum pluribus claſſe vehebatur, tot numero naves vel circiter habuiſſe colligitur. Hoc loco inſerenda foret Plutarchi narratio, lib. de defectu oraculorum, ubi ex relatione Epitheſis cujuſdam, Thamum Ægyptium vocem audiviſſe à Paxis inſula venientem, quæ Thamum jubebat. *Ubi ad Palodes veneris, annucia magnum Panem eſſe mortuum.* Quod cum feciſſet, gemitus audiviſſe, tamquam multitudinis magnæ, locus eſt prolixior, & Plutarchus ubique proſtat Græce, Latine, & Gallice ſcriptus, ad eum lectorem remittimus. Magini tabula eodem loco Pilodes ponit, ſed forte ut antiquis concordet; nam Caſtaldus id nomen non habet, & non longe ab eo loco *Baſtiam* notat, quam etiam Maginus habet, ſed Pelode occidentaliorem.

Poſt Pelodem, apud Ptolemæum, ſequitur *Thyamis promontorium*, Θυάμις ἄκρα, & ibi finem ponit ſuæ Theſprotiæ Ptolemæus. De eo non fit mentio apud antiquiores, ſolus Niger id memorat, & ait vocari hodie *Niſta* quod ſit penes ejus fidem, de Thyami vero monte dicendum erit poſtea ſuo loco.

Poſt Thyamin acram, legitur apud Ptolemæum lemma, ceu titulus ΑΛΜΙΝΗΣ, ubi nam cœperit Ægyptius ille, illud gentis Epiroticæ nomen, prorſus ignoro. Effugit is populus diligentiam Strabonis, Plinii, Pauſaniæ, Stephani, & ne te morer, omnium, quos legiſſe mihi contigit, autorum: limites tamen ſatis amplos dat illi regioni Ptolemæus, qui à promontorio ſupra dicto Thyami uſque ad Acarnanas extendit. Sed cum videam Thucydidem, Strabonem & alios, loca, quæ Ptolemæus Alminum ſuorum facit, Theſprotis tribuere, detrecto lubens Ptolemæi codicum autoritatem, & illud lemma, male credo inſertum, prorſus rejicio. Igitur ad cæterum Theſprotiæ littus pergamus.

Poſt Thyamin promontorium ſequitur, Θυάμιος ποταμοῦ ἐκβολαί. Id eſt: *Thyamis fluvii ejectiones*, vel os. Theſprotiæ accenſet Thucydides, ſaltem eum terminum facit inter Theſprotiam & Ceſtrinem, lib. 1. ῥεῖ δὲ Θυάμις ποταμὸς ὁρίζων τὴν Θεσπρωτίδα καὶ Κεστρίνην. Id eſt: *Fluit autem Thyamis fluvius diſterminans Theſprotidem & Ceſtrinem.* Memoratur etiam, Straboni, Pauſaniæ, Ptolemæo, Athenæo, Ciceroni, & Plinio, quorum plerique eum tantum nominant, & Theſprotis attribuunt. Prope eum fuiſſe villam Pomponii Attici amœniſſimam, colligitur ex Cicerone in ſuis ad Atticum Epiſtolis Nam Epiſtola 2 lib. 7. ait: *Q. Ciceroni obſiſti non potuit, quin Thyamim videret.* Celebrat illum fluvium Athenæus in Epitome lib. 3. his verbis. Φύλαρχος δέ φησιν οὐδέποτε

πεύπ-

πρότερον ἐν οὐδενὶ τόπῳ κυάμων Αἰγυπτίων, οὔτε σπαρέντων, οὔτε ἐν σπείρεσι τῆς πηλομένων, εἰ μὴ κατὰ Αἴγυπτον ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου τοῦ Πύρρου περὶ τὸν Θύαμιν ποταμὸν τὸν ἐν Ἠπείρῳ Θεσπρωτίας ἐν ἕλει τινὶ συνέβη φυῆναι. Id eſt: *Phylarchus ait, numquam antea in ullo loco ſeminatis fabis Ægyptiis, neque ex ſemine creſcentibus, præter quam in Ægypto, Alexandri tamen, Pyrrhi filii tempore, prope Thyamin Theſprotiæ fluvium, in Epiro in quadam palude proveniſſe.* Hic eſt, meo judicio, ſenſus Athenæi, cujus verba turbata, & forte hiulca eſſe fatendum eſt. Et hæc ſunt quæ de illo fluvio apud antiquos inveniuntur, quem Theuetus aſſerit, referente Ortelio, nunc *Calama* vocari: fluxiſſe à Thyami monte Epiri, prope Agræos & Amphilochos, & alios Epirotas orientales, evidenter ex nomine conjicere licet, ſed deeſt autoritas, & eſt tantum veriſimilis conjectura.

CAPUT V.

De CESTRINE.

Ceſtrinem, Epiri regionem, à Ceſtrine Heleni & Andromaches filio dictam teſtatur Pauſanias lib. 2. de Heleno narrans. Ἐλθεῖν εἰς Ἤπειρον, καὶ ἐπιτροπεῦσαι τε τοὺς Πύρρου παῖδας, συνοικοῦντα Ἀνδρομάχῃ, καὶ τὴν Κεστρίνην καλουμένην, ἀπὸ Κεστρίνου τοῦ Ἑλένου λαβεῖν τὸ ὄνομα. Id eſt: *Veniſſe in Epirum, & tutelam egit filiorum Pyrrhi, cum Andromachen duxiſſet uxorem, & Ceſtrinem vocatam, à Ceſtrine Heleni filio nomen accepiſſe*, & in Atticis: Ἐγένετο δὲ καὶ Ἑλένῳ Κεστρῖνος, τούτῳ γὰρ Ἀνδρομάχη συνῴκησεν, ἀποθανόντος ἐν Δελφοῖς Πύρρου· Ἑλένου δὲ ὡς ἐτελεύτα Μολοσσῷ τῷ Πύρρου παραδόντος τὴν ἀρχὴν, Κεστρῖνος μὲν σὺν τοῖς ἐθέλουσιν Ἠπειρωτῶν τὴν ὑπὲρ Θύαμιν ποταμὸν χώραν ἔσχε. Id eſt: *Natus eſt autem ex Heleno Ceſtrinus, ei enim Andromache*

mache nupſerat mortuo Delphis Pyrrho. Helenus vero moriens dominium dedit Moloſſo, Pyrrhi filio, & Ceſtrinus cum Epirotis, ſponte eum ſequutis, regionem, quæ eſt ſupra Thyamim fluvium, occupavit. Ea regio olim *Cammania* dicebatur, ſi fides Stephano. Καμμανία, (ait) μοῖρα Θεσπρωτίας· μετωνομάσθη δὲ Κεστρίνια, ἐξ ἧς Κάδμος ὁ ποταμὸς Κεστρῖνος, ἐστὶ κτίσμα Κεστρίνου τοῦ υἱοῦ Ἑλένου τοῦ Πριαμίδου. Id eſt: *Cammania pars Theſprotiæ, mutato vero nomine, vocata eſt Ceſtrinia, à quo Cadmus fluvius Ceſtrinus dictus eſt, condita eſt à Ceſtrino filio Heleni Priamidæ.* Ex hoc loco patet, Theſprotos prævaluiſſe, & Ceſtriniam etiam ſuæ ditionis feciſſe, quando Ceſtrinia dicitur pars Theſprotiæ, quæ olim, ex Thucydide nuper citato, ab ea diſtinguebatur. De loco Servii ad Virgilium, ubi Campaniam à quodam Campo, cujus Ceſtria filia, & alia multa blaterat, jam ſupra diximus in Chaonia, & ejus autoritatem detrectavimus; ea non ſunt hoc loco repetenda. De illo Theſprotiæ fluvio Cadmo nihil inveni, ut nec de Ceſtrino: ſed quando dicit Stephanus eum de Ceſtrina regione fluere, videtur innuere, Ceſtrinem fuiſſe montanam regionem, non littoralem, aliter dixiſſet non ἐξ ἧς, ſed δι᾽ ἧς, *non ex ea*, ſed *per eam*, & ſic intelligenda forent Thucydidis verba ſupra citata, ubi ait, Thyamim diſterminare Theſprotiam à Ceſtrina, non ad plagam littoralem, ſed altius verſus montes, & id etiam ſuadent verba Pauſaniæ nuper citata, ubi ait Ceſtrinum occupaſſe, τὴν ὑπὲρ Θύαμιν ποταμὸν χώραν: nam ſi de littorali intellexiſſet, dixiſſet potius, πέραν τοῦ ποταμοῦ, *ultra fluvium*, non *ſupra fluvium*. Chaoniæ partem Ceſtrinem facit Ariſtophanis Scholiaſtes ad hæc Pacis comœdiæ verba, Λαρίνῳ βοΐ, his verbis: ἐν δὲ τῇ Χαονίᾳ φασὶ τοιούτους εἶναι βοῦς· οὓς καὶ Κεστρίνους καλοῦσι. Id eſt: *In Chaonia ajunt tales eſſe boves, quos Ceſtrinos vocant.* Sed, ut jam ſupra pluries dixi-

diximus, qui olim fuerant Chaones, poſtea Theſproti, & deinde Moloſſi dicti fuerunt. Ideo ex hoc Scholiaſtis Ariſtophanis loco nulla colligi poteſt ſitus diverſitas. Plinius Ceſtrinos cum Perrhæbis conjungit lib. 4. initio, ubi ſic ait: *Ceſtrini, Perrhæbi quorum mons Pindus.* Unde facile inducor, ut credam Perrhæbos & Ceſtrinos vicinos fuiſſe, & in montana Pindi regione eorum urbem, quam *Ceſtriam* Plinius nominat lib. 4. cap. 1. ſitam fuiſſe. Eam urbem non poſuit Ptolemæus, ut nec *Ceſtrinam* regionem. Sed nihil mirum, cum de Moloſſis, nobiliſſima Epiri gente, tacuerit. Ideo non videtur ſatis curioſe, in Epiri urbes & regiones inquiſiſſe vir Ægyptius, & imperfectam eſſe ejus provinciæ, apud eum, deſcriptionem. Ideo in iis, quæ ab aliis autoribus non confirmantur, in rebus Græciæ non multum apud me habet autoritatis. Ceſtriam illam in ſua tabula notavit Samſonius non male, & ſatis ad mentem Thucydidis de regione ſcilicet Ceſtrinorum; nam de urbe Ceſtria nullus Græcorum meminit, ut nec Latinorum præter Plinium. Ideo de ea nihil à me expectandum; Ortelius tamen de ea meminiſſe concilium Chalcedonenſe ait, quod ſit penes ejus fidem, non enim eſt ad manum.

Poſt Thyamis fluvii oſtium memoratur in eo littore Τορώνη apud Ptolemæum; melius vero apud Plutarchum Τορυώνη dicitur, & ſic debere ſcribi, patet ex Cleopatræ loco ſuper ejus vocis homonym a, quem refert Plutarchus in Antonio: φθάνει δὲ Καῖσαρ Ἀντώνιον περὶ τὸ Ἄκτιον ὁρμοῦντος, ἐν ᾧ τόπῳ νῦν ἡ Νικόπολις ἵδρυται, διαλαβὼν τὸν Ἰόνιον καὶ τῆς Ἠπείρου χωρίον ὃ Τορωύνη καλεῖται καταλαβών· θορυβουμένων δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον (ὑστέρει γὰρ ὁ πεζὸς αὐτοῖς) ἡ μὲν Κλεοπάτρα σκώπτουσα· τί δεινὸν ἔλεγεν εἰ Καῖσαρ ἐπὶ τῇ Τορωύνῃ κάθηται; Id eſt: *Prævenit autem Cæſar Antonium, circa Actium claſſem habentem in loco, ubi nunc Nicopolis con-*

dita eſt: Jonium mare, cum trajeciſſet, & tenens locum in Epiro qui Toryne (id eſt clava) *vocatur, tumultuante vero Antonio, (tardabant enim copiæ pedeſtres) facete irridens Cleopatra. Quid grave eſt, inquit, ſi Cæſar in clava ſedet?* Nam Τορυνη Græce eſt idem, quod ῥόπαλος, *clava*, & in ea nominis ambiguitate luſit Cleopatra. Ex hoc loco colligitur, etiam ibi fuiſſe portum vel ſtationem navibus aptam, quando Cæſar cum ſua claſſe ibi morabatur. De ea civitate ceu portu ſilent alii autores, ideo puto ſtationem fuiſſe ſine urbe, ſed fuiſſe promontorium ceu peninſulam in clavæ figuram formatam, ex nomine conjicio. Dominicus Niger cum locum *Pargam* nunc vocari ait, quale nomen non habent Magini & Caſtaldi tabulæ, & eo loci *Gonceni* & *Cameniſa* ponere videntur: Philippus à Vico Pargum ponit, ſed, ut puto, Nigrum ſequutus, non ex propria notitia.

Sequitur ex ordine Ptolemæi verſus occaſum Σύβοτα λίμην, id eſt, *Sybota portus*, Thucydidi memoratus lib. ἐστὶ ἢ τὰ Σύβοτα (ait) λίμην ἔρημος τῆς Θεσπρωτίδος. Id eſt: *Sunt autem Sybota Theſprotidis portus deſertus.* Et aperte poſtea diſtinguit eum portum ab inſulis, quæ è regione etiam Sybota vocantur. Nam poſt pugnam navalem inter Corinthios & Corcyrenſes in qua uterque populus ſibi victoriæ gloriam arrogabat, ait Corinthios trophæum erexiſſe, ἐν τοῖς ἐν τῇ Ἠπείρῳ Συβότοις, id eſt, Sybotis, quæ ſunt in continente. Corcyræos in inſulis Sybotis Trophæum etiam erexiſſe καὶ τρόπαιον ἀνέστησαν ἐν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ Συβότοις. Fuit igitur & Sybota portus in Theſprotiæ continente deſertus, tempore Thucydidis, & alius in inſula, quæ etiam Σύβοτα τὰ vocabatur. Plures autores de Sybotis meminerunt, ſed neglexerunt dicere, de utro eorum portu intelligerent; Strabo tamen inſulas manifeſte intelligit, ubi de Sybo-

Sybotis loquitur lib. 7: Καὶ τὰ Σύβοτα, εἰσὶ δὲ νησίδες τὰ Σύβοτα, τῆς μὲν Ἠπείρου μικρὸν ἀπέχουσαι, κατὰ δὲ τὸ ἑῷον ἄκρον, Κερκυραίας τὴν Λευκίμνην (ſic legendum) κείμεναι. Id eſt: *Sunt autem Sybota parvæ inſulæ, parum diſtantes ab Epiro, ſed e regione orientalis Corcyræ promontorii, quod Leucimne vocatur, ſitæ.* Et mirum eſt, curioſum geographum nullam de Sybotis in continente feciſſe mentionem, licet de iis tam expreſſe loquutus fuiſſet Thucydides. Plinius in eodem errore verſatur, qui de ſolis inſulis meminit. lib. 4. cap. 12. ubi recenſionem faciens omnium inſularum, quæ ex adverſo Theſprotiæ ſunt, ſic loquitur. *Ad Leucadium Paxæ duæ, quinque mill. diſcretæ à Corcyra......... Ante Leucadiam Sybota, inter Leucadiam & Achajam permultæ.* Sed procul dubio ita non ſcripſerat Plinius, nam Sybota procul à Leucadia: lege confidenter, *ante Leucimnam*, ut patet legendum eſſe ex Strabonis loco nuper citato, tum ex Thucydidis narratione lib. 1. ubi de Corcyræis ait: Ἐπὶ δὲ τῇ Λευκίμνῃ αὐτοῖς τῷ ἀκρωτηρίῳ ὁ πεζὸς ἦν καὶ Ζακυνθίων χίλιοι ὁπλῖται, βεβοηθηκότες. Id eſt: *In Leucimna autem promontorio eorum erant pedeſtres copiæ, & Zacinthiorum mille gravis armaturæ milites, qui iis in auxilium venerant.* Addit: ἦσαν δὲ καὶ τοῖς Κορινθίοις ἐν τῇ Ἠπείρῳ πολλοὶ τῶν βαρβάρων βεβοηθηκότες. Id eſt: *Erant etiam & in continente plures barbari, qui in Corinthiorum auxilium venerant.* Corinthii tenebant Sybota in continente, ubi & barbari eorum auxiliares erant, Corcyræi vero in Leucimna promontorio peditatum ſuum habebant, unde ſequitur Leucimnam fuiſſe Sybotis vicinum, & nullum aliud, Corcyræ littus fuiſſe iis inſulis proximius, aliter male locaviſſent ibi auxiliares ſuas copias in ſubſidiis, quæ ſibi inutiles fuiſſent. Fuerunt igitur dubio procul ſitæ eæ inſulæ inter Leucimnam promontorium Corcyræ orientale, &

Sybota

Sybota Epiri, qua erant in continenti & regione inſularum, unde nomen illis commune erat ob viciniam. Loquitur de Sybotis Cicero epiſt. ad Atticum lib. 5. epiſtola 9. ſed utrum de inſulis, an de portu in continente, non liquet. Stephanus videtur de unica inſula tantum loqui dum ait: Σύβοτα νῆσος καὶ λιμήν. Id eſt: *Sybota inſula & portus:* nihil aliud addens de ſitu, & ſic videtur unam tantum intelligere inſulam, at plures fuerunt. Nam Thucydides diſtricte lib. 1. ait: Ἐν μιᾷ τῶν νήσων, αἳ καλοῦνται Σύβοτα. Id eſt: *In una inſularum, quæ vocantur Sybota.* Et Thucydidis Scholiaſtes in eum locum ait: Τρεῖς εἰσὶν αὐταὶ αἱ νῆσοι, σῦς ἔχουσαι πολλάς. Id eſt: *Tres ſunt eæ inſulæ, quæ multas ſcrophus habent.* Thomas Purcachi in inſulis ſuis, duas tantum eſſe ait, tertiam ſcilicet, de qua Scholiaſtes Thucydidis, pro nihilo ducens ob exiguum ſpatium, potius ſcopulum quam inſulam. Si quædam tabulæ unam tantum notarunt, id factum eſt credo, eo quod in una tantum, eaque majore, portus erat, alia minor importuoſa, & nautis ideo non frequentata fuit. Nomen certe plurale τὰ Σύβοτα, ſatis innuit plures fuiſſe, etymi nomen non eſt longe acceſſendum, & ad id nos ducit Thucydidis Scholiaſtes, dum ait: σῦς ἔχουσαι πολλάς, nimirum porcis alendis & ſaginandis aptæ erant, vel ob glandis & faginæ abundantiam, vel ob aliud aliquod nutrimentum porcis commodum, ἀπὸ τοῦ βόσκεσθαι τὰς σῦς ἐκεῖ. Id eſt: *Quod ibi paſcabant porci*, dictæ ſunt. Sophianus, referente Ortelio, dixit eum portum in Epiro nunc Synita vocari, quod ad nomen Sybota manifeſte alludit, & video in tabula Corcyræ, quæ extat in Theſauro Orteliano, in littore Epiri, Corcyræ promontorio orientali, quod ibi *Laſcamo* vocatur, (nomine à Leucimna detorto) è regione oppoſito locum aut urbem notari nomine *Cinita*, quod nomen & in Caſtaldi mappa no-

pa notatur, quod non dubito ab nomine antiquo Sybota manaſſe. Sed nautæ Itali ejus vocis originem non intelligentes putaverunt Civita per C. debere ſcribi ob oppidulum forte, ibi ob portus commoditatem extructum, quem locum Philippus à Vico, in ſua Turcia meridionali, voce diminutiva *Citella* vocat, nautica plane abbreviatione pro *Civitella*. Conjunctio eorum locorum & homonymia me induxit, ut ſimul de iis locis tractarem, licet ſeparatim de inſulis infra dicere propoſuerim.

Poſt Sybota legitur apud Ptolemæum: Ἀχέροντος ποταμοῦ ἐκβολαί. Id eſt: *Acherontis fluvii os*, ceu *ejectio*, id eſt effluxus in mare. Sed quoniam Thucydides, Chimerium promontorium ponit inter Thyamim & Acherontem fluvios, id promontorium ex ordine debet præcedere Acherontis effluxum.

Χειμέριον igitur *Chimerium* promontorium Theſprotiæ memoratur Thucydidi, Straboni, Pauſaniæ, & Stephano. Thucydides lib. 1. poſtquam narravit pugnam Corcyræorum & Corinthiorum, in qua Corcyræi vicerant, & tropæum in Leucimna erexerant, ait de iis: Τοῦ τε χρόνου τὸν πλεῖστον μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐπεκράτουν τῆς θαλάσσης, καὶ τοὺς τῶν Κορινθίων ξυμμάχους ἐπιπλέοντες ἔφθειρον, μέχρις οὗ Κορίνθιοι περιιόντι τῷ θέρει, πέμψαντες ναῦς καὶ στρατιὰν, ἐπεὶ σφῶν οἱ ξύμμαχοι ἐπόνουν, ἐστρατοπεδεύοντο ἐπὶ Ἀκτίῳ καὶ περὶ τὸ Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος, φυλακῆς ἕνεκα τῆς τε Λευκάδος, καὶ τῶν ἄλλων πολέων, ὅσαι σφισὶ φίλαι ἦσαν. Id eſt: *Et multo poſt naumachiam tempore mare tenuerunt, & ad Corinthiorum ſocios adnavigantes eos vaſtabant, donec Corinthii, æſtate adhuc durante, exercitu & navibus miſſis, eo, quod ipſorum ſocii laborabant, caſtra poſuerunt ad Actium & circa Chimerium Theſprotidis, ad cuſtodiam Leucadis, & earum urbium, quæ ſibi erant amicæ.*

Sequitur deinde, ἀντεςρατοπεδεύοντο οἱ Κερκυραῖοι ἐπὶ τῇ Λευκίμνῃ ναυσί τε καὶ πεζῷ. ἐπέπλεόν τε οὐδέτεροι ἀλλήλοις, ἀλλὰ τὸ θέρος τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι, χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου ἑκάτεροι. Id eſt: *Contra vero caſtrametati ſunt Corcyræi ad Leucimnam, cum claſſe & peditatu, neutri vero in alteros navibus invecti ſunt, ſed adverſa ſtativa durante æſtate habentes, ingruente hyeme domum reverſi ſunt utrique.* Ex hoc loco colligitur, Chimerium promontorium illud fuiſſe inter Actium & Leucimnam promontorium Corcyræ inſulæ. Sed multo expreſſius idem Thucydides ſitum Chimerii deſignat, eodem libro, dum narrat quæ anno ſequente, inter eoſdem populos geſta ſunt, ubi poſt recenſionem navium, quas ex ſe & ex ſociis coadunaverant Corinthii, ſic de iis ait: Ἐπειδὰν δὲ προσέμιξαν τῇ κατὰ Κερκύραν ἠπείρῳ ἀπὸ Λευκάδος πλέοντες ὁρμίζονται ἐς Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος γῆς. ἐστὶ δὲ λιμὴν, καὶ πόλις ὑπὲρ αὐτοῦ κεῖται ἀπὸ θαλάσσης, ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι τῆς Θεσπρωτίδος Ἐφύρη· ἐξίησι δὲ παρ' αὐτὴν Ἀχερουσία λίμνη ἐς τὴν θάλασσαν, διὰ δὲ τῆς Θεσπρωτίδος Ἀχέρων ποταμὸς ῥέων ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν, ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχει· ῥεῖ δὲ καὶ Θύαμις ποταμὸς, ὁρίζων τὴν Θεσπρωτίδα, καὶ Κεστρίνην, ὧν ἐντὸς ἡ ἄκρα ἀνέχει τὸ Χειμέριον. Id eſt: *Poſtquam vero, acceſſerunt ad continentem prope Corcyram à Leucade navigantes appullerunt ad Chimerium in Theſprotide. Eſt autem portus, & ſuper eo urbs ſita longe à mari in Elæatide Theſprotidis parte Ephyra, prope quam Acheruſius lacus exit in mare. Per Theſprotidem autem fluens Acheron fluvius in eam influit, unde & nomen habet. Fluit autem & Thyamis fluvius, diſterminans Theſprotidem & Ceſtrinem, inter quos eminet Chimerium promontorium.* Et utinam omnes hiſtoriæ ſcriptores parem adhibuiſſent diligentiam in deſcribendis regionibus & locis, ubi res memorabiles geſtæ ſunt, melius certe nobiſcum

biſcum ageretur. Sed pauci in eam curam incubuerunt, ideo ſæpe cogimur errare, ut in tenebris tentabundi, & in dubio multa ponere. Sed ad rem. Ex hoc Thucydidis loco dubitationi non eſt locus, & Chimerium fuit ea terræ eminentia, quæ claudit os Acheruſiæ paludis occidentem verſus, quæ poſtea Γλυκὺς λιμὴν *Dulcis portus*, dicta eſt, non longe ab oppidulo, quod in tabulis recentioribus dicitur *Fanaro*: ſic etiam Strabo lib. 7. poſt Sybota: Ἔπειτα ἄκρα Χειμέριον, καὶ Γλυκὺς λιμὴν, εἰς ὃν ἐμβάλλει ὁ Ἀχέρων ποταμὸς, ῥέων ἐκ τῆς Ἀχερουσίας λίμνης, καὶ δεχόμενος πλείους ποταμοὺς, ὥστε καὶ γλυκαίνειν τὸν κόλπον. ῥεῖ δὲ καὶ Θύαμις πλησίον. ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἐφύρα, πόλις Θεσπρωτῶν. Id eſt: *Deinde promontorium Chimerium, & dulcis portus, in quem influit Acheron fluvius, ex Acheruſio lacu & plures fluvios recipiens, ita ut dulcem faciat eum ſinum; fluit etiam prope Thyamis, ſita autem eſt ſuper hunc ſinum Cichyrus, olim Ephyra dicta, urbs Theſprotorum.* Hæc ex Thucydide procul dubio accepit, nam utitur illius verbis, nihil fere immutatis: notatur autem ille lacus ab aquæ dulcedine à Pauſania in Arcadicis: γλυκὺ δὲ ὕδωρ ἐν θαλάσσῃ δῆλόν ἐστιν ἐνταῦθά τε ἀνιὸν τῇ Ἀργολίδι καὶ ἐν τῇ Θεσπρωτίδι κατὰ τὸ Χειμέριον καλούμενον. Id eſt: *Dulcis autem aqua in mari ſurgere manifeſtum eſt in hoc loco Argolidis, & in Theſprotide etiam juxta Chimerium vocatum.* Eadem etiam ſcripſit Dio lib. 50. de Auguſto, ad naumachiam ſe parante: ἐς τὸν λιμένα τὸν γλυκὺν ὠνομασμένον κάτεσχε. καλεῖται οὕτως, ὅτι πρὸς τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐς αὐτὸν ἐσβάλλοντος, γλυκαίνεται. Id eſt: *Ad Dulcem portum vocatum appulit: ſic autem vocatur, eo quod à fluvio, qui in eum influit, dulcis fit.* Non ſemper fuiſſe ſine habitatoribus eum locum, ex Stephano colligo, qui de eo ait, τὸ ἐθνικὸν Χειμερεύς, (*gentile nomen Chimerius*) nam ubi

non ſunt incolæ, non eſt gentile nomen. Cæterum dictum puto eum locum vel ἀπὸ τοῦ χειμῶνος à tempeſtate, vel potius ἀπὸ τοῦ ἐκχειμάζειν τὰς ναῦς: quod aptus eſſet locus ad hyemandum, nomen hodiernum ejus promontorii nullibi invenio.

De Acheruſio lacu, præter autoritates ſupra citatas ex Thucydide, & Strabone, Scylax etiam loquitur cap. Θεσπρωτοὶ, his verbis: ἐνταῦθα ἐστὶ λιμὴν, ᾧ ὄνομα Ἐλεδ.... εἰς τοῦτον τὸν λιμένα ποταμὸς ἐξίησιν Ἀχέρων, καὶ λίμνη Ἀχερουσία, ἐξ ἧς ὁ Ἀχέρων ῥεῖ ποταμὸς. Id eſt: *Ibi portus eſt, cui nomen eſt Eled.... in hunc exit Acheron fluvius & Acheruſius, lacus, ex quo fluit Acheron fluvius.* Pro voce mutila Ἐλεδ. Voſſius vult legi Ἔλαια ex Ptolemæo, ſed magis cum Ptolemæo conſentiret, qui legeret Γλυκ...... .. & ſuppleret Γλυκὺν λιμένα, nam ſic credo ſcripſiſſe Scylacem. Pauſanias etiam de eo lacu loquitur in Atticis: Πρὸς δὲ τῇ Κιχύρῳ λίμνη τε ἐστὶν Ἀχερουσία καλουμένη, καὶ ποταμὸς Ἀχέρων, ῥεῖ δὲ καὶ Κώκυτος ὕδωρ ἀτερπέστατον. Id eſt: *Prope Cichyrum lacus eſt, Acheruſius vocatus & fluvius Acheron, fluit & Cocytus, aqua valde injucunda.* Ejus meminit etiam Stephanus in Acheron, adde & Titum Livium lib. 8. ubi de Alexandro, Epiri rege, hæc ait: *Accito à Tarantinis in Italiam, data dictio erat, caveret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque urbem: Ibi fatis ejus terminum dari, eoque ocius tranſmiſit in Italiam, ut quam maxime procul abeſſet urbe Pandoſia in Epiro, & Acheronte amne, quem ex Moloſſide fluentem, in ſtagna inferna accipit Theſprotius ſinus*, ex hoc loco ſequitur, Pandoſiam urbem fuiſſe non remotam ab Acheronte amne; aliter ſi longe ab invicem fuiſſent, non potuiſſent una terminare fatum Alexandri regis, quod & ex cæteris T. Livii verbis ſatis firmatur.

Portum, qui fuit in effluxu Acherontis, ubi Acheru-

ſius lacus in mare ſe exonerat, à Strabone dicitur γλυκὺς λιμὴν, id eſt, *dulcis portus* lib. 7. ejus locum nuper adduximus, & rationem quare ſic diceretur, ſi fides eſt Bertio, qui ubique in ſuo Ptolemæo, Dominicum Nigrum ſequitur, durat adhuc nominis veſtigium, & hodie nominari ait Velichi, quod videtur ex Glyci manaſſe. Sed ea vox *Velichi* in Samſonii tabula mutavit locum, & adſcripta eſt ſinui Ambracico, forte per ſculptoris errorem, nam debet apponi ad os Acheruſii lacus, niſi forte Samſonius à Marciano Capella deceptus fuerit, qui errore, in viro geographiæ ſcientiam profitente, non ferendo, ſic ſcribit: *Ambracius ſinus faucibus anguſtus æquor accipiens, in quo defertur amnis Acheron, fabulæ errore famoſus.* Extat & id nomen in tabulis Peutingeri male ſcriptum per C. ſic: *Ciclis limen:* ſed ponitur in æquali ſpacio inter Buthrotum & Nicopolim, diſtans ab utroque loco milliaribus 20. in quo multum recedit tabula à Ptolemæi numeris, qui Dulcem portum ponunt longe à Buthroto, prope Nicopolim, ut dividendo totum ſpatium inter Buthrotum & Nicopolim in partes quatuor, tres ſint inter Buthrotum & Dulcem portum, una vero inter Dulcem portum & Nicopolim. An diſtinguendus ſit ille Dulcis portus ab Acheruſio lacu, an vero cum illo continuetur, & ſit quaſi unum & idem non omnino liquet ex antiquis; neotericæ tabulæ non diſtinguunt. Iſaacus Voſſius doctus vir, in ſuis ad Scylacem notis, Caſaubonum reprehendit, eo, quod in notis ad Strabonem confundit Acheruſium lacum cum dulci portu ex loco Scylacis in cap Θεσπρωτοί. Ego vero non auderem in eo tantum virum, & in rebus Græciæ tam exercitatum, reprehendere, nam ex Thucydide potius mihi videtur intelligendus Scylax: locus enim Scylacis eſt corruptus, & ex eo male intellecto quidam in ipſa

ſcaturigine Acherontis lacum ponunt, & quando ait: Εἰς τοῦτον τὸν λιμένα ποταμὸς ἐξίησιν Ἀχέρων, καὶ λίμνη Ἀχερουσία. Id eſt: *In hunc portum exit Acheron fluvius, & lacus Acheruſius*, videtur continuare portum cum lacu, cujus aquas egerit ſecum Acheron, & ſic non male, ut mihi videtur, Caſaubonus.

De Cocyto illo Theſprotiæ nullus alius meminit. Samſonius Abavillæus in ſua Græciæ tabula eum depingit in Acheruſium fluvium influentem, vereor ne ex ſola conjectura, (quæ forte vera eſt, nam forte fuit ex illis, qui in eum lacum influebant) ſed autoritatem requirerem, quam ſi habuit, fateor me neſcire, ubi lateat. Et eo quod dicitur ὕδωρ ἀτερπέστατον à Pauſania, putarem fuiſſe potius fœdam quandam lacunam, parum aquæ & putidæ emittentem, quam fluvium dulcis aquæ, ὃ γλυκαίνειν capacem. De Cichyro illa civitate, quæ olim Ephyra, quidam volunt Homerum meminiſſe Iliad. β. verſu 689.

Τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.

Ad quæ ſic autor breviorum Scholiorum: τινὲς τὴν Θεσπρωτίαν, ἡ μετωνομάσθη Κέρκυρα. Id eſt: *Quidam intelligunt Theſprotiam, quæ, mutato nomine, dicta eſt Cercyra.* Sed ex ſupradictis patet, pro Κέρκυρα legendum eſſe Κίχυρος *Cichyrus*. Simile mendum inquinavit Euſtathii locum ad eundem Homeri locum, ubi ſic legitur: Ἐφύραν ὑποπτεύουσι τινὲς τὴν Θεσπρωτικὴν λέγεσθαι, τὴν μετωνομασθεῖσαν Κέρκυραν· λέγοντες καὶ Σελλήεντα ποταμὸν Θεσπρωτίας· διάφοροι δὲ Ἔφυραι, εἴπερ ὁ Γεωγράφος καὶ εἰς ἐννέα ποσῶς μετρεῖ. περὶ πάσας δὲ, ἢ τὰς πλείους Ἐφύρας ἱστορεῖται Σελλήεις ῥεῖν ποταμὸς, συναμφιβαλλόμενος ὡς αὐτὸς, ὅτι πού Ἐφύρα ἀμφιβάλλεται. Id eſt: *Suſpicantur quidam Ephyram Theſprotiam dici, quæ, mutato nomine, Cercyra dicta eſt, qui dicunt & Sellenta eſſe fluvium Theſprotiæ. Diverſæ autem fuerunt Ephyræ, quando Geographus novem numerat, prope omnes vero*

vero vel multas Ephyras, narratur fluere fluvius Selleïs, de quo ambigitur, ubicunque & de Ephyra dubitatur. Planum eſt, pro Κερκύραν debere legi Κίχυρον, mutato nomine dicta eſt *Cichyrus.* Idem Homerus & de noſtra Ephyra mentionem facit Odyſſ. α. verſ. 259.

Ἐξ Ἐφύρης ἀνιόντα παρ' Ἴλου Μερμερίδαο

Quod Didymus, de Theſprotia intelligit. Item Odyſſ. β. verſ. 328.

Ἠὲ καὶ εἰς Ἐφύρην ἐθέλει πίειραν ἄρουραν
Ἐλθεῖν· ὄφρ' ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ' ἐνείκῃ. Id eſt:
Vel ſi velit Ephyram venire pinguem terram,
Ut inde afferat, venena, quæ mentem corrumpunt.

Ad quem locum ita Euſtathius: Ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῆς Θεσπρωτικῆς Ἐφύρης φάρμακα λαβεῖν Ὀδυσσέα φασὶν, γενομένης καὶ αὐτῆς ποτε πολυφαρμάκου, διὰ τὴν Μηδείαν οἰκήσασαν, καὶ ἐκεῖ πρὸς καιρόν. Id eſt: *Alii autem ab Ephyra Theſprotica venena accepiſſe Ulyſſem ajunt, eo quod olim venenorum ferax fuiſſet ob Medeam, quæ ibi ad tempus habitavit.* Ubicunque igitur Homerus de Ephyra loquitur, ambigunt de quanam intelligendum: ſed quando addit à *fluvio Selleente,* intelligendum puto de noſtra Theſprotica. Nam ut ait Didymus ad Iliad. π. verſu 234. ad hæc verba Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου, ἀμφὶ δὲ Σελλοί. Sic ait: Σελλοὶ ἔθνος Ἠπειρωτικὸν τῆς Θεσπρωτίας, κληθὲν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ Σελλήεντος. Id eſt: *Selli gens Epirotica Theſprotiæ dicti à fluvio Selleenti ibi fluente.* Sed potius credendum eſt, fluvium Selleenta dictum fuiſſe à Sellis. Nam Selleïs eſt παράγωγον τοῦ Σελλοὶ, *deductum à Selli,* non vero contra; & fluviorum nomina non ſunt naturalia, ſed ab hominibus impoſita. Itaque à Sellis illis antiquis, qui Dodonem & montes circa eum incolentibus, dictus eſt Selleïs fluvius. An vero ſit idem, qui poſtea Acheron, an alius, in Acherontem vel alium influens, alius dicat.

Ex

Ex Pauſania diſcimus, Cichyrum fuiſſe olim regum Theſprotiæ regiam. Quando Theſeus & Pirithöus ibi vincti detinebantur à Theſproto: Θησεὺς (ait) ἐς Θεσπρωτοὺς ἐμβάλλων, τοῦ βασιλέως τῶν Θεσπρωτῶν γυναῖκα ἁρπάσων, τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς ἀπόλλυσι, καὶ αὐτός τε καὶ Πειρίθους ..... ἥλωσαν, καὶ σφᾶς ὁ Θεσπρωτὸς δήσας εἶχεν ἐν Κιχύρῳ. Id eſt: *Theſeus Theſprotos invadens, ut regis Theſprotorum uxorem raperet, plurimam partem exercitus amiſit, & is quidem & Pirithous ..... capti ſunt, & eos Theſprotus in vinculis habuit in Cichyro.* Ubi dubito, num Theſprotus ſit proprium nomen regis, an gentile, quod magis placet. Brevia Homeri Scholia ad eam vocem emendanda ſunt, ad Odyſſ. 2. verſu 328. ubi pro Ἡ νίχυρον μετωνομάσθη legendum ἡ Κίχυρος μετωνομάσθη. Ea urbs ab Hercule bello petita & capta fuit, occiſo Phylea rege, ſecundum Diodorum lib. 4. ſed quem Phylantem Apollodorus nominat. Et poſt eum autor argumenti fabulæ Sophoclis, quæ Trachiniæ titulum habet. Nam de Hercule ait: Καὶ πόλιν ἑλὼν Ἐφύραν, ἧς ἐβασίλευε Φύλας. Id eſt: *Et urbem Ephyram cum cepiſſet, in qua regnabat Phylas.* Id me confirmat, ut credam in loco Pauſaniæ ſupra citato, ὁ Θεσπρωτὸς debere ſumi pro gentili nomine. Nam Hercules & Theſeus fuerunt contemporanei, & quando Phylas ille regnabat, quo tempore Hercules, Ephyram cepit, & Theſeum liberavit, credo de eo debere intelligi Pauſaniæ locum. Eam ponit Thucydides in Elæatidi, Theſprotidis regione, loco libri 1. ſupra citato. Sed quoniam de ea regione nullus alius meminit, de ea nihil aliud ſuppetit dicendum, quam fuiſſe circa Cichyrum.

CAPUT

CAPUT VI.

De CASSOPIA.

Poſt Theſprotiam, ſecundum Scylacem, ſequitur Κασσωπία *Caſſopia*, de qua nunc dicendum foret, ſed ſupra de ea regione abunde tractavimus, nec opus eſt enervare lectorem repetitionibus minime neceſſariis. Sed quoniam de urbibus quatuor, quæ illis tribuuntur, non ſatis accurate tractavimus, aliquid puto breviter dicendum eſſe. Prope Ciſtrynum igitur ad mare fuit oppidulum Βουχαίτιον, vel Βουχετιὰ ἡ in ſingulari numero, memorata Demoſtheni, Straboni. Favorino, Suidæ, Etymologico. Caſſiopæis tribuit Demoſthenes, quod ſupra adducto Demoſthenis loco notavi. Situs ejus ex Strabone elicitur, lib. 7. ubi ſic ait: Ἐγγὺς δὲ τῆς Κιχύρου πολίχνιον Βουχαίτιον, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὄν. Id eſt: *Prope Cichyrum autem eſt oppidulum Buchætium, parum à mari diſtans.* Unde videmus, quam male poſitum ſit in recentibus tabulis, longe à Cichyro, & à mari, & quam ſupine Ptolemæus, qui de iis locis tacuit. Quod ut excuſetur, dicendum eſt, Ptolemæi tempore non amplius ſtetiſſe eas urbes, ſed everſas fuiſſe à Paulo Æmilio, & Romanis. Suidas nomen ejus urbis in neutro genere pluraliter exprimi debere ait ex Philochoro. Βουχετά πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, οὐδετέρως καὶ πολλαχῶς λεγομένη· ἥν φησι Φιλόχορος ὀνομάσθαι, διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ, κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν. Id eſt: *Bucheta urbs eſt Epiri neutraliter & pluraliter dicta, quam ait Philochorus nominatam fuiſſe eo quod Themis, bove vecta, ibi venerat Deucalionæi diluvii tempore.* Sed hæc habet Suidas ex Harpocratione à verbo ad verbum, niſi quod apud Harpocrationem nunc legitur, Φιλοστέφανος ἐν Ἠπειρωτικοῖς,

melius proculdubio: nam ipſe Suidas, qui curioſe omnia, quæ Philochorus ſcripſerat, de Epiroticis non meminit. Non concordabat igitur Philoſtephanus cum Demoſthene, apud quem nunc legitur Βούχεταν in accuſativo caſu, ſed irrepſit forte ν. ab exſcriptore male additum, nam in ſingulari accuſativo dixiſſet potius Demoſthenes Βουχέτην, licet in nominibus propriis non debeat vero judicio obſervari dialectus, quod tamen fecit ubique Ariſtophanes, qui Spartiatas legatos introducit dicentes ſemper Ἀσαναίους. Sed ecce pugnat Theopompus, qui apud Favorinum eam urbem Βουκέτιαν nominat, & apud Demoſthenem Βουκέντην legit: ſic enim habet in Ἐλάτεια· τοῦ δὲ ῥήτορος πάλιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ (εἰ γνήσιος) τὰ δὲ ἐν Κασσιοπείᾳ τρεῖς πόλεις, Πανδοσίαν, Βουκέτιαν, καὶ Ἐλάτειαν· ῥητέον ὅτι βέλτιον ἐν ἐνίοις γέγραπται διὰ τοῦ ρ, Ἐλάτρεια. Θεόπομπος οὖν ἐν μδ΄. τέτταρας πόλεις φασὶν εἶναι τῶν Κασσιοπαίων, ἀλλ᾽ οὐ τρεῖς, ὥσπερ ὁ Δημοσθένης, Ἐλάτρειαν δὲ, καὶ Πανδοσίαν, καὶ Βιτίαν, καὶ Βουκέτιαν λέγει. Id eſt: *Orator vero rurſus in ſeptimo (ſi genuinus) hæc dicit, in Caſſiepia tres urbes, Pandoſiam, Bucentam, & Elatiam Dicendum eſt, quod melius in quibuſdam codicibus ſcribitur per R, Elatria. Theopompus igitur in quadrageſimo quarto, quatuor urbes ait eſſe Caſſiepæorum, non vero tres, ut Demoſthenes, Elatriam enim & Pandoſiam, & Bitiam, & Bucentam dicit.* In quo loco Favorinus videtur reprehendere Demoſthenem, quoniam tres tantum urbes recenſet Caſſopæorum, cum quatuor forent, ſed nihil putidius. Nam Demoſthenis ſcopus fuit recenſere non omnes Caſſiopæorum urbes, ſed eas tantum, quas Philippus occupaverat: nec video quare Theopompum Chium Demoſtheni Athenienſi prætulerit, Epiro multo viciniori. Tum notandum eſt, urbem, quam hic *Bitiam* vocat, à Strabone antiquiore, Βατίας *Batias* pluraliter vocatam fuiſſe, qui procul

procul dubio Theopompum legere non neglexerat, & cui magis fido in geographicis, quam Favorino. Eadem verba Favorini in ſuo lexico habet Harpocration, nec opus eſt ea repetere.

Nunc uno tenore de aliis tribus urbibus breviter dicendum eſt, & *Elatia* quidem, ceu *Elatria*, ut vult Favorinus ex Strabone, præter Demoſthenem Straboni etiam memoratur, & addit ad locum ſupra citatum, καὶ Ἐλάτρεια, καὶ Πανδοσία, καὶ Βατίαι ἐν μεσογαίᾳ. Id eſt: *Et Elatria, & Pandoſia, & Batiæ in mediterraneo.* Situs intereas rationem non habet, nec aliunde eum expiſcari potuimus; ſed eo quod Demoſthenes eas Elæorum colonias fuiſſe ait, ſuſpicor, eas non longiſſime à mari ſitas fuiſſe, & Buchætio vicinas, quæ, ut credere eſt, prima & antiquior fuit Elæorum colonia. Nam Elæi per mare ab Elide venientes, procul dubio ad ipſum maris littus caſtra poſuerunt, ut navibus ſuis providerent: Poſtea vero, aucto eorum numero, alia oppidula in mediterraneo condiderunt, non longe ab invicem, ut ſibi mutuo auxiliarentur. De Elatia ſic Stephanus: Ἐλάτεια, πόλις μεγίστη Φωκίδος........ ἔστι καὶ Θεσπρωτίας, ἣν καὶ Ἐλατρείαν φασὶ, διὰ τοῦ ρ. τὸ ἐθνικὸν, Ἐλατρεάτης. Id eſt: *Elatia, urbs maxima Phocidis........ eſt & Theſprotiæ, quam etiam Elatriam dicunt per r. Gentile, Elatrieeus.* Sed hæc habet ex Favorini lexico in Elatia, vel ab Harpocratione. Favorini verba paulo ſupra poſui, ubi de Buchætio tractavi, hîc non ſunt repetenda, ut nec Harpocrationis, quem Favorinus de verbo ad verbum in ſuum lexicon tranſtulit. Et hæc ſunt, quæ de *Elatia* ceu *Elatria* inveni, ejus cum aliis tribus oppidis verum ordinem nemo à me expectet. Eam nec Sophianus, nec Maginus, nec Caſtaldus in ſuis tabulis poſuerunt. At recentiores, Samſonius Abbavillæus, &

Philippus à Vico eam cum nota celebris civitatis ponunt. Sed ex ſolo credo animi impulſu, ſine autore, unus enim ab altero multum diſſentit in ſitu aſſignando. Primus non longe ab Ambracico ſinu, ad fluviolum, qui in eum ſinum influit, eam poſuit: alter vero ad fluvium anonymum, ſed qui debet eſſe Acheron, non tam longe à Buchætio, ſed & ſine autore credo. Ego non ero tam andax, & malo dubitare, & ignorantiam fateri, quam lectori falſas poſitiones inſinuare, quod in toto hoc opere propoſitum meum eſt.

Ex locis Demoſthenis, Strabonis, & Favorini ſupra citatis, in Acheruſio lacu & in Buchætio, omnia, quæ de Pandoſia dicenda forent, jam dicta ſunt, & ſitus in quantum poteſt, prope Acherontem definitus. Plura apud autores de ea civitate non inveni. Si Dominico Nigro fides, fuit prope eam urbem Pandoſia lacus, qui antea *Curetis* dicebatur, quod ſit penes ejus fidem, quando ſuos autores citat.

Ex Favorino ſupra citato, vidimus Theopompum, ſupra citatum, tribus urbibus, de quibus Demoſthenes dixerat, quartam addidiſſe, nomine Βιτία *Bitia*, ſed Strabo lib. 7. Βατίαι *Batiæ* pluraliter nominat: Ἐγγὺς δὲ τοῦ Κιχύρου πολίχνιον Βουχαίτιον Κασσωπαίων, μικρὸν ὑπὲρ θαλάσσης ὄν, καὶ Ἐλάτρια, καὶ Πανδοσία, καὶ Βατίαι ἐν μεσογαίᾳ. Id eſt: *Prope Cichyrum autem oppidulum eſt Caſſopæorum Buchætium, paulum à mari diſtans, & Elatria, & Pandoſia, & Batiæ in mediterraneo ſitæ.* Addit Strabo, καθήκει δὲ αὐτῶν ἡ χώρα μέχρι τοῦ κόλπου. Id eſt: *Extenditur autem regio, uſque ad ſinum.* Vox αὐτῶν poteſt intelligi & referri ad Κασσωπαίων, *Caſſopæorum*; vel ad eas urbes, quas nominaverat proxime. Is ſinus intelligi debet, ut puto, de eo, qui dictus eſt Γλυκὺς λιμὴν, *Dulcis portus*, vel Acheruſius, de quo paucis ante lineis fecerat

cerat mentionem, ubi dixit ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος. Id eſt: *Supra hunc ſinum ſita eſt Cichyrus.* Sed videtur Samſonius intellexiſſe de Ambracico ſinu: Nam eas urbes ponit in ſpatio, inter Acherontem, & Ambracicum illum ſinum, de quo nihil dum dixerat Strabo, ſed ex ordine, quem ſemper ſequitur, ab occidente in orientem, videtur non poſſe ſic intelligi locus Strabonis, ideo putarem transferendas eas urbes ad occidentem Acheruſii lacus. In tanta tamen antiquitate ubi deſunt autoritates, nihil decernere melius puto.

Poſt Dulcem portum in recenſione littoris, non concordat cum Strabone Ptolemæus: hic enim ponit Ἐλαίας λιμὴν, *Eleæ* ſive *Olivæ portus*, de quo Strabo tacet, ſed duos alios portus ponit, unum *Comarus* nomine, qui poſt Dulcem portum primus occurrit, alterum prope Ambracici portus os, quem non nominat: dubium an fuerit ille Ἐλαίας λιμὴν, quem ponit Ptolemæus, ſed remotiorem ab Actio & Nicopoli, ſic enim Strabo: Μετὰ δὲ Γλυκὺν λιμένα ἐφεξῆς εἰσὶ δύο ἄλλοι λιμένες, ὁ μὲν ἐγγυτέρω καὶ ἐλάττων Κόμαρος· ἰσθμὸν ποιῶν ἑξήκοντα σταδίων πρὸς τὸν Ἀμβρακικὸν κόλπον, καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ κτίσμα, τὴν Νικόπολιν· ὁ δὲ ἀπωτέρω καὶ μείζων καὶ ἀμείνων πλησίον τοῦ στόματος τοῦ κόλπου, διέχων τῆς Νικοπόλεως ὅσον δώδεκα σταδίους, ἐφεξῆς δὲ τὸ στόμα τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου. Id eſt: *Poſt Dulcem portum autem deinde in ordine ſunt duo alii portus, unus quidem propior & minor Comarus, Iſthmum faciens ſexaginta ſtadiorum, ad Ambracicum ſinum & Nicopolim, quam Cæſar Auguſtus condidit: alter remotior, major & melior prope os ſinus, diſtans à Nicopoli circiter duodecim ſtadia.* Id ſi verum eſt, & ſi per *Olivæ portum* intelligendus eſt hic portus major & melior Strabonis, quem nominare oblitus eſt, neceſſe eſt numeros Ptolemæi corruptos eſſe, ut perſæpe deprehenduntur:

nam ex Ptolomæo, is Ἐλαίας *Olivæ* portus fuiſſet fere in medio littoris, inter Dulcem portum & Ambracici os, aliquantulum magis accedens ad Dulcem portum. Id certe dubium eſt: ſed puto ab eo portu Ἐλαία, dictum fuiſſe Elæatidem regionem, de qua Thucydides lib. 1. in qua ponit Ephyram, ut ſupra eum locum adduximus: quod ut veriſimile tantum profero, ſolus enim eſt Thucydides, qui de ea regiuncula meminerit, ut etiam ſolus eſt Ptolemæus, qui de Olivæ portu mentionem fecerit.

De Comaro portu hæc dicenda occurrunt, Dio non videtur concordare iis, quæ de Comaro portu dicit, loco nuper citato, Strabo: ſic enim Dio lib. 50. de Auguſto: Ἐπὶ τὸ Ἄκτιον ἀπέπλει, ὡς δὲ οὐδεὶς οἱ ἀντανήγετο .... κατέλαβε τὸ χωρίον τοῦτο, ἐν ᾧ νῦν ἡ Νικόπολίς ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ ἐπὶ μετεώρου ὅθεν ἐπὶ πάντα ὁμοίως τὰ πρὸς Παξοῖς θαλάσσης, καὶ τὰ ἔσω τῆς Ἀμβρακικῆς, τά τε ἐν τῷ μέσῳ αὐτῶν, ἐν ᾧ οἱ πρὸς τῇ Νικοπόλει εἰσὶν ἄποπτόν ἐστιν ἱδρυθῆ, καὶ αὐτό τε ἐκρατύνατο καὶ τείχη ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸν λιμένα τὸν ἔξω τὸν Κόμαρον καθῆκε. Id eſt: *Actium verſus navigavit nullo vero contra tendente .... locum illum occupavit, ubi nunc eſt Nicopolis, & ibi in edito, unde omnia in mari extero verſus Paxas, & in interiori Ambracico, & quæ in medio, ubi ſunt Nicopolis portus, æqualiter videntur, ſita eſt, eum locum munivit, & muros ab eo, uſque ad portum maris exterioris Comarum deduxit.* In hoc Dionis loco vereor, ne vox τὸν Κόμαρον à margine in textum irrepſerit: Nam ſi Comarus diſtabat ſtadiis 60. à Nicopoli, ut vult Strabo, credere difficile eſt, tam cito per tantum ſpatium murum ædificatum fuiſſe, & verba Dionis referri commodius videntur ad portum illum & majorem & meliorem, qui duodecim tantum ſtadiis diſtabat. Cæterum ab arbore ejuſdem nominis ibi conſpicua, dictum fuiſſe eum portum

tum non dubito, hodie eum ſubjacere Phinaſæ caſtello ſcribit Niger.

In ipſo ore Ambracici ſinus, ultima urbs Epiri littoralis recenſeri debet *Nicopolis*, memorata Straboni, Paulo Apoſtolo, Plutarcho, Pauſaniæ, Ptolemæo, Dioni, Stephano, Zonaræ, Nicetæ, Conſtantino, Malcho rhetori, Cedreno, Procopio, Nicephoro, Græcis autoribus: Latinis vero, Plinio, Tacito, Suetonio, tabulis, A. Gellio, Mamertino, hiſt. tripartitæ autori & aliis. De ejus conditu ſic Strabo lib. 7. καὶ τὸ τοῦ Σεβάστου Καίσαρος κτίσμα τὴν Νικόπολιν. Id eſt: *Et opus Auguſti Cæſaris Nicopolis*. Et paulo poſt, ubi de Ambracia, μάλιστα δὲ ἐκόσμησεν αὐτὴν Πύῤῥος, βασιλείῳ χρησάμενος τῷ τόπῳ. Μακέδονες δὲ ὕστερον, καὶ Ῥωμαῖοι ταύτην, καὶ τὰς ἄλλας κατεπόνησαν τοῖς συνέχεσι πολέμοις διὰ τὴν ἀπείθειαν. ὥστε τὸ τελευταῖον ὁ Σέβαστος ὁρῶν ἐκλελειμμένας τελέως τὰς πόλεις, εἰς μίαν συνῴκισε, τὴν ἀπ᾽ αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν, ἐν τῷ κόλπῳ, ἐκάλεσε δὲ ἐπωνυμὸν τῆς νίκης, ἐν ᾗ κατεναυμάχησεν Ἀντώνιον πρὸ τοῦ στόματος τοῦ κόλπου. Id eſt: *Plurimum autem eam ornavit*, (Ambraciam) *Pyrrhus, qui eo loco regiam ſuam conſtituit. Macedones vero, & poſt eos Romani eam & alias urbes continuis bellis vexarunt inobſequentes: adeo ut tandem Auguſtus, cum videret eas urbes prorſus deſertas, in unam, ab eo vocatam Nicopolim, eas adunavit, in eo ſinu ſitam, à victoria nomine dato, qua Antonium vicit naumachia ad ejus ſinus fauces.* Plutarchus in Antonio, de eadem pugna: φθάνει δὲ Καίσαρ Ἀντώνιον, περὶ τὸ Ἄκτιον ὁρμοῦντος, ἐν ᾧ τόπῳ νῦν ἡ Νικόπολις ἵδρυται. Id eſt: *Prævenit autem Cæſar Antonium, circa Actium claſſis ſtationem habentem, in occupatione loci, ubi nunc eſt condita Nicopolis.* Ad eandem ſententiam Pauſanias, Heliacor. I. Ἀμβρακιώτας δὲ καὶ Ἀνακτορίους, ἀποίκους Κορινθίων ὄντας, ἐπηγάγετο ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐς Νικοπό-

Νικοπόλεως συνοικισμὸν πρὸς τῷ Ἀκτίῳ. Id eſt: *Ambraciotas & Anactorios Corinthiorum colonos, deduxit Romanorum imperator, ad habitandam Nicopolim, quæ eſt ad Actium.* Ex Epirotarum igitur, & Acarnanum ruinis initia ſua & incrementa accepit: ſed ex Ætolia etiam, ut nos docet idem Pauſanias, in Achaïcis: Καλυδὼν δὲ καὶ Αἰτωλίας τῆς ἄλλης ὑπὸ Αὐγούστου βασιλέως ἐρημωθείσης, διὰ τὸ ἐς Νικόπολιν τὴν ὑπὲρ Ἀκτίου συνοικίζεσθαι καὶ τὸ Αἰτωλικόν. Id eſt: *Calydone autem & cætera Ætolia ab Auguſto imperatore in deſertum redacta, eo quod Ætolica gens in habitationem Nicopolis ad Actium coacta fuerat.* Sed ex his locis non colligitur, in quo latere faucium Ambracici ſinus ſita fuerit Nicopolis, & quoniam, ſi tres loci dicant *ad Actium*, putaret quis, ſitam fuiſſe in ipſo Actio promontorio, ad dextram introïtus Ambracici ſinus: at contra fuit, ut patet ex loco Dionis nuper citato, ubi de Comaro loquitur, eum locum rurſus relege lector, & ita procul dubio cenſebis, & ſi Ptolemæum conſulas, ita eum cenſuiſſe videbis, nam eam ponit in Alminorum ſuorum regione, quos in Epiro ponit, ad ſiniſtram introïtus Ambracici ſinus; & cum Dione & Ptolemæo conſentiunt omnes, qui in tabulis ſuis Nicopolim notarunt. Non ſatis ejus ſitum diſtinxit Plinius, qui nimis brevitati ſtudens, ſæpe obſcurus fit, in lib. 4. cap. 5. ſic recenſet: *Acarnania, quæ antea Curetis vocabatur, oppida Heraclea, Echinus, & in ore ipſo colonia Auguſti Actium, cum templo Apollinis nobili & civitate libera Nicopolitana.* De hoc loco Plinii plura dicenda erunt, qui videtur turbatus, nec ſatis ſanus, ſed nunc tantum de noſtra Nicopoli, quam videtur in Acaranania ponere, & & cum Actio in eodem ſitu, quod certe ſi intellexit Plinius, veritati non litavit. Audiamus rurſus Dionem, qui poſt locum ſupra citatum de Actio ſic ait: Τὸ

δὲ Ἄκτιον

τὸ Ἄκτιον Ἀπόλλωνος ἱερόν ἐστι, καὶ πρὸ τοῦ στόματος τοῦ πορθμοῦ τοῦ κόλπου τοῦ Ἀμβρακικοῦ, καὶ ἀντιπέρας τῶν πρὸς τῇ Νικοπόλει λιμένων. Id eſt: *Actium Apollinis eſt templum, & ante os trajectus ſinus Ambracici è regione portuum, qui ſunt ad Nicopolim.* Sed notanda vox ἀντιπέρας, cujus interpretamentum *e regione*, non videtur ſatis vocis ἀντιπέρας ſenſum explere, ea enim ſignificat, trajectum quoddam vel fluvii, vel freti inter duo loca, de quibus agitur, intercedere: unde ſequitur, inter Actium & Nicopolim fluere fretum anguſtum, vel os ſinus Ambracici, cujus oris vel freti locus, à Cæſare occupatus, non extendebatur per totam freti illius longitudinem. Nam de Antonio poſt ait Dio: Καὶ τοῦ Καίσαρος μηκέτ' ὁμοίως ἐγκειμένου, τόν τε πορθμὸν διεβίβη, καὶ οὐ πόρρω αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσατο. Id eſt: *Et Cæſare non amplius tum inſtante, fretum transfretavit, & non longe ab eo caſtra metatus eſt.* Ergo in eminente quodam loco copias ſuas locaverat Cæſar, ubi poſtea Nicopolis condita fuit; non vero totam illam anguſti freti longitudinem occupaverat. Nam ut ait ibidem idem Dio: Ὅ τε πορθμὸς ἴσος ἐπὶ πολὺ διὰ στενοῦ τείνει. Id eſt: *Fretum illud æqualiter per longum ſpacium anguſtus tendit.* Multis privilegiis Nicopolim ornavit Auguſtus: Plinius, in loco nuper citato, civitatem liberam vocat, & videtur eum cenſere, fuiſſe in meliore conditione, quam colonia: Nam ſecundum Proclum lege 7. ff de capt. & poſtlim. *Liber populus is eſt, qui nullius alterius poteſtati eſt ſubjectus, ſive æquo fœdere in amicitiam venit, ſive fœdere comprehenſum eſt, ut is populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret.* Tacitus tamen in fine libri 5. annal. *Nicopolim coloniam* vocat. Quidquid fuerit, Amphictyonum conſeſſus participes fuerunt ejus cives ex Auguſti decreto, teſtes Pauſania in Phocicis: Βασιλεὺς δὲ Αὔγουστος μετεῖναι καὶ Νικοπολίταις τοῖς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ συνε-

δείου τῶν Ἀμφικτυόνων ἠθέλησε· Μάγνητας μὲν οὖν καὶ Μαλιεῖς, καὶ Αἰνιᾶνας, καὶ Φθιώτας Θεσσαλοῖς συντελεῖν· τὰς δὲ ψήφους ὅσαι τούτων τε καὶ Δολόπων (οὐ γὰρ ἔτι ἦν Δολόπων γένος) Νικοπολίτας φέρειν. Id eſt : *Imperator autem Auguſtus Nicopolitas, qui ad Actium, voluit eſſe participes, conſeſſus Amphictyonum, Magnetas igitur, & Malienſes, & Ænianas, & Phthiotas Theſſalis attribuit, & ſuffragia quotquot erant eorum, & Dolopum (non amplius enim erat Dolopum genus,) Nicopolitas habere juſſit.* Inter Amphictyonas autem eodem jure utebantur, quo Athenienſes & Delphi, quod ait paulo poſt idem Pauſanias : Αἱ μὲν δὴ πόλεις Ἀθῆναι, καὶ Δελφοὶ, καὶ ἡ Νικόπολις, αὗται μὲν ἀποστέλλουσι συνέδρους ἐς Ἀμφικτυονίαν πᾶσαν· ἀπὸ δὲ ἐθνῶν τῶν κατειλεγμένων ἑκάστη πόλις ἀνὰ μέρος ἐς Ἀμφικτύονας καὶ ἐν χρόνου περιόδῳ συντελεῖν ἐστι. Id eſt : *Et urbes quidem Athenæ, Delphi, Nicopolis, eæ quidem mittunt ad omnem Amphictyonum conſeſſum, ſed ex populis ſupra recenſitis, urbs unaquæque per vices, certo temporis ſpatio ad Amphictyonum conceſſum convenit.* Sed ornatiſſima & celebris ea civitas evaſerat ob ludos quinquennales, eo loci ab Auguſto inſtitutos, de quibus Suetonius in Auguſto cap. 18. Et ideo quando Philoſophi à Domitiano Roma pulſi ſunt, Epictetus, ut libere philoſopharetur, Nicopolim ſeceſſit, teſte A. Gellio lib. 15 cap. 11. & Suida in Ἐπίκτητος. Sed ex Mamertino in panægyrico, diſcimus, eam ab ea celebritate multum defeciſſe, & à Juliano denuo inſtauratam fuiſſe, his verbis. *Urbs Nicopolis, quam Divus Auguſtus in monumentum Actiacæ victoriæ extruxerat, in ruinas lachrymabiles prope tota conciderat : laceræ nobilium domus, ſine tectis fora, jamdudum aquarum ductibus peſſundatis, plena cuncta ſqualoris & pulveris, certamen ludicrum luſtris omnibus ſolitum frequentari intermiſerat temporis mæſti diforme juſti-*

tium.

tium. . . . . . Sed univerſas urbes ope imperatoris refotas, enumerare perlongum eſt. Tantam piſcium abundantiam habebat, ut nauſeam pareret, id docet anonymi vetus orbis deſcriptio. Ἡ πόλις Νικόπολις, ἡ ἰχθὺν πολὺ θαλάσσιον ἐκπορεῖ, ὥστε μισεῖν τὸ εἶδος βλέποντα ποιεῖν. Id eſt: *Urbs Nicopolis, quæ piſce marino adeo abundat, ut videnti odium pariat.* Epiſcopatus dignitate inſignita fuit, ut diſco ex Nicephoro Conſtantini lib. 14. cap. 39. ubi recenſet, quomodo plures Epiſcopi ſedes mutarunt, *Daniel inquit Nicopolis, quæ in Græcia eſt, Antiſtes Ancyram Galatiæ.* Nunc eam urbem Sophianus *Prevezam* vocari ait: Lazius *Priviſo*, ut refert Ortelius. Sed in ipſo promontorii capite & ingreſſu anguſtiarum, ſitum eſt munimentum à Turcis fabricatum, ut in oppoſito littore Actii promontorii aliud, & ea munimenta ab Italis *Dardanelli* dicuntur, eodem nomine, & ad exemplum caſtellorum, quæ ad Helleſponti anguſtias ædificata ſunt. Notat Jornandes in ea civitate editionem divinarum ſcripturarum repertam fuiſſe in dolio, quod habet ex Euſebio Eccleſiaſt. Hiſt. lib. 6. cap. 17.

Nunc ad interiora ſinus accedamus, & in ejus ſiniſtro littore, Epirum verſus, prima occurrit Χαράδρα *Charadra*, locus à Polybio memoratus, ex cujus verbis ſitus ejus loci, ceu oppiduli, ceu pagi, patebit. Is lib 4. poſtquam de Ambraco à Philippo capto, tractavit ait: τὴν μὲν τῶν Ἠπειρωτῶν ἐπιθυμίαν ἐπλήρωσε, παραδοὺς τὸν Ἄμβρακον. αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν προῆγε παρὰ Χαράδραν, σπεύδων διαβῆναι τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον· ὃς στενώτατός ἐστι κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν, καλούμενον Ἄκτιον· ὁ γὰρ προειρημένος κόλπος ἐκπίπτει μὲν ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους, μεταξὺ τῆς Ἠπείρου, καὶ τῆς Ἀκαρνανίας στενῷ παντελῶς στόματι· λείπει γὰρ τῶν πέντε σταδίων· προβαίνων δὲ εἰς τὴν μεσόγαιαν κατὰ μὲν τὸ πλάτος ἐφ' ἑκατὸν στάδια κεῖται. κατὰ δὲ τὸ μῆκος ἀπὸ τοῦ πε-

λάγυς περιποιεῖται περὶ τριακόσια στάδια, διορίζει δὲ τὴν Ἤπειρον, καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν, ἔχων τὴν μὲν Ἤπειρον ἀπὸ τῶν ἄρκτων, τὴν δὲ Ἀκαρνανίαν ἀπὸ μεσημβρίας. Id eſt: *Epirotarum cupiditatem explevit, Ambracum illis tradens: ipſe vero, cum copias à labore refeciſſet, duxit eas per Charadram, properans ut trajiceret ſinum vocatum Ambracicum, qui arctiſſimus eſt, ad fanum Acarnanum dictum Actium. Nam is ſinus è mari Siculo erumpens, intrat terras inter Epirum, & Acarnaniam ore prorſus anguſto, & quinque ſtadiis minore. In mediterraneam vero provectus, in latitudine per ſtadios centum extenditur, in longitudine vero à mari incidens, implet trecentorum ſtadiorum ſpatium, diſterminat vero Epirum, & Acarnaniam, & Epirum quidem à ſeptentrione, Acarnaniam vero à meridie habet.* Totum hunc Polybii locum deſcripſi, non quod totus pertineat ad Charadram, de qua agitur, ſed quoniam Ambracicum ſinum deſcribit, de quo ſtatim agendum erit, ne pluries ea Polybii verba repetere neceſſe ſit. Ennius Charadrum vocavit, ut putant, hoc oppidum, hoc verſu:

Mitylenæ eſt pecten Charadrumque apud Ambraciai.

Ad quem locum plura commentatus eſt Salmaſius in Solinum erudite, ut ſolet, ſed ex iis, quæ commentatur, patet, eum vel non noviſſe id oppidum, vel ejus non meminiſſe. Is locus Ennii aliter citatur ab Apulejo in Apologia.

Mitylenæ eſt pecten aperque apud Ambraciæ amnes.

Fuit igitur diverſa Ennii lectio. Ille recenſet omnia loca, ubi piſces ſunt exquiſiti ſaporis, & certe apud Athenæum κάπρ☉ Aper, dicitur Ambraciæ excedere, unde videtur præferenda Apuleji lectio, ſed ſi quis audacior, mutaret & legeret. *Mitylenæ eſt pecten Charadram apud Ambraciæ aper*, nihil haberet difficultatis ea lectio. Nam *Charadram Ambraciæ* optime dixiſſet, ad

ad differentiam aliorum locorum ejuſdem nominis, fuit enim Charadra Bœotiæ, Charadra Chalcidicæ, Charadra Argiæ ad Nemeum, Charadra Phocidis, Charadra Meſſeniæ. Fuit itaque neceſſarium exprimere quænam harum optimos Apros educaret. Ab aqua torrentis ibi fluente, & in Ambracicam ſinum effluente, nam id ſignificat χαράδρα.

CAPUT VII.

De AMBRACIA.

Poſt Charadram ſequendo littus ſiniſtrum Ambracici ſinus, occurrit *Ambracia*, prima Græcorum urbs dicta Dicæarcho:

Τῆς Ἑλλάδος ἐςὶν Ἀμβρακία πρώτη πόλις. Id eſt:
Græciæ eſt Ambracia prima urbs.

Ita dicta Polybio, cui fidem præ cæteris ſemper exhibeo, ob exactam diligentiam, quam ubique in ſuis narrationibus profert. Nam Thucydides nomen urbis non exprimit, ſed tantum gentile nomen habet Ἀμβρακιώτης. Polybius igitur in fragmento, libri 27 ait: Τῶν δὲ πρεσβευτῶν ςρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἀμβρακίαν συμβουλευόντων. Id eſt: *Legatis vero ſuadentibus, ut in Ambraciam duceretur exercitus.* Sed, procedente tempore factum eſt, ut nomen urbis etiam regioni tribueretur, ut ſæpe fit, & id expreſſe notat Etymologicum. Ἀμβρακία πόλις Ἠπείρου, ἀφ' ἧς ἐκλήθη Ἀμβρακία ἡ χώρα. Id eſt: *Ambracia urbs Epiri, à qua regio Ambracia dicta eſt.* De ea, præter Thucydidem, & Polybium, meminerunt Demoſthenes, Scylax, Ariſtoteles, Dicæarchus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Diodorus, Strabo, Pauſanias, Appianus, Ariſtides, Antoninus Liberalis, Dionyſius Afer, Maximus Tyrius,

 Athe-

Athenæus, Arrianus, Polyænus, Scymnus, Harpocration, Stephanus. Suidas, Etymologicum. Inter Latinos autem, Ennius, Cicero, Brutus, T. Livius, Ovidius, Mela, Plinius, Florus, A. Gellius. &c. Sic de ea urbe Scylax, in cap. Ἀμβρακία. Μετὰ δὲ Μολοττίαν Ἀμβρακία πόλις Ἑλληνίς, ἀπέχει δὲ αὐτὴ ἀπὸ θαλάσσης στάδια π'. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάσσης τεῖχος, καὶ λιμὴν κάλλιστος ...... παράπλους δὲ τῆς Ἀμβρακίας στάδια ρκ'. Id eſt: *Poſt Moloſſiam Ambracia, urbs Græca, abeſt autem hæc à mari ſtadia octuaginta, habet vero ad mare munitum locum, & portum pulcherrimum. Præternavigatio autem Ambraciæ ſtadia centum viginti.* In hoc loco hæc notanda ſunt: primo Ambraciæ nomen pro urbe ſumi, & ſtatim pro tota regione Ambraciæ ſubdita. Et ſic ſumi jam probavimus ex Etymologico. Hanc Scylacis περιήγησιν ſequutus eſt Dicæarchus, annis circiter 120. Scylace recentior, ſic enim de Abracia ait verſu 26.

---- Κατὰ τὸν κόλπον δὲ τὸν καλούμενον
Ἀμβρακικὸν ᾤκισται μέση, σταδίους δὲ ἔχει
Ἀπὸ τῆς θαλάσσης ὀγδοήκοντα. ---- Id eſt:

Ad ſinum, vocatum Ambracicum, habitatur in medio, diſtat autem à mari ſtadios octuaginta. Et paulo poſt verſu 40.

Ἀπ' Ἀμβρακίας εἰς Θετταλίαν τριῶν ὁδὸς
Ἐσθ' ἡμερῶν· ἔχει δὲ ποταμὸν λεγόμενον
Ἄρατθον, εἰς θάλασσαν ἐξιόντα, καὶ
Ὄρος προσέτι ἱερὸν ἐπικεκλημένον.
Σταδίων δ' ὁ παράπλους ἐστὶν ἑκατὸν εἴκοσι. Id eſt:

Ab Ambracia in Theſſaliam eſt trium dierum via; habet autem fluvium dictum Aratthum, in mare exeuntem. præternavigatio autem eſt ſtadiorum centum viginti. Hæc nihil à Scylace differunt. Et iisdem verbis, nomen fluvii illius Ἄρατθον mendoſum, optime cenſet mutandum

dum in Ἀραχθὸν, ex Strabone Caſaubonus. Nomen ejus urbis per π. Ἀμπρακιώτας ſemper vocat Thucydides lib 2. Sed Demoſthenes Athenienſis, ut & Thucydides, per β. ejus nomen profert, in oratione de Haloneſſo, & in oratione de Cheroneſo: mutata igitur fuit π media, in β. tenuem, quod obtinuit. De ejus urbis conditoribus hæc ait Scymnus Chius verſu 452.

Μετὰ δὲ τοὺς Μολοττοὺς Ἀμβρακία, Κορινθίων
Ἄποικός ἐστιν. ᾤκισεν δ᾽ ὁ Κυψέλου
Αὐτὴν πρότερον παῖς Γόργος. ---- Id eſt:

Poſt Moloſſos autem Ambracia eſt Corinthiorum colonia: eam autem inhabitavit primum Cypſeli filius Gorgus. Sed quem Gorgum vocat Scymnus, alii Tolgum vocant; ut Strabo, qui de ea urbe bis loquitur & lib. 7. Tolgum ejus urbis conditorem nominat: καὶ τῶν Ἠπειρωτῶν οἱ Κασσωπαῖοι, μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Ἀμβρακίαν, ὑπέρκειται δὲ αὐτῇ τοῦ μυχοῦ μικρόν. Τόλγου τοῦ Κυψέλου κτίσμα. Id eſt: *Epirotarum Caſſopæi uſque ad receſſum, qui eſt ad Ambraciam, ſita autem parum ſupra eum receſſum. Tolgi Cypſeli filii opus.* Sed lib. 10. Gargaſum quendam Corinthium Cypſelo adjungit: Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ἀπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον, καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον. Id eſt: *Corinthii autem à Cypſelo & Gargaſo miſſi cum actam occupaverunt; uſque ad Ambracicum ſinum provecti ſunt, & Ambracia condita fuit, & Anactorium.* Fuit ergo Corinthiorum colonia, qui à Cypſelo & Gargaſo miſſi, duce Tolgo vel Gargaſo, Cypſeli filio, eam condiderunt. Sed pugnare videtur Euſtathius ad Dionyſium, omnis Græcanicæ antiquitatis promus condus, qui ad vocem Ἀμβρακιήων verſu 493. ſic ait: Οἱ Ἀμβρακιεῖς δὲ Ἠπειρωτικὸν καὶ αὐτοὶ ἔθνος, καὶ οὕτω λέγονται, ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου θυγατρὸς, ἢ ἀπὸ Ἀμ-

βρακος

βρακος υἱοῦ Θεσπρωτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ ὁ κόλπος Ἀμβρακικὸς, καὶ πόλις Ἀμβρακία, ὡς ἀπὸ Θεσπρωτοῦ ἡ Θεσπρωτία χώρα. Id eſt: *Ambracienſes autem Epirotica etiam gens, & ſic vocantur, vel ab Ambracia Augei filia, vel ab Ambrace filio Theſproti, à quo ſinus Ambracicus, & urbs* Ambra*cia; ut à Theſproto Theſprotia regio.* Si à tanta antiquitate dicta fuit Ambracia, quomodo dicitur à Tolgo Cypſeli filio condita? Nam ante Cypſelum jam ſic dicta erat regio forte & oppidulum quoddam, quod in majus auctum & egregie munitam, à Corinthiis dictum eſt ab iis conditum fuiſſe, & ſic intelligendo, concordabit cum Strabone Euſtathius, qui id, quod dicit procul dubio à quibuſdam antiquis autoribus, qui amplius non extant, acceperat. Sed Antoninus Liberalis diverſa & à Strabone, & ab Euſtathio, narrat, Metamorph. 4. & ea habet ex Nicandro in Eteœrumenis, & ab Athanade in Ambracicis. Ὁ δὲ Κεραγαλεὺς οὗτος ἐγεγένετο γηραιος ...... καὶ αὐτῷ νέμοντι βοῦς προσάγουσιν Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἡρακλῆς, κριθησόμενοι περὶ Ἀμβρακίας τῆς ἐν Ἠπείρῳ· καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων ἑαυτῷ προσήκειν ἔλεγε τὴν πόλιν, ὅτι Μελανεὺς υἱὸς ἦν αὐτοῦ, βασιλεύσας μὲν Δρυόπων, καὶ πολέμῳ λαβὼν τὴν πᾶσαν Ἤπειρον, γεννήσας δὲ παῖδας Εὔρυτον καὶ Ἀμβρακίαν, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται· καὶ αὐτὸς μέγιστα χαρίσασθαι τούτῳ τῇ πόλει· Σισυφίδας μὲν γὰρ αὐτοῦ προστάξαντος ἀφικομένους, κατορθῶσαι τὸν πόλεμον Ἀμβρακιώταις, τὸν γενόμενον αὐτοῖς πρὸς Ἠπειρώτας. Τόργον δὲ τὸν ἀδελφὸν Κυψέλου κατὰ τοὺς αὐτοῦ χρησμοὺς λαὸν ἔποικον ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν ἐκ Κορίνθου· Φαλαίκῳ δὲ τυραννοῦντι τῆς πόλεως αὐτοῦ κατὰ μαντείαν Ἀμβρακιώτας ἐπικνασῆσαι· καὶ παρὰ τοῦτο πολλοὺς ἀπολέσθαι τὸν Φαλαικον· τὸ δὲ ὅλον, αὐτὸς ἐν τῇ πόλει παύσαι πλειστάκις ἐμφύλιον πόλεμον καὶ ἔριδας, καὶ στάσιν, ἐμποιῆσαι ἀντὶ τούτων δ' εὐνομίαν, καὶ θέμιν, καὶ δίκην. ὅθεν αὐτὸν ἔτι νῦν παρὰ τοῖς Ἀμβρακιώταις, σωτῆρα Πύθιον ἐν ἑορταῖς καὶ εἰλαπίναις ᾄδεσθαι.

ἄδεσθαι. Ἄρτεμις δὲ τὸ μὲν νεῖκος κατέπαυε τὸ πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα· παρέχοντος δ᾽ ἠξίου τὴν Ἀμβρακίαν ἔχειν· ἐφίεσθαι γὰρ τῆς πόλεως κατὰ πρόφασιν τοιαύτην. Ὅτι Φάλαικος ἐτυράννευσε τῆς πόλεως, οὐδενὸς αὐτὸν δυναμένου κατὰ δέος ἀνελεῖν, αὐτὴ κυνηγετοῦντι τῷ Φαλαίκῳ προφῆναι σκύμνον λέοντος· ἀναλαβόντος δὲ εἰς τὰς χεῖρας, ἐκδραμεῖν ἐκ τῆς ὕλης τὴν μητέρα, καὶ προσπεσοῦσαν ἀναρρῆξαι τὰ στέρνα τοῦ Φαλαίκου· τοὺς δ᾽ Ἀμβρακιώτας ἐκφυγόντας τὴν δουλείαν, Ἄρτεμιν ἡγεμόνην ἱλάσασθαι. καὶ ποιησαμένους ἀγροτέρης εἴκασμα, παραστήσασθαι χάλκεον αὐτῷ θῆρα· ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἀπεδείκνυεν Ἀμβρακίαν τε, καὶ τὴν σύμπασαν Ἤπειρον οὖσαν ἑαυτοῦ· πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ Κελλοὺς, καὶ Χάονας, καὶ Θεσπρωτοὺς, καὶ σύμπαντας Ἠπειρώτας, ὑπ᾽ αὐτοῦ κρατηθῆναι, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς συνελθόντες (lego συνῆλθον) ἀφελέσθαι· χρόνῳ δ᾽ ὕστερον λαὸν ἔπικον ἐλθεῖν ἐκ Κορίνθου, καὶ τοὺς πρόσθεν ἀναστήσαντας Ἀμβρακίαν συνοικίσαι· Κορίνθιοι δὲ πάντες εἰσὶν ἀφ᾽ Ἡρακλέους· ἃ διακούσας ὁ Κραγαλεὺς, ἔγνω τὴν πόλιν Ἡρακλέους εἶναι· Ἀπόλλων δὲ κατ᾽ ὀργὴν ἁψάμενος αὐτοῦ τῇ χειρὶ, πέτρον ἐποίησεν, ἵναπερ εἱστήκει. Id eſt: *Erat is Cragaleus jam provecta ætate...... Ad eum, boves paſcentem, accedunt Apollo, Diana, & Hercules, diſceptaturi cauſam de Ambracia Epiri. Apollo eam urbem ſibi vindicabat, quia pater eſſet Melanei, qui Dryopum rex fuiſſet, belloque totam Epirum cepiſſet: ac procreaſſet Eurytum & Amoraciam, a qua urbi Ambraciæ nomen ſit factum: ſed & a ſe maxima in urbem profecta eſſe beneficia. Suo enim juſſu Siſyphi poſteros adveniſſe, & bellum, quod Ambraciotis erat contra Epirotas, confeciſſe. Torgum quoque, Cypſeli fratrem, ſuis motum oraculis, coloniam à Corintho Ambraciam deduxiſſe. Tum Ambraciotas ipſius ductos oraculis, contra Phalæcum, qui tyrannidem eam in urbem arripuiſſet, inſurrexiſſe: ex eaque occaſione multos fuiſſe a Phalæco interfectos: in ſumma vero, ſe in ea urbe ſæpe bellum civile,*

rixas, & ſeditionem ſedaſſe, & horum loco jus juſtitiamque & leges introduxiſſe: atque ob id hodieque ſe ab Ambraciotis in feſtivitatibus & publicis conviviis ſervatorem Pythium cantari. Diana vero litigare cum Apolline deſinens, petebat, ut ultro ſibi Ambraciam concederet, quam, hac ducta occaſione, ſibi depoſceret. Quo tempore Phalæcus eam tyrannide premebat, metuſque omnes ab ejus cæde detinebat, ſe venanti tyranno catulum leonis exhibuiſſe: quem cum is in manus ſumſiſſet, leænam matrem e ſylva erupiſſe, & in Phalæcum impetu dato, pectus ejus dilaniaſſe. Ideo Ambraciotas, ſervitutis excuſſo jugo, Dianam principem placaſſe: venatriciſque Dianæ ſimulacro facto, feram ei appoſuiſſe. At Hercules, cum Ambraciam, tum univerſam Epirum ad ſe pertinere oſtendebat: Nam Celtos, Chaonas, Theſprotos, & univerſos Epirotas bello, quod intuliſſent, à ſe ſubactos, quo tempore conjunctis viribus ſibi boves Geryonis adimere eſſent aggreſſi. Aliquanto poſt colonos à Corintho veniſſe, qui, cum omnes eſſent Corinthii ab Hercule orti, pulſis Ambraciæ civibus, urbem denuo tenuerint. His auditis Cragaleus urbem Herculi adjudicavit. Apollo autem iratus, manu eum corripuit, inque ſaxum mutavit, eo, quo ſteterat, loco. Ex hoc loco lux affulget Ovidio metamorph. 13. ubi ait de Ænea & Trojanis

- - - - Certatam lite Deorum
Ambraciam, verſique vident ſub imagine ſaxum
Judicis, Actiaco quæ nunc ſub Apolline nota eſt.

Hanc tam prolixam ῥῆσιν coactus ſum exſcribere, quoniam multa diſcimus ex illa, tam de conditu, quam de ſtatu & hiſtoria ejus urbis, de qua nunc tractamus, cujus fuit vel conditor, vel liberator & auctor Tolgus, vel Torgus, vel Gorgus, Cypſeli Corinthii filius, vel frater.

ter. De ſitu ejus urbis ſupra citavimus locos Scylacis, & Dicæarchi, quæ eam ajunt diſtare à mari octuaginta ſtadia. Sed poteſt dubitari, utrum per mare intellexerint Ambracicum ſinum, an vero mare Jonicum exterius & apertum, ſi de Ambracico ſinu intellexerunt, pugnat aperte Strabo, qui loco ſupra citato, libri 7. de ea urbe ait: παραρρεῖ δὲ αὐτὴν Ἄραχθος ποταμὸς, ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάσσης ὀλίγων σταδίων. Id eſt: *Præterfluit eam Arachthus fluvius, ſubvectionem a mari habens paucorum ſtadiorum.* Ideo videntur loci Scylacis & Dicæarchi intelligi debere de mari extero, nam pauca ſtadia non poſſunt dici octuaginta, ſed tres, aut quatuor, aut circiter, & ſi octuaginta ſtadia diſtaſſet à ſinu ea urbs, nomen non dediſſet ei ex ratione ſitus. Nam Ambracicus dictus eſt, (ut videtur) ab ejus urbis vicinia. Ad Arachthum fluvium ſitam fuiſſe, aſſerit Strabo, ut nuper eum locum adduximus. Is fluvius Polybio Ἀρέθων dicitur, in excerptis legationibus cap. 27. ubi Epirotas inducit, M. Fulvium ſuadentes, ut Ambraciam obſideret, & inter regionis ad obſidionem commoda, ait: καὶ τὸν Ἀρένθοντα ποταμὸν, ῥέοντα παρὰ τὴν πόλιν, συνεργήσειν πρός τε τὰς τοῦ στρατοπέδου χρείας, ἅτε θέρους ὄντος, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἔργων ἀσφάλειαν. Id eſt: *Arethontem fluvium, præter eam urbem fluentem, uſui fore ad caſtrorum commoditatem, ut pote in æſtate, & etiam ad operum ſecuritatem.* Unde ſequitur, eam urbem fuiſſe longe à mari extero, quando de ea mentionem non faciebant Epirotæ, ſed tantum de ſubvectione à ſinu per fluvium. Eadem habet T. Livius, perpetuus Polybii exſcriptor, qui tamen, ſi proba eſt ejus lectio in eo loco, qui extat lib. 38 non longe ab initio, male addit ad Polybii verba ſuam conjecturam, ſic enim ait: *& Arethontem navigabilem amnem opportunum ad comportanda, quæ uſui ſint.* Et hæc quidem ex

Polybio, ſed paulo poſt addit: *Amnis Arethon, ex Acarnania fluens, cadit in ſinum maris, a nomine propinquæ urbis Ambracicum appellatum*, ubi, ut Livius à culpa liberetur, legendum ſuadeo pro *Acarnania Athamania*, ſic enim res eſt, fuit ille fluvius aquis ſatis abundans; nam ex Livio conſtat, Perſeum non potuiſſe eum vadare lib. 43. ubi de Perſeo rege: *Ad Arachthum inde flumen itinere ingenti emenſo, retentus altitudine amnis, manſit, quo ſpatio temporis ponte perfecto, traductis copiis &c.* Ab Elymæa Macedoniæ veniebat Perſeus, ideo is fluvius tranſeundus erat, qui ex Stymphe, montis Pindi parte oriebatur. Circa Ambraciam fuerunt patentes campi, ut colligo, ex Epirotarum ad M. Fulvium oratione apud Polybium, quæ ſupra citata eſt, ſic enim ajebant de Ambracia: Διότι δὲ πρὸς τὸ μάχεσθαι τοῖς στρατοπέδοις ἐὰν εἰς τοῦτο βούλωνται συγκαταβαίνειν οἱ Αἰτωλοὶ, καλλίστους εἶναι τόπους περὶ τὴν προειρημένην πόλιν. Id eſt: *Eo quod & ad exercituum pugnam ſi ad id convenire velint Ætoli, pulcherrimos eſſe locos circa prædictam urbem*: hæc eodem ex Polybio tranſcripſit, ex more ſuo, Livius lib. 38. *Epirotis Ambraciam placebat aggredi, quæ tum contribuerat ſe Ætolis, ſive ad tuendam eam venirent Ætoli, apertos circa campos ad dimicandum eſſe, ſive detrectarent certamen, oppugnationem fore haud difficilem: nam & copiam in propinquo materiæ ad aggeres excitandos, & cætera opera eſſe: & Arethontem navigabilem amnem, opportunum ad comportanda, quæ uſui ſint, præter ipſa mœnia fluere, & æſtatem aptam rei gerendæ adeſſe.* Obſidionis poſtea narrationem ſequitur Livius, nec dubito eum à Polybio eam accepiſſe. *Ambracia* (inquit) *tumulo aſpero ſubjecta eſt, Perranthem incolæ vocant: urbs qua murus vergit in campos & flumen, occidentem: arx, quæ poſita in tumulo eſt, orientem ſpectat. Amnis Arethon*

thon, ex Acarnania fluens, cadit in ſinum maris, ab nomine propinquæ urbis Ambracium appellatum. Præterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli, muro quoque firmo ſepta erat, patente in circuitu tria millia paſſuum. Lacus Ambracicus ſinum quendam & receſſum faciebat, verſus eam urbem, quem Strabo μυχὸν vocat, loco citato ſupra, ibi ait: μέχρι τοῦ μυχοῦ, τοῦ κατὰ Ἀμβρακίαν, ὑπέρκειται δ' αὐτῇ τοῦ μυχοῦ μικρόν. Id eſt: *Uſque ad receſſum, qui eſt ad Ambraciam, ea autem ſita eſt paulo, ſupra receſſum illum.* Nam ea Strabonis phraſis, alium fuiſſe μυχὸν receſſum ultimum lacus, finem ſcilicet & terminum verſus orientem, alium vero illum receſſum, qui Ambraciam verſus tendebat; aliter, ſi ultimum lacus finem intellexiſſet Strabo, non opus illi fuiſſet addere: τοῦ κατ' Ἀμβρακίαν, ad differentiam alterius receſſus, ultimi ſcilicet lacus termini. Et ex hoc loco Strabonis male intellecto male poſuerunt recentiores tabularum delineatores Ambraciam ad extremitatem lacus, & aliquis etiam verſus Acarnanas in dextro littore & meridionali latere: ſecus eſſe patet ex autoribus ſupra citatis, ex quibus colligitur, imo in quibus aperte legitur, Ambraciam ſitam fuiſſe à mari ſtadia octuaginta, at ſi fuiſſet ſita ad lacus extremum terminum, diſtaſſe à mari neceſſe foret ſtadia trecenta, nam ejus deſcriptionem, ſatis exactam habemus, apud Polybium, qui ejus os, & latitudinem, & longitudinem exacte numerat, & longitudinem à mari dixit habuiſſe ſtadiorum tercentorum circiter: ἀπὸ τοῦ πελάγους προσπίπτει περὶ τριακόσια στάδια, quæ verba Polybii jam ſupra citavimus, unde ſequitur Ambraciam que octuaginta tantum ſtadia diſtabat à mari extero, ut probavimus non fuiſſe ad extremum lacus ſitam uti eam vulgo ponunt, pejus peccant ii, qui ad meridionalem & ſiniſtram lacus ripam eam ponunt, in Acarnania,

cepti à loco, ſupra citato ex Livio, ubi notavi pro *Acarnania* legendum *Athamania*. Nam contra Livium, ſi *Acarnania* legeretur, omnes alii, qui eam in Epiro ponunt, pugnarent ex diametro, & infra id amplius explicabitur. Diſtabat à civitate, quæ Argos Amphilochicum dicebatur, centum octuaginta ſtadia: teſtis Polybius in excerptis legationibus cap. 28. ubi de M. Fulvio Conſule, ſic ait: Παραγινόμενος δὲ πρὸς Ἄργος, τὸ καλούμενον Ἀμφιλοχικὸν, κατεστρατοπέδευσεν, ὅπερ ἀπέχει τῆς Ἀμβρακίας ρπ', στάδια. Id eſt: *Cum autem Argos veniſſet Amphilochicum, caſtra metatus eſt, quod quidem abeſt ab Ambracia centum octuaginta ſtadia.* Supra ex T. Livio didicimus ea, quæ de ſitu ejus urbis dixerat Polybius, in narratione obſidionis à M. Fulvio factæ. Fuit in ea portus clauſus, ſi fides Dicæarcho, qui ſic canit

---- ἐπιφανὲς
Δ' ἱερὸν Ἀθηνᾶς· ἐστὶν ἐν αὐτῇ δὲ λιμὴν
κλειστός. ---- Id eſt:
Celebre autem Minervæ templum.
Eſt etiam in ea portus clauſus.

De quo tamen, in narratione de obſidione ejus urbis à M. Fulvio facta, non fit mentio apud Livium, quod mirum, forte apud Dicæarchum intelligendum eſt de regione, quæ etiam Ambracia dicebatur, ubi erat illud celebre Athenæum; at Æſculapii templum in ipſa urbe, ut docet ea narratio. Fuit & in ea *Pyrrheum*, Pyrrhi ſine dubio regis monumentum, quod violatum fuiſſe in ejus urbis direptione, docet Ovidius in Ibin his verſibus:

Nec tua, quam Pyrrhi, fœlicius oſſa quieſcant,
Sparſa per Ambracias quæ jacuere vias.

Ejus urbis antiquitatem & celebritatem, ultra ea, quæ jam dicta ſunt, probat Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1. ubi de Æneæ Trojani profugi navigatione ait: Ἄραντες δ' αὐτο-

δι' αὐτόθεν καὶ ἐπὶ τὸ Ἄκτιον ἐλθόντες ὁρμίζονται πρὸς τὸ Ἀμβρακικοῦ κόλπου ἀκρωτήριον, κἀκεῖθεν εἰς Ἀμβρακίαν ἀφικνοῦνται πόλιν, ἧς ἐβασίλευσεν Ἄμβραξ ὁ Δεξαμενοῦ τοῦ Ἡρακλέους, καὶ ὑπολείπονται ἑκατέρωθι μνήματα τῆς ἀφίξεως. Id eſt: *Inde ſolventes, & Actium cum veniſſent, ad promontorium Ambracici ſinus ſtationem claſſis habuerunt, & inde Ambraciam veniunt urbem, in qua regnabat Ambrax Dexameni filius, Herculis hoſpitis decantati, ab utrobique manent monumenta eorum adventus.* Hoc in loco Δεξαμενοῦ τοῦ Ἡρακλέους, non interpretor *Herculis filii*, ut ſolet, & ut alii omnes interpretati ſunt, nam nullibi inveni Dexamenum Herculis filium, licet in omnium Heraclidarum ſtemmate multum deſudaverim, ideo credo Dionyſium intellexiſſe Dexamenum illum celebrem, ob Herculem hoſpitio exceptum, omnibus Græcis notum & celebrem regem, cujus Ambrax filius, mari transfretato, Ambraciam ex ſuo nomine dictam condiderat & ibi regnabat tempore Æneæ. Et ecce aliam conditus ejus urbis ſententiam, qui Ambracem illum, non Theſproti, ſed Dexameni filium ejus conditorem facit, ſed nil mirum, ſi in tanta antiquitate cæcutiunt autores, & diverſas promunt opiniones. De ejus urbis ſtatu plura colliguntur ex ſupradictis. Primum enim ſub regibus fuiſſe ex hoc ultimo Dionyſii loco ſequitur. Sine regibus poſtea fuiſſe evincunt plura bella, quæ cum Epirotis, quorum terram occupaverant, geſſerunt, & aliis etiam, ubi nulla de eorum regibus mentio. Tum ex Phalæco illo tyranno, qui eorum libertatem oppreſſerat. (Nam Tyrannus proprie dicitur is, qui in liberum populum potentiam uſurpavit.) Id etiam docet Ariſtoteles Politic. 5. cap. 2. Poſtea Cypſelidis Corinthiis paruit, ſed ſine regio nomine: imo tyranni exiſtimati ſunt, & ſic Periandrum Ambraciæ tyrannum vocat Maximus Tyrius,

rius, ſermone octavo, & ante eum Ariſtoteles Politic. 5. cap. 4. qui nos docet, Periandro illo Cypſelida pulſo, populum priſtinum jus ſuum recuperaſſe. Sed credo de Periandro illo famigerato inter ſeptem ſapientes relato, non eſſe intelligendum, ſed de quodam ex ſuis poſteris. Tandem Epiri regibus ſubjecta fuit, & celebritatem magnam obtinuit, poſtquam facta eſt regum Epiri, Æacidarum regia, & præcipue Pyrrhi illius decantatiſſimi. Id nos docet Polybius in excerptis Legationibus cap 28. Ὁ δὲ Μάρκος παραλαβὼν τὴν Ἀμβρακίαν, τοὺς μὲν Αἰτωλοὺς ἀφῆκεν ὑποσπόνδους· τὰ δὲ ἀγάλματα, καὶ τοὺς ἀνδριάντας, καὶ τὰς γραφὰς ἀπήγαγεν ἐκ τῆς πόλεως, ὄντα καὶ πλείω, διὰ τὸ γεγονέναι βασίλειον Πύρρου τὴν Ἀμβρακίαν. Id eſt: *Marcus autem, cum Ambraciam cepiſſet, Ætolos ex pacto liberos dimiſit. At ſigna, ſtatuas, & pictas tabulas abſtulit ab urbe, quæ plurima erant, eo quod regia Pyrrhi fuerat Ambracia.* Idem aſſerit Mela lib. 2. cap. 3. *Ambracia Æacidarum regia, Pyrrhique.* Plures calamitates paſſa eſt ea civitas, & jam ab initio bello, ab Epirotis vicinis petitam fuiſſe, & ideo colonos Corinthios accepiſſe, ut eorum auxilio adverſus hoſtes Epirotas uteretur, nos docuit locus Antonini Liberalis ſupra citatus, in ea longa ῥῆσιν, quam hic rurſus ponere neceſſe non eſt. A Philippo Macedone, Alexandri patre bello petitum fuiſſe, docet Demoſthenes in orat. de Haloneſſo, & in orat. de Cherronneſo Sed graviſſimam calamitatem acceperat paulo ante, quando Athenienſes, duce Demoſthene, cum Acarnanum & Amphilochorum auxilio ejus cives ad Olpas & Idomenim ceciderunt, adeo ut eorum urbs fere deſerta remanſerit, quod narrant Thucydides & Diodorus, & ille quidem lib. 3. exacte eas pugnas narrat, & hæc addit: Πάθος γὰρ τοῦτο μιᾷ πόλει Ἑλληνίδι ἐν ἴσαις ἡμέραις μέγιστον δὴ τῶν κατὰ πόλεμον τόνδε ἐγένετο, καὶ ἀριθμὸν οὐκ ἔγραψα τῶν ἀποθανόντων

νώντων, διότι ἄπιστον τὸ πλῆθος λέγεται ἀπολέσθαι, ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως. Id eſt: *Hæc enim clades hoc bello in una & eadem civitate Græca intra totidem dies maxima extitit: numerum mortuorum non ſcripſi, quoniam fidem excedit pro civitatis magnitudine.* Hæc etiam narrat ex Thucydide Diodorus, & id tantum addit: Ὥστε τὴν πόλιν σχεδὸν ἔρημον γενέσθαι. Id eſt: *Ita ut urbs fere deſerta facta ſit.* Poſtea obſidionem à M. Fulvio diu paſſa, tandem jugum Romanorum ſubire coacta fuit, & omnia publica ornamenta perdidit. Sed gravius adhuc detrimentum accepit, quando omnes Epiri civitates Romanis militibus diripiendas una eademque die conceſſit Æmilius Paulus, ex ſenatus juſſu. Inter Epiroticas enim civitates cenſebatur ab eo tempore, quo Pyrrhus à Demetrio Poliorceta eam civitatem obtinuerat auxilii lati pretium, quod narrat Plutarchus in Pyrrho. Et ſic facta eſt Epiri urbs primaria, caput regni & Pyrrhi regia: nec dubitandum eſt, in ea direptione Ambraciam multa paſſam fuiſſe detrimenta, & plura quam aliam ullam civitatem, utpote, quæ magis opulenta erat ob regum Æacidarum in ea conſtitutam regiam. Nam licet eam civitatem non nominet, ut nec ullam aliam Plutarchus, non eſt dubium, quin in ea univerſali direptione comprehenſa fuerit. Hæc ſunt Plutarchi verba de P. Æmilio, poſt victum Perſeum dominitionem parante: Ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν Ἤπειρον, ἔχων δόγμα συγκλήτου, τοὺς συμμεμαχημένους αὐτῷ τὴν πρὸς Πέρσεος μάχην στρατιώτας ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πόλεων ὠφελῆσαι· βουλόμενος δὲ πᾶσιν ἅμα, καὶ μηδενὸς προσδοκοῦντος, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐπιπεσεῖν, μετεπέμψατο τοὺς πρώτους ἐξ ἑκάστης πόλεως ἄνδρας δέκα, καὶ προσέταξεν αὐτοῖς, ὅσος ἄργυρός ἐστι καὶ χρυσὸς ἐν οἰκίαις καὶ ἱεροῖς, ἡμέρᾳ ῥητῇ καταφέρειν, ἑκάστοις δὲ συνέπεμψεν, ὡς ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτο φρουρὰν στρατιωτῶν, καὶ ταξίαρχον προσποιούμενον ζητεῖν, καὶ καταλαμβάνειν τὸ

χρυσίον· ἐνστάσης δὲ τῆς ἡμέρας, ἐφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἅμα καιρὸν ὁρμήσαντες, ἐτράποντο πρὸς καταδρομὴν, καὶ διαρπαγὴν τῶν πολεμίων, (lego τῶν πόλεων.) ὥστε ὥρᾳ μιᾷ πεντεκαίδεκα ἀνθρώπων ἀνδραποδισθῆναι μυριάδας ἑβδομήκοντα δὲ πόλεις πορθηθῆναι. Id eſt: *Movit in Epirum, habens ſenatus conſultum, quo jubebatur, ut militibus, qui ſub eo militaverant, in ea contra Perſeum pugna, urbium ibi ſitarum prædam concederet: cum autem ſimul omnes, & præter expectationem invadere vellet, evocavit ex unaquaque civitate præcipuos cives decem, & juſſit illis, ut quodcunque argentum & aurum in domibus vel templis haberent, illud ſtata die afferrent, & ſingulis adjunxit militum præſidium cum tribuno, fingentem ſe quærere & accipere velle aurum: dicta autem die, una eademque hora ingruentes, ad incurſiones & rapinas ſe verterunt, ita ut centum quinquaginta mille hominum capita una hora captiva facta ſint, & ſeptuaginta urbes direptæ.* Decretum certe horrendum fuit, & quod Romanis crudelitatis labem inſpergit indelebilem. Itaque ex eo tempore jacuit Ambracia, ut & tota Epirus, ſub iniqua Romanorum poteſtate, qui, pulſis incolis, latifundia in Epiro fecerunt, & poſſederunt, ut Pomponius ille Atticus, Ciceronis amicus; & ideo Auguſtus ejus urbis acciſas reliquias in Nicopolim tranſduxit, de qua tranſductione ſatis ſupra tractavimus in Nicopoli. Hodie, ſi fides Dominico Nigro, & Olivario in notis ad Melam, *Larta* vocatur, à *flumine corrupto vocabulo*, ut autumat, *diſtans à littore* (ut ait) *decem millia paſſuum*; quod ſatis quadrat cum octuaginta ſtadiis Scylacis & Dicæarchi. Sed ſi hæc topotheſia civitatis *Larta* vera eſt, male eam poſuit Caſtaldus in ſua Græciæ hodiernæ mappa, ſupra ſummam lacus extremitatem in mediterraneo. Nam ut jam notavimus, lacus ille, in longitudine ſtadia trecenta ſuberat, quæ quadra-

quadraginta milliaria circiter valent. Sed Sophianus, teſte Ortelio, vult etiam ſuo tempore *Ambraciam* nominatam fuiſſe, quod ſit penes ejus fidem. Sed eam Nigri *Lartam*, puto eandem eſſe, quæ olim Logothetæ *Arta*, & Acropolitæ, & Cantacuzeno, quam plures Acarnaniæ dicunt eſſe urbem præcipuam, & quaſi metropolim, de ea dicendum erit in Acarnania. Regio circa Ambraciam tota à Dicæarcho Δρυοπὶς, *Dryopis* dicta eſt, neſcio quam bene: nullus enim alius habitationem Dryopum, qui montani erant, ad maris littus uſque extendit, ſic autem Dicæarchus de Ambracia:

> ---- ἐπιφανὲς
> Δ' ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐςὶν ἐν αὐτῇ, καὶ λιμὴν
> κλειστός· καλεῖται Δρυοπὶς ἡ χώρα δ' ὅλη. Id eſt:
> *Celebre templum Minervæ eſt in ea, & portus*
> *Clauſus. Vocatur autem tota regio Dryopis.*

Plinius certe, *Dryopas, Sellas, Hellopas, & Moloſſos* vicinos facit, ſed eorum ordinem & ſitum non notavit. Omnes vero alii, qui de Dryopibus verba fecerunt, eos in montibus ponunt, juxta Oetæos: nullus maritimos facit, aut Ambraciæ collimitaneos: ab antiquiſſima, credo, & jam deleta memoria id nomen revocavit Dicæarchus, ſed de Dryopibus inferius dicendum erit. In Ambraciæ ſolo vicus fuit *Crania* nomine, ſolo Plinio memoratus, itaque de eo nihil eſt quod dicamus.

Fuit in ejus vicinia oppidulum vel caſtellum, nomine Ἄμβρακος *Ambracus*, ſoli Polybio nomine proprio deſignatum, Hiſt. lib. 4. ubi ſatis exacte ejus ſitus deſcriptus eſt, & initio quidem in errore verſabar, putans *Ambracum* & *Ambraciam*, eandem eſſe civitatem, & ſic debere intelligi, ſed re accuratius penſitata, mutavi ſententiam, ſic igitur de eo loco Polybius: οἱ γὰρ Ἠπειρῶται τὸ σφέτερον ἀναγκαιότερον τιθέμενοι τοῦ κοινοῦ, παρὰ τῶν συμμάχων,

 καὶ μεγά-

καὶ μεγάλως σπουδάζοντες ὑφ' αὑτοὺς ποιῆσαι τὸν Ἄμβρακον, ἐδέοντο τοῦ Φιλίππου ποιήσασθαι πολιορκίαν περὶ τὸ χωρίον, καὶ τοῦτο πρότερον ἐξελεῖν. περὶ πλείστου ποιούμενοι, τὸ κομίσασθαι τὴν Ἀμβρακίαν παρὰ τῶν Αἰτωλῶν, τοῦτο δὲ γενέσθαι μόνως ἀνελπίζοντες, εἰ τοῦ προειρημένου τόπου κυριεύσαντες ἐπικαθίσαιεν τῇ πόλει. Ὁ γὰρ Ἄμβρακος ἐστὶ μὲν χωρίον εὖ κατεσκευασμένον, καὶ προτειχίσμασι καὶ τείχει· κεῖται δὲ ἐν λίμναις, μίαν ἀπὸ τῆς χώρας στενὴν καὶ χωστὴν ἔχων πρόσοδον· ἐπίκειται δὲ εὐκαίρως τῇ τε χώρᾳ Ἀμβρακιωτῶν καὶ τῇ πόλει. Id eſt: *Epirotæ enim utilitatem ſuam præferentes communi ſociorum, & deſiderio flagrantes ſubjiciendi ſibi Ambracum, Philippum rogaverunt, ut obſidionem poneret circa eum locum, & eum ante omnia caperet: plurimi facientes ab Ætolis Ambraciam recipere, quod ſolum fieri poſſe ſperabant, ſi ejus ſupradicti oppidi domini facti, ipſam urbem obſiderent. Ambracus enim eſt quidem locus bene munitus, & muro, & antemuralibus propugnaculis, ſitus inter lacus, unicum habens à regione acceſſum eumque aggeſtum, ſitus eſt vero opportune imminens, & regioni Ambraciotarum & urbi.* Hic locus errorem meum ſuſtulit, & melius cogitare docuit: ex eo enim colligitur *Ambracum non fuiſſe Ambraciam*, quando de utroque loco, ut diverſo, fit mentio; deinde, & quod χωρίον dicitur, quæ vox non convenit urbi, cujus ambitus erat ter mille paſſuum. Item fuiſſe non longe ab ipſa Ambracia, quando dicitur ei civitati imminere, ἐπικαθίσαι *inſidere, tamquam in inſidiis eſſe ad nocendum.* Tertio, non fuiſſe ſitum ad mare, quando in ejus deſcriptione non fit nec maris, nec littoris, nec ſinus mentio. Quarto, non fuiſſe anguſtum, quando quingentos Ætolos præſidiarios, præter cives, habebat, quos dimiſit ex pacto Philippus, ut narrat paulo poſt Polybius. De eo loco ſilent alii autores, ideo plura de eo dicenda non habeo. Dirutum fuiſſe ab Epirotis ſuſpicor, antequam M. Fulvius,

Fulvius Ambraciam obſideret, quoniam in narratione de ejus urbis obſidione aliquid de loco tam proximo non ſiluiſſet Polybius, nec poſt eum Livius.

Fuit Ambraciotarum ad mare exterum portus & munitio, ut nos docet, ſuo more, nimis breviter, his verbis Scylax: Μετὰ δὲ Μολοττίαν Ἀμβρακία πόλις Ἑλληνὶς, ἀπέχει δὲ ἀπὸ θαλάσσης στάδια π΄. ἔστι δὲ ἐπὶ θαλάσσης τεῖχος καὶ λιμὴν κάλλιστος. Id eſt: *Poſt Moloſſiam Ambracia urbs Græca, diſtat autem à mari ſtadia octuaginta, eſt etiam ad mare munitio, & portus pulcherrimus.* De eo portu cum Scylace conſentit Strabo, qui de eo portu dicit: ὁ δὲ ἀπωτέρω, καὶ μείζων, καὶ ἀμείνων, πλησίον τοῦ στόματος τοῦ κόλπου. Id eſt: *Remotior vero, & major, & melior, prope os Ambracici ſinus.* Sed videtur pugnare Lucanus, qui lib. 5 dixit:

> ---- *Oræque malignos*
> *Ambraciæ portus.* ----

Quod diſſidium, ut ſolvatur, intelligo illum Ambraciæ portum magnum & ſecurum fuiſſe, ſed difficilis acceſſus & maligni.

Nunc, ut uno tenore abſolvamus ea, quæ ad Ambraciotarum regionis cognitionem dicenda ſunt, ſuper eſt, ut aliquid de ipſo *Sinu* dicamus. Antiquiſſimam de eo mentionem fecerat Orpheus (ſive ſub ejus nomine Onomacritus) hoc verſu:

> Ἀμπρακίου κόλποιο διαπρήσσουσι κέλευθα. Id eſt:
> *Ambracii ſinus tranſiens vias.*

Ab alia urbe eum ſinum Anactorium vocat, cap. Κασσωποί. Μετὰ δὲ Θεσπρωτίαν Κασσωπία ἐστὶν ἔθνος· οἰκοῦσι δὲ οὗτοι κατὰ κώμας· παροικοῦσι δὲ οὗτοι ἕως εἰς τὸν Ἀνακτορικὸν κόλπον .... μικρῷ δὲ ἐλάττων ὁ Ἀνακτορικὸς κόλπος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος ἕως εἰς τὸν μυχὸν σταδίων ρκ΄. Id eſt: *Poſt Theſprotiam Caſſopia eſt gens: habitant vicatim: pertendunt vero uſque ad ſinum Anactoricum .... paulo minor*

eſt Anactoricus ſinus ab ore uſque ad receſſum, ceu fundum, ſtadiis centum viginti, os vero latum eſt ſtadia quatuor. In eo Dicæarchus eum non ſequitur, qui tamen perſæpe id facit; nam *Ambracicum* eum ſinum nominat, ſic enim ait de Ambracia:

---- κατὰ κόλπον δὲ τὸν καλούμενον
Ἀμβρακικὸν ᾤκισται μέση. ---- Id eſt:
Ad medium ſinus appellati
Amoracici incolitur.

Ejus deſcriptionem exactam ex Polybio jam ſupra dedimus, cum de loco Charadra tractavimus, ea tamen repetere hoc loco mihi neceſſarium videtur, quæ ſic habent: Ὁ γὰρ προειρημένος κόλπος ἐκπίπτει μὲν ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους, μεταξὺ τῆς Ἠπείρου, καὶ τῆς Ἀκαρνανίας στενῷ παντελῶς στόματι. λείπει γὰρ τῶν πέντε σταδίων· προβαίνων δὲ εἰς τὴν μεσόγαιαν, κατὰ μὲν τὸ πλάτος ἐφ' ἑκατὸν στάδια κεῖται· κατὰ δὲ τὸ μῆκος ἀπὸ τοῦ πελάγους προσπίπτει περὶ τριακόσια στάδια. Id eſt: *Supra dictus enim ſinus cadit ex mari Siculo inter Epirum & Acarnaniam, ore prorſus anguſto: eſt enim quinque ſtadiis minus, in terram vero ſe inſinuans, latitudinem habet centum ſtadiorum, longitudinem vero à mari habet trecentorum ſtadiorum.* Strabo, & Scylax ſpatium longitudinis multum corripiunt. Sic enim Strabo lib 7 de eo: Ὁ δὲ κύκλος ἐστὶ τριακοσίων σταδίων, εὐλίμενος δὲ πᾶς. Id eſt: *Circuitio vero eſt trecentorum ſtadiorum & bonos portus habet ubique.* Scylax vero nuper citatus, longitudinem ejus definit ſtadiorum ρκ', & ita fidem derogant ambo Polybio. Sed mihi ſemper Polybii potior autoritas, qui Græcus fuit ex Achaja, Epiro vicina, & ideo ejus ſinus notitiam potuit habere meliorem, quam Strabo Amiſenus, aut Scylax Caryandenſis. Mela certe cum vocat *grande pelagus* lib. 2. cap. 2. In eo nihil nos juvat Ptolemæus, qui Ambracicum ſinum nominat, nam ejus

ejus numeri ſunt adeo corrupti, ut ſecundum eos Mercator poſuerit Argos Amphilochicum in montibus, longe ab eo ſinu, ad cujus littus ſitum erat, & cum errorem ſequutus eſt Caſtaldus in ſua tabula. Magis nos juvant numeri, qui à Scylace & Dicæarcho numerantur ab ore lacus ad Ambraciam, nempe ſtadia 80. Sed ab Ambracia ad Argos Amphilochicum numerantur à T. Livio milliaria 22. quæ centum & octuaginta ſtadia circiter explent, quod procul dubio habet ex Polybio, qui centum & octuaginta ſtadiis diſtare ait Argos ab Ambracia, ut infra eum locum citabimus, & ſic, ut concordaret cum numero circuitus à Strabone notatus, reſtaret tantum à mari, ceu ore lacus, ad Argos, ſpatium ſtadiorum quadraginta, quod falſiſſimum eſt, ut patebit infra, quando de Amphilochis dicendum erit. Prævaleat igitur Polybii ſententia, cum qua conſentit Thucydides, in narratione belli ab Ætolis geſti, in Ambraciotarum auxilium properantibus, de quo loco, quoniam infra in Acarnania, & Amphilocis citandus eſt, & ea quæſtio agitanda, nunc eum citare ſuperſedebimus. Ambracii ſinus os anguſtum à Scylace vocari videtur Εὔριπος *Euripus*, nomine talibus anguſtiis communi, in cap. de Acarnania; nulla enim urbs talis nominis fuit in eo tractu. In ipſo Euripo, vel ſinus ore, fuit portus, qui poſt Nicopolim ædificatam ei inſerviebat, imo plures portus, ſic enim Dio lib. 50. de Auguſto: κατέλαβε τὸ χωρίον τοῦτο, ἐν ᾧ νῦν ἡ Νικόπολις ἐστὶ, καὶ ἐν αὐτῷ ἐπὶ μετεώρου· ὅθεν ἐπὶ πάντα ὁμοίως τό τε πρὸς Πάξοις θαλάσσης καὶ τὸ ἔσω τὸ Ἀμβρακικῆς τό τε ἐν τῷ μέσῳ αὐτῶν, ἐν ᾧ οἱ λιμένες, οἱ πρὸς τῇ Νικοπόλει εἰσίν. Id eſt: *Occupavit locum, in quo nunc ſita eſt Nicopolis. Et ibi in edito, unde videri poſſunt omnia, quæ in mari prope Paxos, & intra Ambraciam & in medio eorum, ubi ſunt portus ad Nicopolim, aſſedit.*

Sinus

Sinus Ambracicus, ſi fides Magino & neotericis tabulis, nunc ab Italis dicitur *Golpho de Parta*, & ſic à Sophiano vocari etiam aſſerit Ortelius: Nam ipſius Sophiani textum numquam mihi licuit videre, licet in eo multum laboraverim.

In Ambracicum ſinum influebant duo fluvii, ab autoribus memorati *Arachtus* ſcilicet, ſive *Aræthon*, & *Inachus*, qui etiam, ut puto, Ἄφας *Aphas*, ceu Αὔας *Auas* dicebatur, forte & alii plures ignobiles, de quibus non meminerunt antiqui. Prope Ambraciam fluebat Arachthus, de quo ſupra ex Polybio & Strabone docuimus, ad occidentalem urbis Ambraciæ partem fluere, & ſinum influere, & abundantem aqua eſſe; quæ non ſunt repetenda. A Lycophrone in Alexandra verſu 409. *Aræthus* nominatur:

> Ὅσην Ἄραιθος ἐντὸς ἠδὲ δύσβατοι
> Λειβήθριαι σφίγγουσι, Δωτίου πύλαι. Id eſt:
> *Quamque Aræthus intus & inviæ*
> *Libethriæ coercent, Dotii portæ.*

Ad quæ ſic Tzetzes: Ἄραιθος] ποταμὸς Ἠπείρου, οὗ καὶ Καλλίμαχος μέμνηται, λέγων οὑτωσί·

> Αἱ δὲ βουκρήμνοιο παρ᾽ ἄγκυλον ἴχνος Ἀραίθου. Id eſt:
> *Illæ vero prope tortum veſtigium Aræthi.*

Qui verſus innuit, fluvium per Mantium amfractus & præcipites locos fluentem. In ejus fluvii nomine corrigendus Dicæarchus, verſu 42. ſic enim habet:

> Ἀπ᾽ Ἀμβρακίας εἰς Θετταλίαν τριῶν ὁδὸς
> Ἔσθ᾽ ἡμερῶν· ἔχει δὲ ποταμὸν λεγόμενον
> Ἄτατθον εἰς θάλασσαν ἐξιόντα. Id eſt:
> *Ab Ambracia in Theſſaliam trium iter*
> *Eſt dierum: habet autem fluvium dictum*
> *Atattum in mare exeuntem.*

Ubi legendum eſt Ἄραχθον vel Ἄραιθον *Arachtum vel*

Aræ-

Aræthum. Et hic locus belle convenit cum loco T. Livii ſupra citato, ubi jam de Arachto fluvio plura diximus; nam ibi narrat Perſeum, amne illo retentum, non potuiſſe eum vadare. Erat igitur, ἐν ὁδῷ ἀπ' Ἀμβρακίας· εἰς Θεσσαλίαν, ut ait Dicæarchus: nam Theſſalia ſub rege Perſeo Macedoniæ partem conſtituebat. Sed falſus Livius, qui ex ſuo procul dubio addidit, cum ex Acarnania fluere, niſi eum à culpa liberemus, legendo *Athamania*, ut ſuadeo: nam Acarnaniam non attingit. Oritur autem ex monte, qui Stymphe dicebatur, quod ait idem Strabo lib. 7. eod. loco: παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν Ἄραχθος ποταμὸς, ἀνάπλουν ἔχων ἀπὸ θαλάσσης ὀλίγων σταδίων, ἀρχόμενος ἐκ Στύμφης ὄρους καὶ τῆς Παρωρείας. Id eſt: *Eam præterlabitur Arachthus fluvius, quo adverſo ad eam urbem paucorum ſtadiorum eſt ſubvectio, profluens ex Stymphe monte & Paroræis.* Sic vertit Caſaubonus. *Stymphe* mons & *Stymphæi* Straboni memorantur lib. 7. inter eos, qui montana incolebant, inter Macedoniam & Epirum. Unde colligitur, eum montem fuiſſe jugum quoddam, & partem Pindi montis, qui generali nomine dictus, eas regiones diſterminabat, dum verſus Atintanas & Ceraunios excurrit. Unde patet, caſtigandum eſſe T. Livium, vel emendandum, ut ſupra notavimus, ubi ait: *Amnis Aræthon ex Acarnania fluens cadit in ſinum.* &c. Certe T. Livius, cum à Polybio recedit, & de ſuo aliquid addit, in geographicis ſæpe errat. Sed ut excuſetur, ſupra monuimus pro *Acarnania* legendum *Athamania*, & ſic omnia quadrabunt. Forte de eo Georgius Acropolita intelligit, dum *Aretam* fluuium in Macedonia ponit, ſub qua ſuo tempore comprehendebatur forte ea montana regio. Et hæc ſunt, quæ de eo fluvio, ex autoribus fide dignis, collegi. In eo littore Rhogum

fluvium ponit Niger, de quo nihil inveni, & ſuæ fidei id relinquo.

In eundem ſinum erumpit alius fluvius, Inachus nomine, de quo Ariſtoteles Meteor. 1. cap. 13. ait cum à Pindo fluere: Τῶν δὲ περὶ τὴν Ἑλληνικῶν τόπων, ὁ μὲν Ἀχελῷος ἐκ Πίνδου, καὶ ὁ Ἴναχος ἐντεῦθεν. Id eſt: *Eorum vero, qui in Græciæ locis, Achelous ex Pindo, & Inachus indidem.* Expreſſius Strabo ejus originem notat lib 7: Τὸν δὲ Ἄωον Αἴαντα καλεῖ Ἑκαταῖος, καὶ φησὶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου, τοῦ περὶ Λάκμον, μᾶλλον δὲ τοῦ αὐτοῦ μυχοῦ, τόν τε Ἴναχον ῥεῖν εἰς Ἄργος πρὸς νότον, καὶ τὸν Αἴαντα πρὸς ἑσπέραν εἰς τὸν Ἀδρίαν. Id eſt: *Aoum vero Æanta vocat Hecatæus, & ait ex eodem loco circa Lacmum, vel potius ab eodem receſſu montis, Inachum fluere verſus Argos & meridiem, at Æantem verſus occidentem in Adriam.* Fuit autem Lacmus Pindi montis pars quædam & cacumen, ut poſtea videbimus. Idem Strabo & cauſam nominis notat eodem libro: Τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα μείναντα ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ τὸ Ἄργος κτίσαι, καλέσαι δὲ Ἀμφιλοχικὸν ἐπώνυμον τοῦ ἀδελφοῦ, Ἴναχον δὲ, τὸν διὰ τῆς χώρας ῥέοντα ποταμὸν εἰς τὸν κόλπον, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν Ἀργείαν προσαγορεῦσαι. Id eſt: *Alcmæonem vero in Acarnania degentem Argos condidiſſe, vocaſſe autem Amphilochicum de nomine fratris, Inachum vero fluvium, qui per eam regionem fluit in ſinum, ſic dictum fuiſſe ab eo, qui per Argivorum regionem fluit.* De eo fluvio intelligendus Plutarchus in Græcis Quæſtionibus cap. 13. ubi narrat Ænianas, & eorum regem, Deo ſic jubente, ſedes mutaſſe, & εἰς τὴν περὶ τὸν Ἴναχον χώραν κατέβησαν, οἰκουμένην ὑπὸ Ἰναχείων καὶ Ἀχαιῶν. Id eſt: *In regionem, quæ eſt circa Inachum, deſcenderunt, ab Inachiis & Achæis habitatam.* Vibius Sequeſter caſtigandus, qui Theſſaliæ dicit eſſe Inachum, forte eo quod Ariſtoteles dicit, cum à Pindo fluere, quem male intellexit.

lexit. Eum intelligit Lucanus lib. 6. verſu 362. dum canit:

Purus in occaſus, parvi ſed gurgitis, Æas
Jonio fluit inde mari: nec fortior undis
Labitur avectæ pater Iſidis.

Pater Jus, quæ Ægyptiis Iſis dicta eſt, fuit Inachus. Stephanus in Λάκμων, ἀκρα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ ἧς ὁ Ἴναχος καὶ Αἴας ῥεῖ ποταμός. Id eſt: *Lacmon cacumen Pindi montis, ex quo Inachus & Æas fluit fluvius.* Melius expreſſiſſet, ſi dixiſſet ῥέουσι ποταμοὶ pluraliter. Favorinus nominis etymum tradit: Ἴναχος ὄνομα ποταμοῦ, παρὰ τὸ ἶς ἶνος, ὃ σημαίνει τὴν δύναμιν, καὶ τοῦ χέεσθαι γέγονεν. Ἴναχος ὁ μετὰ δυνάμεως χεόμενος. Id eſt: *Inachus nomen fluvii, ab* ἶς ἰνὸς, *quod ſignificat vim: & à* χέεσθαι, *quod fundere ſignificat, factum eſt. Scilicet Inachus, quod cum viribus funditur.* Quod etymum mihi non arridet, ſaltem etymi ſignificatio non probatur. Non enim ii fluvii tantum habent virium, ut ex iis nomen habere mereantur. Imo fuit exilis Inachus Argolidis in Peloponneſo, ut ait Pauſanias in Corinthiacis: Πηγαὶ γὰρ τῷ ὄντι εἰσὶν αὐτοῦ· τὸ δὲ ὕδωρ οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐξικνεῖται τῆς γῆς. Id eſt: *Revera enim ſunt ejus fontes ibi, aqua vero non ſæpe ſuper terram valet fluere.* Itaque ſi ab ἶς & χέεσθαι deducendum eſt ejus vocis etymum, putarem per ἶς non debere intelligi vires, ſed *fibras*, id eſt tenuis aquæ vena: Nam ἶς in proprio ſignificatu tenuem fibram denotat, & ſic intelligendo concordabit Lucanus, qui de Inacho Epiri ait: *Nec fortior undis labitur.* Hæc ſunt, quæ de Epiro littorali & campeſtri dicenda habuimus, ſecundum antiquorum autoritates. Nunc recurrendum eſt ad Boreales ejus regionis partes: nam de Amphilochis, quos Strabo Epirotas cenſet, quoniam plures eos Acarnanibus vel Ætolis accenſent, dicemus infra

CAPUT VIII.

De MOLOTTIA.

Inter montanos Epirotas nobiliſſimi fuerunt *Moloſſi*: eos etiam littorales facit Scylax his verbis: Μετὰ δὲ Κασσωπίαν Μολοττοὶ εἰσὶν ἔθνος. οἰκοῦσι δὲ οὗτοι κατὰ κώμας, καθήκουσι δὲ κατὰ μικρὸν ἐνταῦθα ἐπὶ τὴν θάλατταν· εἰς μεσόγαιαν δὲ πολλή. παράπλους δὲ ἐστὶ τῆς Μολοττίας χώρας στάδια μ'. Id eſt: *Poſt Caſſopiam Moloſſi gens eſt: habitant autem illi vicatim: pertingunt autem aliquantulum ad mare, ſed multum in mediterranea regione: præternavigatio Moloſſiæ eſt ſtadiorum* 40. Sed cum ſit ſolus, qui Moloſſos uſque ad mare deducit, & nullum eorum portum nominet, non ſequor ejus autoritatem, & de eo littore jam ſupra ſatis diximus. Antiquiſſimus autor, qui de eo populo mentionem fecit, eſt Pindarus, qui Nemeor. 7. de Neoptolemo ait:

Μολοσσίᾳ δ' ἐμβασίλευεν ὀλίγον
Χρόνον, ἀτὰρ γένος αἰεὶ φέρειν
Τοῦτό οἱ γέρας. ---- Id eſt:
In Moloſſia regnavit parum
Temporis: ſed ejus progenies ſemper
Tulit eum honorem.

Sed id dixerat Pindarus κατὰ πρόληψιν, quod etiam notavit ejus Scholiaſtes, his verbis: Ἀνάγει τοὺς χρόνους, ὕστερον γὰρ ἀπὸ Μολοσσοῦ τοῦ Νεοπτολέμου, καὶ Ἀνδρομάχης τοὔνομα ἔλαβεν. Id eſt: *Anticipat tempora: nam poſtea à Moloſſo Neoptolemi & Andromaches filio nomen accepit Moloſſia.* Ejus regionis dominium in Neoptolemi progenie manſurum, divinat Thetis apud Euripidem in Andromache:

---- κ'αὐ

---- κ᾽ἀκ τοῦδε χρὴ
Ἄλλον δὲ ἄλλου διαπερῶν Μολοττίαν
Εὐδαιμονοῦντας ---- Id eſt:
Et ex hoc oportet alium ex alio,
Succeſſionis ſerie regere Moloſſiam fœlices.

De Moloſſis etiam mentionem fecit Thucydides lib. 2. ubi inter populos, qui Cnemo Lacedæmonio navarcho auxilia miſerunt, Moloſſos numerat: Μολοσσοὺς δὲ ἦγε ϗ Ἀτιντᾶνας Σαβυλίνθος, ἐπίτροπος ὢν Θάρυπος τοῦ βασιλέως. Id eſt: *Moloſſos autem ducebat & Atintanas Sabylinthus, tutor Tharupis regis.* Ubi pro Θάρυπος, mallem legere Θαρύπου. Nam omnibus aliis rex ille Θάρυπος nominatur in recto, non Θάρυψ. Ex hoc loco videtur, eo tempore Atintanas fuiſſe ſub imperio Moloſſorum regum. Situm ejus populi ponit Scymnus Chius poſt Theſprotos, procedendo ab occidente in orientem, his verbis:

Μετὰ τούσδε Θεσπρωτοὺς Μολοττοὶ λεγόμενοι
Οἰκοῦσιν, οὓς κατήγαγεν Πύῤῥός ποτε
Ὁ Νεοπτολέμου παῖς. ---- Id eſt:
Poſt Theſprotos autem Moloſſi dicti
Colunt, quos quondam adduxit Pyrrhus
Neoptolemi filius.

Sed in eo ab omnibus antiquis diſcedit, qui Pyrrhum & Neoptolemum eundem fecerunt, niſi forte de Pyrrho Pyrrhi Neoptolemi filio intellexerit, qui ex Lanaſſa Cleodæi filia & Pyrrho Neoptolemo natus fuerat, quod ait Plutarchus in Pyrrho, ſtatim initio. Ea regio antequam Moloſſus ei nomen dediſſet, vocabatur *Adania*, ſi fides Heſychio, & deinde *Pyrrhiadæ* à Pyrrho Epirota, eodem Heſychio teſte, nunc ea *Pandoſia* dicitur, niſi falſus ſit, & nos fallat Pinetus, quem citat Ortelius in ſuo lexico, quod valde ſuſpicor: nam ea vox

Turcicum non ſonat, & vereor ne ex nomine urbis, quæ Pandoſia olim vocabatur, de qua ſupra, & quæ pridem abolita eſt, eam Moloſſidis nuperam appellationem eſſe ſomniaverit. Ea regio Dodonæi Jovis templo & oraculo antiquiſſimo celebris erat, quod aſſerit Marcianus Capella cap. de 3. ſinu: *Moloſſique* (ait) *Dodonæi Jovis phano inclyto celebrati.* De eo templo ceu loco, mentionem fecit antiquitatis Græcanicæ pater Homerus Iliad. β. verſ. 750.

---- Μενεπτόλεμοί τε Περραιβοὶ
Οἳ περὶ Δωδώνην δυσχείμερον οἰκί᾽ ἔθεντο. Id eſt:
Et bellicoſi Perrhæbi,
Qui circa Dodonem hyeme difficilem, domus poſuerunt.

Ad quæ ſic commentatur Didymus: Δωδώνη χωρίον ἐν ὑπερβορείῳ τῆς Θεσπρωτίας, ἱερὸν Διος, ἔνθα τὸ ἐκ τῆς δρυὸς μαντεῖον τοῦ Δωδωναίου Διός. Id eſt: *Dodone locus in hyperboreali Theſprotia, ſacer Jovi, ubi ad quercum oraculum Dodonæi Jovis.* Sic & ad eum locum Euſtathius: πόλις Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, ὡς ὁ τῶν ἐθνικῶν καταγραφεὺς δηλοῖ. ὃς οὐδὲ ἀρέσκεται τοῖς εἰποῦσιν αὐτὴν Θεσπρωτικὴν ἢ Θεσσαλικήν· καὶ μὴν ἕτεροι, ἐν ὑπερβορείῳ τῆς Θεσπρωτίας αὐτὴν τιθέασι, ἔνθα ἱερὸν, καὶ τὸ ἐκ δρυὸς μαντεῖον Δωδωναίου Διός· ἣν δρῦν πολύγλωσσον λέγει ὁ Σοφοκλῆς. Id eſt: *Urbs Moloſſidis in Epiro, ut is qui Ethnica ſcripſit indicat, cui non placent ii, qui dicunt eam eſſe Theſprotiæ aut Theſſaliæ. Certe quidam alii eam ponunt in hyperboreali parte Theſprotiæ, ubi phanum eſt, & ex quercu oraculum Dodonæi Jovis, quam quercum multilinguam dicit Sophocles.* Quæ verba Euſtathii refert Favorinus. Damnat jure Stephanus Philoxenum, qui duo poſuit loca hoc nomine inſignita, alterum Theſſaliæ, alterum Theſprotiæ, deceptus nempe Perhæborum duplicium nomine, quorum pars

una

una Theſſaliam, pars altera montana Theſprotiæ habitavit. Ideo neminem turbare debet, quod ex his locis diverſus ſitus videtur tribui Dodonæ, quam Homerus in Perrhæbia ponit, Didymus in hyperboreali Theſprotiæ parte. Euſtathius vero ait, quoſdam Theſſalicam Dodonam feciſſe: nam Perrhæbi, qui olim in Theſſalia habitabant, à Lapithis pulſi, bifariam diviſi fuerunt, & eorum pars ad Æthicas in Theſprotiæ montibus ſeceſſere, ubi Dodonæum erat: altera pars ad Olympum & Titareſium amnem receſſerunt, quod demonſtrabimus infra, quando de Perrhæbis & Theſſalia tractabimus. Homerus igitur antiquiore & olim vulgato nomine Perhæbos vocavit, qui poſtea Theſproti, & rurſus Moloſſi dicti ſunt. Sed audiendus eſt ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, *qui Ethnica ſcripſit*, ipſe Stephanus, de quo loquitur Euſtathius, ille igitur ſic ait: Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μεθ᾽ ἣν Δωδωναῖος Ζεύς· καὶ Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου· Φιλόξενος δὲ δύο φησὶν, Θεσπρωτικὴν καὶ Θεσσαλικὴν, κακῶς....... Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖον (ſic lego, non, ut male legitur, γωναῖον) ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο....... εἴρηται) ἀπὸ Δωδώνης, μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν· ἢ ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης, ἢ ἀπὸ Δῶνος (lego Δωδῶνος) ποταμοῦ. Id eſt: *Dodone, urbs Moloſſidis in Epiro, à qua Dodonæus Jupiter. Et Dodonæ dominatur, hyeme difficilis. Philoxenus autem duas dicit, Theſproticam & Theſſalicam, male....... Zenodotus autem ſcribit. Phegonæus, quia Dodonæ primum fagus oracula edebat....... dicta vero fuit à Dodona Oceanitide nympha, vel à Dodono, Jovis & Europæ filio, vel à Dodone fluvio.* Quæ verba repetuntur ab Euſtathio ad Dionyſium verſ. 430. Damnat jure Stephanus Philoxenum illum, ut diximus. Sed ea regio, in qua celebre illud Dodones oraculum, modo Perrhæbiæ, modo Theſprotiæ,

tiæ, ab aliis Moloſſidi tributa fuit, prout invaluerunt ii populi, qui ſui juris eam fecerunt regionem. Ideo non dubito decernere, unam eandemque Dodonem fuiſſe. Nam tollit dubium Strabo lib. 7. dum ait: Οἱ τραγικοί τε καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτικὴν εἰρήκασι τὴν Δωδώνην, ὕστερον δὲ ὑπὸ Μολοττοῖς ἐγένετο. Id eſt: *Quin & Tragici & Pindarus Theſprotis Dodonam adjudicant, poſtea vero Moloſſorum facta eſt.* Æſchylus certe jam ſuo tempore indifferenter Moloſſidi & Theſprotiæ ſitum Dodonæ tribuit, in Prometheo in Vinculis, ſic enim ibi Prometheus:

Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα,
Τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
Μαντεῖα, θῶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διός. Id eſt:
Poſtquam enim veneris Moloſſicum ſolum
Et circa altam Dodonam, ubi
Oraculum & ſedes Theſpreti Jovis.

Herodotus lib. 1. ſect. 56. in Theſprotia ponit, Strabo lib. 7. in Moloſſide, Pauſanias vero recentior, rurſus in Theſprotia, indifferenter ſcilicet, eo quod Moloſſis olim Theſprotia vocabatur, & Theſprotiæ pars erat Moloſſis, quæ poſtea prævaluit. Sed caſtigandus Hyginus, qui Dodonem in Macedonia ponit, numquam enim Macedoniæ accenſa fuit Moloſſis, pars Epiri. Quod ad etymon & nominis cauſam attinet, Stephanus non mihi perſuadet cum ſuo Dodone fluvio, nec cum ſua Oceanitide nympha, quæ in oceano longiſſime à Moloſſia habitare debuit; nec cum ſuo Dodone Jovis & Europæ filio fabuloſo. Id fecerunt Græci quidam auctores nullius auctoritatis ſuo more, qui ſemper heroum aut nympharum nomina ſomniabant, ut urbium natalia auguſtiora faciant. Si auctores habuiſſet notos & celebres Stephanus, eos procul dubio nominaſſet, quod ſæpe facit. Et quia opinionum diverſitas indicat, nihil in

eo certi aut veriſimilitudinis eſſe, à talibus fabulis lubens deficio, ubi nominis cauſa evidens alia ſuppetit. Igitur nullus dubito, quin à lebete illo celebrato, & ab ejus ſono, aliis locis inuſitato, nomen locus ille acceperit: qui lebes, vel à ventis vel ab hominibus pulſatus, dum Δω Δω ingeminabat, nomen dedit loco: nam reduplicatum illud Δω Δω per ω mega rariſſime vel nunquam in Græca lingua occurrens, id omnino evincere videtur. De oraculo illo celebrato æneo, quod Dodonæ erat, locus eſt in ſupplemento libri VII Strabonis eximius, qui ſic habet. Ὅτι ἡ παροιμία τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον ἐντεῦθεν ὠνομάσθη. χαλκεῖον ἐν τῷ ἱερῷ, ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα κρατοῦντα μάστιγα χαλκῆν, ἀνάθημα Κορκυραίων. ἡ δὲ μάστιξ ἦν τριπλῆ ἁλυσιδωτή, ἀπηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀστραγάλους. οἱ πλήττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς, ὁπότε αἰωροῖντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἤχους ἀπεργάζοντο. Id eſt: *Proverbium Dodonæus lebes inde dictum eſt. Æneum vas erat in fano, quod ſuperpoſitum habebat viri ſimulachrum, tenentem flagrum ex ære, Corcyræorum donarium. Id flagrum autem tribus conſtabat catenis, quæ aſtragalos pendentes habebant, qui pulſantes æneum vas aſſidue, quando à ventis agitabantur, magnos ſonos edebant.* En prima nolarum & campanarum mentio: quod inventum nunquam antea viſum, nomen impoſuit loco ex ſoni ſimilitudine, per ὀνοματοποιΐαν. Quis oraculum illud condiderit, non plane liquet, non enim in eo conſentiunt antiqui: ſed plures quidem, & qui veriſimiliorem tuentur ſententiam, ii ſunt, qui Pelaſgos Græcorum antiquiſſimos, ajunt eum locum Jovi conſecraſſe, & oraculum illud condidiſſe. Et Æſchylus quidem antiquius fecit illud μαντεῖον Inacho, in verſibus ſupra citatis ex Prometheo in Vinculis, & paulo ſupra in eadem fabula de Inacho dixerat:

Ὁ δ᾽ ἐς τὲ Πυθὼ κ᾽ ἀπὶ Δωδώνην πυκνοὺς
Θεοπρόπους ἴαλλεν, ὡς μάθοι, τί χρὴ
Δρῶντ᾽ ἢ λέγοντα Δαίμοσι πράττειν φίλα. Id eſt:
Ille autem Delphos & Dodonem miſit
Oraculi conſultores, ut ſciret, quid
Faciens aut dicens, Diis placeret.

Sed caſtigatus fuit à quodam Scholiaſte, qui eum accuſavit anachroniſmi, quod nondum conſtitutum fuerat oraculum, quod quidem, ſi de Delphico ſolo dixiſſet, verum & ſecundum fabulam foret. Nam Apollinis oraculum Delphis conſtitutum eſt (ut narrat fabula) poſt Deucalionis tempora, quibus Inachus multo antiquior. Sed id jam ſupra notavimus in capite de Pelaſgis, & Pelaſgum primum è terra genitum, antiquiorem fuiſſe Inacho, probavimus, illuc te remittimus, lector, ſi tibi vacabit, ne bis idem narrare cogamur. Ibi videbis Heſiodum vocaviſſe Dodonem Πελασγῶν ἕδρανον *Pelaſgorum ſedem*, & Scymnum Chium, ἵδρυμα Πελασγικόν, id eſt, *Fundationem Pelaſgicam*, quod etiam ipſiſſimis verbis dixerat Ephorus, ut ait Strabo lib. 7. & Herodotum id oraculum vocaviſſe *antiquiſſimum eorum, quæ ſunt in Græcia oraculorum.* Ideo non videtur audiendus Hyginus, qui cap. 225. ait, Theſſalum, templum, quod eſt in Macedonia, Jovis Dodonæi, in terra Moloſſorum conſtituiſſe, plures fuerunt Theſſali. Sed antiquiſſimus memoratur Hæmonis filius, à quo vocata Theſſalia, quæ prius Hæmonia ab Hæmone patre dicta fuerat. Sed quomodo Theſſalus ille in Moloſſia templum condidiſſet, quæ à Moloſſo Neoptolemi filio denominata fuit, pluribus poſt Theſſalum illum annis, imo ſeculis? In eo igitur erravit Hyginus, & fidem mereri non videtur. Id templum ab Ætolis, duce Dorymacho, non ſolum violatum, ſed everſum fuiſſe docet Polybius lib. 4. ubi

ubi Dorymachi, illius Ætolorum prætoris, in Epirum expeditionem narrat, ubi ſic ait: Παραγενόμενος δὲ πρὸς τῷ περὶ Δωδώνη ἱερὸν, τάς τε στοὰς ἐνέπρησε, καὶ πολλὰ τῶν ἀναθημάτων διέφθειρε· κατέσκαψε δὲ καὶ τὴν ἱερὰν οἰκίαν. Id eſt: *Cum autem veniſſet ad templum, quod eſt ad Dodonem, porticus cremavit, & plura ex donariis corrupit, & ſacram domum evertit.*

Situm fuit illud μαντεῖον, ſive fuerit locus, ceu pagus, ceu oppidum, ut quidam id vocarunt, in monte, cui nomen Τόμαρος, vel Τάμαρος, vel Τμάρος, vel denique Τόμουρον; ſic enim ejus nomen variat apud autores. Eum montem celebraverat olim Theopompus: *Centum fontibus circa radices nobilem*, ut ait Plinius lib. 4. qui cum in Moloſſide poſuerat. Sed invidens noſtris ſeculis fatum malignum, nobilis illius Hiſtorici libros, ad nos uſque durare non conceſſit. Ideo pauca & jejuna de eo monte dicenda habemus. Eum montem *Iſmarum* vocat Solinus, in ea voce emendandus: nam cum ſit Plinii perpetuus exſcriptor, non dubium eſt, quin ex Plinio ipſo & aliis autoribus debeat emendari, ſic igitur lege apud Solinum cap. 13: *Dodone Tomaro, vel Tmaro celſa eſt.* Non ut legitur male *Iſmaro*, ſimile mendum Strabonem inquinavit lib. 9. ubi legitur: ἐπ' αὐτῇ τῇ Πίνδῳ ᾤκουν Τάλαρες Μολοττικὸν φῦλον τῶν περὶ τὸν Ἴσμαρον ἀπόσπασμα. Id eſt: *In ipſa Pindo habitabant Talares Molottica gens, avulſa portio eorum, qui circa Iſmarum degunt.* Ubi credo legendum eſſe, Τόμαρον vel Τμάρον. *Tomarum* vel *Tmarum.* De eo monte mentionem fecit Callimachus, forte Hymno in Cererem, ubi de Eryſichthone & Nicippe à Cerere miſſa, ſic ait:

Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν
Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα. Id eſt:

 Hanc

Hanc ille cum limis oculis aſpexit, torvius, quam venatorem
Montibus in Tmariis virum aſpicit leæna.

Et de monte Tmaro in Moloſſide Callimachum intellexiſſe ſuadet Plinius, qui ait, leones ferociſſimos gignere regiones, quæ inter Acheloum & Neſſum annes ſunt; at non longe ab Acheloo Tmarus ille mons, & ob leonum in iis locis ferocitatem natura provida in hominum auxilium ibi canes generoſiſſimos, & animis & mole corporum excellentes, producere eam terram voluit; *moloſſos* ſcilicet vocatos, apud omnes celebratos. Cedrenus eum montem vocavit Τμῶρον: ſed credo mendum eſſe pro Τμάρον nam facilis eſt mutatio τοῦ α in ω, quæ ſæpiſſime accidit, ut ſæpe obſervavi. De eo, puto, loquitur pag. 713 editionis regiæ Lupareæ, ubi: Τμώρον (ait) κορυφὴν ὑπάρχοντα, τῶν Κεραυνιων ὄρων. Id eſt: *Tmorum, cacumen Cerauniorum montium.* Sed Cedrenus Monachus in geographicis non ſatis exercitatus, nomen Cerauniorum nimis extendit: *Pindi* potius debebat dicere, nam Pindus dicebatur olim totus ille montium tractus, qui Epirum à Theſſalia & Macedonia dividebat, cujus diverſa juga propriis nominibus diſtinguebantur. Euſtathius procul dubio eum Τώμυρον *Tomurum*, vocat ad Odyſſ. π. verſu 403. & Stephanus teſtatur etiam à quibuſdam ita vocatum fuiſſe: Τόμαρος ὄρος Δωδώνης, ὃν τινες Τόμουρον, καὶ τοὺς καλοικοῦντας Τομούρους, οἱ δὲ Τμάρος (ſic lege non Τμαρας ut vulgo) οὗ τὸ ἐθνικὸν Τμάριος. Id eſt: *Tomarus mons Dodones, quem quidam Tomurum, & incolas Tomuros, alii Tmarus, cujus gentile Tmarius.* Sic variat apud autores ejus cacuminis nomen. Fuiſſe excelſum & nivoſum putavit Homerus, qui eum δυσχείμερον, id eſt, qui hyemes aſperas & incommodas habet: tales enim ſunt excelſi montes. Sylvoſum tamen fuiſſe

patet

patet ex eo, quod querus & fagos loquaces ibi fuiſſe credidit antiquitas, eo quod, ut puto, homines ibi moribus aſperis, ut erat regio, in quercubus cavis habitabant, & ibi interrogantibus reſpondebant. Nec plura de eo monte ſuppetunt.

Regiuncula circa Tomarum montem & Dodonem olim Ἑλλοπία vocabatur; teſtis Heſiodus, cujus verſus ex Orientalibus citat Sophoclis Scholiaſtes ad Trachinias, & ejus dramatis hos verſus:

Ἔϛι τὶς Ἑλλοπίη πολυλήϊος ἠδ᾽ ἐυλείμων,
Ἀφνειὴ μήλοισιν ϗ εἰλιπόδεσσι βόεσσι·
Ἐν δ᾽ ἄνδρες ναίουσι πολυῤῥῆνες πολυβοῦται
Πολλοὶ ἀπειρέσιοι φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων·
Ἔνθα δὲ Δωδώνη τὶς ἐπ᾽ ἐσχατίῃ πεπόλισται
Τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, ϗ ὃν χρηστήριον εἶναι &c. Id eſt:

Eſt quædam Hellopia ſegetum ferax & pratenſis,
Dives ovibus & bobus, curvos pedes habentibus,
Ibi habitant homines multas oves & boves poſſidentes,
Multi innumeri, genus hominum mortalium,
Ubi quædam Dodone in loco remoto ædificata eſt,
Quam Jupiter amavit & ſuum oraculum eſſe voluit.

Eoſdem verſus etiam citat Strabo lib. 7. & videtur innuere eam regionem ſic dictam fuiſſe ab Hellis barbaris, qui eam incolebant, quos alii Sellos vocarunt, nulla fere differentia (nam ſæpe aſpiratio tranſit in ſibilum) diverſos tamen facit Plinius libro 4. initio; qui *Sellos* & *Hellopas* nominat. Notanda ſunt Favorini verba in voce Δωδωναῖος. Ἕλλα καθέδρα) ϗ Διὸς ἱερὸν Δωδώνῃ· Λάκωνες. Id eſt: *Hella cathedra & Jovis fanum in Dodone. Lacones.* Quæ verba ex Heſychio in ſuum Lexicon tranſtulit: & nota mutationem, quam nuper dixi ore aſpiratione in ſibilum: nam ex ἕλλα, quæ vox cathe-

dram ſignificat, factum eſt Sella Romanis, & nobis etiam. Apollodorus, teſte Strabone lib. 7. ſic dictam eam regiunculam putabat ἀπὸ τῶν ἑλῶν, à paludibus, quod etymum arridet Nigro, eo quod Tomari montis radices centum fontibus erant irriguæ, quod ait Plinius, ut diximus ſupra.

Fuit & in Moloſſide locus ſatis celebris, nomine Πασσάρων, *Paſſaron*, de quo Plutarchus in Pyrrho: Εἰώθεσαν οἱ βασιλεῖς ἐν Πασσαρῶνι χωρίῳ τῆς Μολοσσίδος, θύσαντες Ἀρείῳ Διῒ ὁρκωμοτεῖν τοῖς Ἠπειρώταις καὶ ὁρκίζειν, αὐτοὶ μὲν ἄρξειν κατὰ τοὺς νόμους, ἐκείνους δὲ τὴν βασιλείαν διαφυλάξειν κατὰ τοὺς νόμους. Id eſt: *Solebant reges Paſſarone, Moloßidis loco, Jovi Martiali cum ſacra feciſſent, juramentum præſtare Epirotis, & ipſos vicißim ſacramento adigere. Reges nempe, ſe regnaturos ſecundum leges, hi vero, ſe regnum defenſuros ſecundum leges.* Oppidum fuit teſte Livio lib. 45. de L. Anicio: *In Moloßidem tranſgreſſus, cujus oppidis præter Paſſaronem, & Tegmonem, & Phylacem, & Horreum receptis, primum ad Paſſaronem ducit.* Et paulo poſt: *urbs dedita eſt Romanis.* Prima videtur occurriſſe Anicio, Theſprotica Phanote venienti, & videtur fuiſſe quaſi totius Moloſſidis metropolis, quando in ea conventus fiebat, ubi reges inaugurabantur, & ipſe rex & populus, juramento invicem præſtito, ſibi ab invicem cavebant. Sed totius Epiri calamitas eam etiam urbem peſſundedit. Audi eundem Livium, eodem libro, de Paulo Æmilio: *Ipſe Epirum petens quintiſdecimis caſtris Paſſaronem pervenit. Haud procul inde Anicii caſtra aberant. Ad quem literis mißis, ne quid ad ea quæ fierent moveretur: ſenatum prædam Epiri civitatum, quæ ad Perſea defeciſſent, exercitui dediſſe. Summißis centurionibus in ſingulas urbes, qui ſe dicerent ad deducenda præſidia veniſſe, ut liberi Epirotæ,*

rotæ, ſicut Macedones, eſſent. Denos principes ex ſingulis evocavit civitatibus, quibus cum denunciaſſet, ut aurum atque argentum in publicum proferretur, per omnes civitates cohortes dimiſit, ante in ulteriores, quam in propiores profecti, ut uno die in omnes perveniretur: edita tribunis centurionibuſque erant, quæ agerentur: mane omne aurum argentumque collatum: hora quarta ſignum ad diripiendas urbes datum eſt militibus, tantaque præda fuit, ut in equitem quadringenti denarii, peditibus duceni dividerentur. Centum quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur. Muri deinde direptarum urbium diruti ſunt; ea fuere oppida circa ſeptuaginta. Hunc locum integrum inſerui, ut eum conferre poſſis cum Plutarchi, in P. Æmilio, loco, quem ſupra adduxi: Et eo, quod facinus narrat omnino deteſtandum, & quod vix crederetur, niſi in eodem conſentire videremus cum Plutarcho Livium, qui ex Polybio ea procul dubio habet. Eſt certe id facinus crudelitatis Romanæ inſigne monumentum. Sic urbs *Paſſaro* cum tota Epiro, cujus veluti caput fuit, periit.

Memorantur etiam T. Livio ſupra laudato Moloſſidis urbes *Tegmon Phylace* & *Horreum*, ad quibus alibi nihil invenitur, ideo & de iis nobis tacendum eſt, & ſunt incertæ omnino poſitionis.

Per Moloſſidem fluebat *Acheron* fluvius, & forte in ea oriebatur: nam T. Livius id videtur ſignificare, ſic enim lib. 8. de Alexandri Epirotæ expeditione contra Lucanos: *Eodem anno Alexandriam in Ægypto conditam proditum, Alexandrumque Epiri regem ab exule Lucano interfectum, ſortes Dodonæi Jovis eventu affirmaſſe. Accito à Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque urbem, ibi ſatis ejus terminum dari, eoque ocius tranſmiſit in Italiam,*

liam, ut quam maxime procul abeſſet urbe Pandoſia in Epiro, & Acheronte amne, quem ex Moloſſide fluentem, in ſtagna inferna accipit Theſprotieus ſinus. Hæc verba ex *Moloſside fluentem* videntur innuere, eum fluvium in Moloſſide oriri, aliter dicendum fuiſſet *per Moloſsidem:* quod tamen, fateor, non eſt demonſtrativa probatio, ſed tantum veriſimilis inductio. In eo fluvio caſtigandus Plinius, qui lib. 4. cap. 1. ex male lecto Thucydide ſcripſit, eum in Ambracicum ſinum deferri, quod non dixit Thucydides, imo expreſſe ait, eum in Acheruſium lacum ſe exonerare: At Acheruſius lacus, & Ambracicus ſinus multum differunt, ut ſupra demonſtratum eſt. Et adverſantur Plinio cum Thucydide omnes antiqui, ſed eum ſequutus eſt Marcianus Capella, in eo caſtigandus cum Martino *del Rio*, qui in notis ad Senecam pagina 138. male opinatur. Sed de ejus fluvii decurſu ſupra jam ſatis ſuperque tractavimus, ubi de Dulci portu, & Acheruſio lacu nobis fuit ſermo.

Rurſus duos fluvios Moloſſidis Plinius memorat lib. 4. his verbis: *Moloſſorum flumina Aphas & Arachthus.* Aphas ille, ſi fides Pineto, quem citat Ortelius, idem eſt, qui & *Inachus*, & forte non male conjectat. De eo credo, fecit mentionem Plutarchus in quæſtionibus Græcis cap. 13. ſed corrupti codices fuerunt in ejus fluvii nomine. Sic igitur legitur apud eum in editione Pariſienſi: Ἐκεῖθεν τῆς Μολοσσίας, τὴν περὶ τὸν Ἀραῦαν χώραν κατέσχον, ὅθεν ὠνομάσθησαν Παραῦαι, ubi legendum eſt procul dubio. Τὴν περὶ τὸν Ἄουαν, χώραν κατέσχον· ὅθεν ὠνομάσθησαν Παραυαῖοι. Et ſic verto: *Inde occupaverunt regionem, quæ eſt circa Anam* (fluvium) *unde nominati ſunt Paravæi.* De Paravæis in eo tractu meminit Thucydides lib. 1 qui Cicero Vaconi auxiliabantur: Μολοσσοὺς δὲ ἦγε καὶ Ἀτιντᾶνας Σαβύλινθος .... καὶ Παραυαίους Ὄροιδος.

δ☉-. Id eſt: *Moloſſos ducebat & Atintanas Sabylinthus .... & Parauæos Orœdus.* De iis etiam loquitur Arrianus de Exp. Alex. lib. 1, ubi de Alexandro, ex Illyride Thebas verſus rebellantes feſtinante, ait: Ἄγων δὲ παρὰ τὴν Ἐορδαίαν καὶ Ἐλυμιῶτιν καὶ παρὰ τὰ τῆς Στυμφαίας καὶ Παρυαίας ἄκρα ἑβδομαῖος, ἀφικνεῖται εἰς Πελλίνην. Id eſt: *Ducens autem copias per Eordæam & Elymiotin, & per Stymphææ & Parvææ ſummitates, ſeptimo die Pellinam pervenit.* Ubi pro Παρυαίας legendum contendo uno α addito Παραυαίας, ex Thucydide. Ii *Parauæi* dicti ſunt ex eo, quod juxta Ἄουαν fluvium habitabant. Plinius autem, ut Romanis ſuis nomen ejus fluvii pronunciabilius, (ut ita dicam) faceret, commoditati ſoni inſerviens, pro *Auas Aphas* dixit. Non male conjectare mihi Pinetus videtur, qui eandem cum Inacho *Auam* cenſet eſſe. Inachus credo fuit nomen à Græcis impoſitum, qui cum Amphilocho ea loca incoluerunt, at Ἄουας à barbaris antea apellabatur, & non potuit aboleri ejus antiquum nomen, præcipue in montibus, unde oriebatur, in quos non penetraverant Amphilochi.

Arachtus etiam, ſecundum Plinium ſupra citatum, ortus à Stymphe monte per Moloſſidem Ambraciam verſus fluebat, & eam alluebat, quod nos docet Strabo lib. 7. de Ambracia: παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν Ἄραχθος ποταμὸς ... ῥεόμενος ἐκ Στύμφης ὄρους, καὶ τῆς Παρωρείας. Id eſt: *Eam alluit Arachthus fluvius, profluens ex Stymphe monte, & iis qui montes accolunt.* De eo T. Livius lib. 44. circa finem, ubi de Perſeo, qui evocatus ab Ætolis Elymæa profectus, copias Stratum ducebat, Ætoliæ tunc metropolim, ſic ait: *Ad Arachthum inde flumen itinere ingenti emenſo, retentus altitudine amnis, manſit, quo ſpatio ponte perfecto traductis copiis diei progreſſus iter, obvium Archidamum principem Ætolorum, per*

quem ei Stratus tradebatur, habuit. In ejus fluvii nomine corrigendus Dicæarchus, imo à doctiſſimo Caſaubono jam emendatus, quod ſi bene memini, jam ſupra notavimus, Ἄρατθον nominavit, pronunciatione Græcis inſolita, qui elementum ϑ poſt τ. non ponunt, ſi memoria non me fallit, ergo ibi Ἄραχθον legendum, Ptolemæus etiam Ἄρακτον vocat, & juxta Ambraciam ponit. Sed Polybio Ἀρέϑων dicitur, ut ſupra jam notavimus in cap. de Ambracia, & ejus locum adduximus, ut & Titi Livii, qui locum Polybii exſcripſit. Eum Dominicus Niger, quem ſequitur ubique Bertius, nunc *Spagmagniurtſi* vocari ait. Fluvius ille non poteſt eſſe Inachus, qui à Lacmone monte ortus verſus Argos fluebat: at hic è Stymphe monte ortus, Ambraciam alluebat. Nihil igitur inter eos convenit, & ut jam plurics dixi, melius illi qui *Auam* ceu *Apham* Plinii, Inachum eſſe putant. De Pamboride quodam lacu Moloſſidis loquitur Euſtathius ad Odyſſ. γ. verſ. 188, ſed quoniam nullus alius de eo meminit, nihil eſt quod de eo dicamus.

Montem quendam Stelianum in Moloſſia notat Vibius Sequeſter, de quo omnes alii tacuerunt.

Alterius montis in Moloſſide meminit Strabo, quem Πολυανον *Polyanum* nominat. De ejus ſitu nihil addit: de eo nihil alibi inveni, itaque nihil eſt quod à me expectes de eo.

CAPUT IX.

De PINDO *monte.*

Diximus ſupra & non ſemel, tractum illum montium, qui ab oriente & ſeptentrione terminat Epirum, generali nomine Pindum appellatum fuiſſe, itaque antequam

quam ad populos in eo monte degentes accedamus, ordo requirit, ut quæ de eo monte apud autores inveniuntur hic inſerantur. De eo igitur monte inter Græcos, Orpheus, Herodotus, Æſchylus, Pindarus, Ariſtoteles, Callimachus, Strabo, Ptolemæus meminerunt. Inter Latinos Virgilius, Horatius, Ovidius, Propertius, Seneca, Lucanus, Plinius, Florus, Vibius Sequeſter, Marcianus Capella, & plures alii. Herodotus lib. 1. de Pelaſgis & eorum diverſis habitationibus: Ἐκ δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, οἴκεεν ἐν Πίνδῳ, Μακεδνὸν καλεόμενον. Id eſt: *Ex Iſtiæotide autem quando migravit* (ea gens) *à Cadmeis pulſa, habitavit in Pindo locum Macednum vocatum.* (de eo Macedno nullus alius meminit præter Stephanum, qui hunc locum Herodoti notat) & lib. 7 ſect. 129. ait Pindum terminare Theſſaliam ab occidente, unde ſequitur eum montem terminare Epirum ab oriente. Nam Epirus eſt ad occidentem Theſſaliæ. Ariſtoteles Meteor. 1. cap. 13. hæc habet: ὁ μὲν Ἀχελῷος ἐκ Πίνδου, καὶ ὁ Ἴναχος ἐντεῦθεν. Id eſt: *Achelous fluit ex Pindo, & Inachus etiam indidem.* De Inacho ſupra ſatis fuſe diximus. De Acheloo vero non multo poſt tractabimus, & ambo illi fluvii, ab Arcto meridiem verſus in occaſum, tamen ſe deflectentes, fluebant. De eo monte pluribus in locis loquitur Strabo, in libro 7 ſic habet: Πλησίον δὲ ἤδη τῆς τε Μακεδονίας καὶ τῆς Θετταλίας περὶ τὸ Ποῖον ὄρος καὶ τὸν Πίνδον, Αἴθικές τε καὶ αἱ τοῦ Πηνειοῦ πηγαὶ, ὧν ἀμφισβητοῦσι, Τυμφαῖοι καὶ ὑπὸ τῇ Πίνδῳ Θετταλοί. Id eſt: *Jam vero prope Macedoniam & Theſſaliam circa Pœum montem & Pindum Æthices ſunt, & Penei fontes, de quibus controverſia eſt inter Tymphæos & eos Theſſalos, qui ſub Pindo habitant.* In hoc loco notandum eſt ſcripturæ vitium, ubi legitur τὸν Πίνδαν & legendum eſt τὸν Πίνδον, ſic enim & ipſe Strabo inferius τῇ Πίνδῳ melius dixit,

nam & apud alios autores in fœminino genere ponitur, ergo ubicunque apud Strabonem τὸ Πίνδον, legitur τὴν legendum erit. Idem Strabo in ſupplemento lib. 7. ὅτι ὁ Πηνειὸς ποταμὸς .... ἐρχόμενος ἀπὸ τοῦ. (lege τῆς) Πίνδου ὄρους. Id eſt: *Quod Peneius fluvius .... ortus a Pindo monte.* Idem lib. 9. ἡ δὲ Ἑστιαιῶτις τὰ ἑσπέρια καὶ τὰ μεταξὺ Πίνδου καὶ τῆς ἄνω Μακεδονίας. Id eſt: *Heſtiæotis vero occiduas partes,* (tenet) *& eas, quæ ſunt inter Pindum, & Macedoniam ſuperiorem.* Sed & paucis ante lineis dixerat: Ἔχει δὲ ἡ μὲν Φθιῶτις τὰ νότια τὰ παρὰ τὴν Οἴτην, ἀπὸ τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου καὶ Πυλαϊκοῦ, μέχρι τῆς Δολοπίας καὶ τῆς Πίνδου. Id eſt: *Habet autem quidem Phthiotis meridionales partes, quæ ſunt ad Oetam, a Maliaco ſinu & Pylaico uſque ad Dolopiam, & Pindum,* & rurſus eodem libro: Ἡ δὲ Πίνδος ὄρος μέγα πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Μακεδονίαν, πρὸς ἑσπέραν δὲ Περραιβοὺς μετανάστας ἀνθρώπους ἔχουσα, πρὸς δὲ μεσημβρίαν Δόλοπας· αὐτὴ δὲ ἐστὶ τῆς Θετταλίας ἐπ᾽ αὐτῇ δὲ τῇ Πίνδῳ ᾤκουν Ταλαρες Μολοττικὸν Φυλον, τῶν περὶ τὸν Ἴσμαρον (lege Τόμαρον) ἀπόσπασμα. Id eſt: *Pindus autem mons eſt magnus, qui ad ſeptentrionem Macedoniam, ad occidentem vero Perrhæbos habet homines advenas, ad meridiem Dolopas. Eſt autem Theſſaliæ, in eo autem habitabant Talares, Moloſſica gens eorum qui ad Tomarum ſunt, avulſa portio.* Hoc loco, ut tibi perſuadeam, lector, pro *Iſmarum Tomarum* legendum eſſe, quomodo ea mutatio facta ſit ab exſcriptore, facili lapſu, tibi ſub oculos ponam. Scribebant antiqui Græci litteris majuſculis, & eo charactere ſcripti inveniuntur optimi & antiquiores manuſcripti, ſed qui ſæpe ob antiquitatem litteras fugientes & à tineis corroſas habebant; in manuſcriptis igitur Strabonis Τ Ο Μ Α Ρ Ο Σ legebatur, ſed duabus primis litteris vetuſtate corroſis & fugientibus: ſic, i e: ΜΑΡΟΣ oculos exſcriptoris feſellit ſcriptura, & ex apicibus qui reſta-

reſtabant ΙϹΜΑΡΟϹ expreſſit, & falſus, poſteros etiam ſui erroris imitatores habuit, & eos fefellit, ſed ad rem. Idem Strabo eodem libro de Homero ait: Ἐπάνεισιν ἐπὶ τὴν ἄνω Θετταλίαν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Δολοπίας, καὶ τῆς Πίνδου. Id eſt: *Revertitur ad ſuperiorem Theſſaliam, incipiens à Dolopia & Pindo* Et rurſus eadem pagina: Ἔστι δὲ ἡ μὲν Τρίκκη, ὅπου τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπίου τὸ ἀρχαιότατον, καὶ ἐπιφανέστατον, ὅμορον τοῖς τε Δόλοψι, καὶ τοῖς περὶ τὸν (lege τὴν) Πίνδον τόποις. Id eſt: *Tricca autem eſt, ubi fanum Æſculapii antiquiſſimum, & celeberrimum, Dolopibus vicina, & locis circa Pindum.* (Pro ὅμορον lego ὅμορος) & rurſus eodem libro. Οἱ μὲν οὖν Περραιβοὶ καταδυνασθέντες, ὑπὸ Λαπιθῶν, εἰς τὴν ὀρεινὴν ἐπανέστησαν οἱ πλείους τὴν περὶ Πίνδον, καὶ Ἀθαμᾶνας, καὶ Δόλοπας. Id eſt: *Perrhæbi igitur à Lapithis ſuperati, in montanam regionem receſſerunt plerique ad eam, quæ eſt circa Pindum, & Athamanas, & Dolopas.* Ex his omnibus locis elicitur, Pindum montem pertinuiſſe à limite Macedoniæ, uſque ad Dolopiam, habens ſcilicet Macedoniam verſus boream, Theſſaliam vero verſus orientem, Dolopas vero verſus meridiem, ſed in ſua extremitate orientali verſus Oetam, Perrhæbos ad occidentem habens, verſus Molottiam: ubi Talares in ipſo monte degebant. Hiſtiæotim Theſſaliæ partem occidentalem ad ortum habens: ubi Æthices in ipſo monte. Phtiotim etiam meridionalem Theſſaliæ partem attingere, & ita majorem Theſſaliæ partem cingens, & diſterminans eam ab Acarnania, & Epiro. Ideo Theſſaliæ attribuitur a Strabone, loco ſupra citato: quod ſi quis ideo putet me præmature de eo monte tractaſſe, cum nondum de Theſſalia nobis ſermo fiat, cogitet non ſine ratione de eo monte, nunc mentionem factam fuiſſe, quoniam Livio erat Epiri, de qua regione, nunc agimus, rurſus de eo monte aliquid dicturi, ſi Deus

nobis propitius dederit Græciam noſtram perſequi, & Theſſaliam deſcribere. De eo monte Pindarus Pythior. 1. ait Dorienſes inde profectos Peloponneſum veniſſe, πινδόθεν ὀρνύμενοι, ad quæ Scholiaſtes ſatis imperite ait: πίνδος ἢ Περραιβίας ὄρος, *Pindus Perrhæbiæ mons*, non enim tam Pindus erat Perrhæbiæ, quam Perrhæbi Pindi montis populus; nam plures populi Pindum incolebant & accolebant, Æthices, Athamanes, Dolopes, Talares, Theſproti, Chaones &c. Sed ne putes per inadvertentiam, id ei excidiſſe, in eundem errorem relabitur Pyth. 9. ad hæc Pindari, verba πίνδου κλεεινναῖς ἐν πτυχαῖς, ubi rurſus ait: Τῷ Θετταλικῷ ὄρει, πίνδος γὰρ ὄρος Περραιβίας. Id eſt: *Theſſalico monte, Pindus enim Perrhæbiæ mons*. In quo gravius peccat, nam Perrhæbos Theſſalos facit. Sed multo pejus erravit Friſclinus quidam in notis ad Callimachum, Hymno 5. qui *Pindum* imaginatus eſt in Arcadia, dum ad hæc verba Callimachi, ἤξει φορβαίων Ἴναχος ἐξ ὀρέων, ſic commentatur. *Inachus Argiæ fluvius ab Inacho rege patre, Jus denominatus, cujus fontem in Artemiſio Arcadiæ monte Pauſanias collocat, Stephanus in Lacmone Pindi promontorio, qui non eſt Pindus Theſſaliæ, ſed Arcadiæ, in confinio Argiæ: vide Plinium lib. 4. cap. 5. Ariſtoteles ex Pindo Theſſaliæ oriri in meteor. tradit. ſed lapſum eſſe conſtat.* Sic Friſclinus, qui dum Ariſtotelem erroris arguit, non ſolum geographiæ ignorantem ſe prodit, ſed etiam præfractæ audaciæ virum. Plinius quem citat, vadimonium deſerit, de Pindo enim ibi οὐδὲ γρῦ. Ignoravit nempe bonus ille vir duos Inachos fuiſſe, & unum Pindum, ideo putavit unum fuiſſe Inachum & duas Pindos, ſed male & ἀμούσως quem tamen male ſequutus eſt commentator Horatii doctus vir Bondius, qui ad hæc verba Horatii lib. 1. od. 12.

Aut

Aut ſuper Pindo gelidoue in Hæmo.

Sic breviter notat: *Pindo monte Arcadiæ.* Mirum ni notas Friſclini legerit, & inde ſuum errorem hauſerit, ſic nempe, *qui cæcus cæcum ſequitur cadit in erroris foveam.* Hæc autem, ne lector noſter decipiatur, non inſectandi deſiderio addidi, nam ubique, quantum in nobis eſt, veritati litandum, & Ariſtoteles accuſatus defendendus erat. Ejus montis nomen neutraliter expreſſit Ptolemæus lib. 3. cap. 13. ubi legitur, ἐφ' ἧς γραμμῆς διατείνει τὸ Πίνδον ὄρος. Id eſt: *In qua linea extendit Pindum montem.* Sed in eo non eſt imitandus Ægyptius ille vir, ubique enim apud antiquos legitur, ἡ Πίνδος, in fœminino. Hunc montem Apollini & muſis conſecratum, poëtæ exiſtimavere, & ideo ſæpe cum Parnaſſo, & Helicone eum jungunt, ſic Virgil. Eclog. 10.

Nam neque Parnaſſi nobis juga, nam neque Pindi
Ulla moram fecere, neque Aonia Aganippe.

Ad quæ Servius *Parnaſſus mons Bœotiæ, Pindus Theſſaliæ, ambo Apollini & muſis conſecrati*, in quo lapſus Servius, qui Parnaſſum Phocidis montem Bœotiæ attribuit, ſed de eo fuſius infra, Deo dante. Longum foret ſi omnia ſuper eo Poëtarum teſtimonia corradere vellem. Nunc ad ejus partes veniendum eſt. Pindi pars quædam verſus Epirum, de quo agimus, excurrens, fuit Τυμφη alis Στύμφη, unde regio, Τυμφαίη vel Στυμφαίη, & apud quoſdam autores Στυμφαλία, ſed credo mendoſe pro Στυμφαία. De ea regione Theophraſtus lib. 2. de lapidibus, ubi de terris foſſilibus loquitur ait: Σχεδὸν τρεῖς εἰσὶν ἢ τέτταρες, ἥ τε Μηλία, καὶ ἡ Κιμωλία, καὶ Σαμία, τετάρτη ἡ Τυμφαικὴ πτάρτη παρὰ ταύτας ἡ γύψος, (ſic legendum non καὶ τετάρτη.) Id eſt: *Tres circiter ſunt vel quatuor Melia, Cimolia, & Samia, & quarta ultra eas Tymphaïca, quæ eſt gypſus*, & paulo poſt: χρῶνται δὲ τῇ Τυμφαικῇ πρὸς τὰ ἱμάτια, καὶ καλοῦσι

λεῖπ γύψον ἐι περὶ Τυμφαίαν, καὶ τοὺς τόπους ἐκείνους. Id eſt: *Utuntur autem Tymphaica ad veſtes, & gypſum vocant ii, qui circa Tymphæam & illa loca habitant.* In quo loco non poſſum diſſimulare me ſuſpicari, eum hiantem eſſe, & quædam deeſſe inter voces Τυμφαικῆ, & πρὸς τὰ ἱμάτια, nam gypſus non eſt utilis ad veſtes, ſed potius Cimolia, quæ detergendis maculis utilis erat, gypſo vero ad id opus non utuntur. Sed ad dealbationes in ædificiis, ſed de eo nihil decernere audeo. Ex hoc Theophraſti loco, ut puto, accepit Tymphæam urbem Stephanus, qui ſic habet. Τυμφη, ὄρος Θεσπρωτικόν. καὶ Τυμφαία πόλις· τὸ ἐθνικὸν, Τυμφαῖος. Id eſt: *Tymphe mons Theſproticus, & Tymphæa urbs. Gentile Tymphæus.* Sed locus Theophraſti tam de regione illa montana, quam de urbe intelligi poteſt, de qua urbe nullus alius mentionem fecit. Sed in Stephano notandum eſt, cum nullam aliam Stymphaliam agnoſcere, quam Arcadicam, unde colligo, apud Diodorum & paucos alios male legi Στυμφαλίαν, pro Στυμφαίαν, ſic enim Diodorus lib. 20. de Polyſperchonte, qui Herculem, Alexandri & Barſines filium, in Epirum adduxerat. Κάσανδρος δὲ καταστρατοπεδεύσαντος αὐτοῦ περὶ τὴν καλουμένην Στυμφαλίαν, ubi detracto λ. credo legi debere Στυμφαίαν, & ſic verto. *Caſſander autem cum ille* (Polyſperchon) *caſtra muniviſſet circa regionem Stymphæam vocatam*, & firmat noſtram conjecturam, quod idem Diodorus lib. 17. ubi pugnam ad Arbela narrat, & Alexandri exercitum recenſet, & per nationes diſtinguit, ſic ait: Τὴν δὲ συνεχῆ ταύτης Πολυσπέρχων, τεταγμένων ὑπ᾽ αὐτὸν τῶν ὀνομαζομένων Στυμφαίων. Id eſt: *Eam (cohortis nempe vel turmæ) quæ continue ſequebatur* (regebat) *Polyſperchon, ſub eo ordinatos habens Stymphæos.* De Stymphaliis vero non meminit, & bene convenit Polyſperchontem duxiſſe Herculem in iis

locis,

locis, quorum populos ſub ſe militantes in Alexandri caſtris rexerat. Rurſus Lycophron cum nobis facit in Alexandra, verſu 795. ubi de eodem negotio, de quo Diodorus, loquitur ſuo more:

Ὅ τ' αἰπὺ ναίων Τραμπύας ἑδέθλιον,
Ἐν ᾗ ποτ' αὖθις Ἡρακλῆ φθίσει δράκων
Τυμφαῖος ἐν θοίναισιν Αἰθίκων πρόμος. Id eſt:
Quique altam habitat Trampyæ ſedem,
In qua quondam rurſus Herculem corrumpet draco
Tymphæus, inter epulas Æthicum dux.

Draconem Tymphæum vocat Polyſperchontem, vel quod inde natus erat, vel quod Tymphæorum exercitum duxerat ſub Alexandro militantium, quod Diodorus docet, vel denique quod veneno ſuo Herculem necavit, in Tymphæorum regione, ubi credo ſitam fuiſſe Trampyam, vel in vicinia, quod ſequitur ex Diodori narratione. De ea urbe Stephanus: Τράμπυα, πόλις τῆς Ἠπείρου, πλησίον Βουνίμων. Id eſt: *Trampya, urbs Epiri, prope Bunima.* Sed legendum Βουνείμων ex eodem Stephano, qui ſic habet in B. Βούνειμα, πόλις Ἠπείρου, οὐδετέρως. κτίσμα Ὀδυσσέως, ὃν ἔκτισε πλησίον Τραμπύλας (lege Τραμπύας.) Id eſt: *Bunima, urbs Epiri neutraliter, opus Ulyſſis, quam condidit prope Trampyam.* Ea urbs Βούνειμα à boum paſcuis dicta, quæ in Tymphæa regione excellebant, quod aſſerimus ex Callimacho Hymno 3. in Dianam:

Μὴ νειὸν τημοῦτος, ἐμαὶ βόες εἵνεκα μισθοῦ
Τετράγυον τέμνοιεν ὑπ' ἀλλοτρίῳ ἀροτῆρι.
Ἦ γάρ κεν γυῖάς τε καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι
Κόπρον ἔπι προμόλοιντο, καὶ εἰ Στυμφαλίδες εἶεν
Εἰναετιζόμεναι, κεραλκέες, αἳ μέγ' ἄρισται
Τέμνειν ὦλκα βαθεῖαν. - - - - Id eſt:
Ne tum novale meæ boves mercedis cauſa
Quatuor jugerum findant ſub alieno aratro.

Nam & membra & cervicem fatigatæ ad ſtabulum
Venirent, etiamſi Stymphæides forent
Novem annos natæ, cornibus trahentes, quæ optimæ ſunt
Ad findendum ſulcum profundum. ----

Itaque quando Tymphe vel Stymphe mons optimos boves habebat & fortes, optima etiam paſcua habuiſſe conſentaneum eſt, & ex ſupra citatis locis non male colligitur, *Trampuam* & *Bunima* fuiſſe vel in ipſo monte Stymphe, vel in radicibus, aut vicinia. Porro Arrianum ſupra citavimus in expeditione Alexandri contra Thebanos lib. 1. ubi feſtinans Alexander, brevius iter per montes ſine circuitu capeſſebat: Παρὰ τὰ Στυμφαίας ϗ Παραυαίας ἄκρα. Id eſt: *Per Stymphæ & Parauææ excelſa.* Et idem auctor in Indicis, inter duces, qui in claſſe Alexandri ſub Nearcho militabant Ἄτταλον Ἀνδρομένεω Στυμφαῖον nominat, & Strabo lib. 7. ubi Epiroticas gentes enumerat, quæ aſperas regiones incolunt, ſic ait: Τραχεῖαν οἰκοῦντες χώραν, Μολοττοί τε, ϗ Ἀθαμᾶνες, καὶ Αἴθικες, καὶ Τυμφαῖοι, ϗ Ὀρέσται, Παρωραῖοί τε, ϗ Ἀτιντᾶνες· οἱ μὲν πλησιάζοντες τοῖς Μακεδόσι μᾶλλον, οἱ δὲ τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Id eſt: *Qui regionem aſperam habitant Moloſſi, & Athamanes, & Æthices, & Tymphæi, & Oreſtæ, Paroræi etiam, & Atintanes, quidam ad Macedoniam magis accedentes, alii vero ad Ionicum ſinum.* De Stymphalia illa ubique tacet, quam ponunt tabulæ quædam, mendoſum Ptolemæi codicem ſequutæ. Nam confidenter aſſevero, Ptolemæum eo loco turbatum & corruptum, ubi habet lemma ΣΤΥΜΦΑΛΙΑΣ, quod patet ex eo, quod Gyrtonem urbem ſub eo lemmate ponit, quæ omnium autorum conſenſu fuit Theſſaliæ Pelaſgiotidis, vel Perrhæbiæ antiquæ, quæ ad Peneum erat. Itaque male diſcerpta eſt Gyrtone à ſuperiori lemmate ΠΕΛΑΣΓΙΩΤΩΝ, ubi

ubi debet reponi. Mutilus etiam eſt eo loco Ptolemæi codex. Nam nec Cranon, nec Pharſalus, urbes Theſſaliæ celebres, ibi inveniuntur, de quibus procul dubio non tacuerat Ptolemæus; ideo non dubito & corruptum eſſe in voce Στυμφαλίας, & certe ſcripſerat ΣΤΥΜΦΑΛΙΑΣ. Sed deeſt quoddam urbis nomen quod ſub eo lemmate poſuerat. Τεαμπια forte vel Βυνεμα vel utraque, forte & aliæ: nempe exſcriptores, quibus erat Stymphaliæ nomen notiſſimum ob fabulam de Stymphalidibus avibus & Hercule, notum nomen pro ignoto poſuere, ut ſæpe fit, & ſic apud T. Livium lib. 45. ubi Macedoniæ populos recenſet, ſic legitur: *Quartam regionem Eordæi, & Lynceſtæ, & Pelagones, juncta his Atintania, & Stymphalis, & Elymiotis.* Nullus dubito legendum pro *Stymphalis*, *Stymphæis*: Nam Atintanas ſequuntur Elymiotæ & Elymiotis, vicini Stymphæi, ut patet ex Alexandri itinere ſupra narrato. Itaque ex aliorum autorum conſenſu corrigendus eſt Ptolemæus, & T. Livius intelligendus, vel etiam emendandus. Emendari etiam debere Plutarchum in ea voce non ſuſpicor, ſed contendo, in Pyrrho, ubi hæc leguntur de Pyrrho, quem Alexander, Caſſandri filius, in auxilium evocaverat contra fratrem Antipatrum: Ἐπελθὼν ὁ Πύῤῥος ᾔτησε μισθὸν τῆς συμμαχίας τήν τε Νυμφαίαν καὶ τὴν παραλίαν τῆς Μακεδονίας. Id eſt: *Adveniens Pyrrhus præmium popoſcit auxilii, ex fœdere, Nymphæam, & Macedoniæ littoralem partem.* Ibi meo periculo lege *Tymphæam*, leviſſima mutatione, nulla enim fuit regio Nymphæa. Fuit equidem in ipſa littorali Macedonia prope Apolloniam *Nymphæum*, locus, qui modo petra, modo collis exiguus, modo fons, nunquam pagus vel oppidum vocatur, & ideo dare nomen regioni non idoneum, & fuit in Apolloniatum finibus. Tymphæa vero regio imminebat

 Epiro,

Epiro, & olim in Epiro cenſebatur, & ideo expetenda fuit Pyrrho. Ideo non dubium eſt, quin legendum ſit Τυμφαίαν. Heſychius etiam eam vocem habet: Τυμφαῖον ἔθνος· ἄθεον ἔθνος· λέγει δὲ τοὺς Ἠπειρώτας. Id eſt: *Tymphæa gens: ſine deo gens. Dicit autem & Epirotas.* Quis autem id dixerit, non addit. idem Heſychius habet: Στυμφηλὸς πόλις, ἢ ὄρος Ἀρκαδίας. Id eſt: *Stymphelus urbs, vel mons Arcadiæ.* Ubi cum nihil addiderit, colligimus eum Stymphaliam illam Epiri non noviſſe, nam ſolet curioſe urbes homonymas recenſere.

Pindum montem habitaverunt Æthices, Perrhæbi, Talares, Athamanes, de quibus dicendum foret. Sed quoniam à Strabone & aliis Theſſaliæ accenſentur, de iis infra dicendum erit, quando Theſſaliam & ejus partes ſigillatim perſequemur.

Caput X.

De CORCYRA.

Nunc uno tenore de inſulis Epiro vicinis dicendum eſt, quarum prima in ſitus ordine occurrit Κέρκυρα, olim Σχερία dicta, ut ab Homero Odyſſ. H verſu 79. de Pallade, quæ Ulyſſem ad Alcinoum deduxerat:

> Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἀπέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη
> Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον, λίπε δὲ Σχερίην ἐρατεινήν. Id eſt:
> *His dictis abiit cæſia Minerva in mare*
> *Profundum: reliquit vero Scheriam amabilem.*

Et Odyſſ. E. verſ. 34. Ἤματι κ' εἰκοστῷ Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο. Id eſt: *Die viceſima Scheriam fertilem veniat.* Ad quæ ſic Didymus: Σχερία ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος τῶν Φαιάκων. Τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐκλήθη Κέρκυρα, τὸ δὲ ἀρχαιότατον ἐκαλεῖτο Δρεπάνη. Id eſt: *Scheria vocabatur Phæacum inſula:*

la: poſtea vero vocata eſt Cercyra. Sed a prima antiquitate vocata fuit Drepane. Et ſic procul dubio dicta eſt à figura, ab uno latere concava, ab altero connexa, quæ falcis figuram refert, Δρεπάνη enim Latine dicitur falx. Idem ait Stephanus, forte ex eo Didymi loco. Ejus meminerunt, præter Homerum ſupra citatum, Orpheus, Scylax, Thucydides, Xenophon, Æſchines, Dinarchus, Callimachus, Lycophron, Dionyſius Periegetes, Apollonius, Apollodorus, Conon, Polybius, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Pauſanias, Ptolemæus, Ælianus, Heraclides, Heſychius, Conſtantinus, Suidas, Nicetas, Anna Comnena, Chalcocondylas inter Græcos. Inter plures Latinos præcipue videndus Joannes Criſpus in epiſtola ad Pontificem, qui ejus inſulæ vaſtationem à Turcis factum narrat. Etymum vocis Scheriæ frigidiſſimum affert Euſtathius in eundem Homeri locum nuper citatum: nam poſtquam retulit ipſa Didymi verba, ſic ait: φέρεται ὁ μῦθος περὶ αὐτῆς τοιοῦτος· Δήμητρα φοβουμένη, μή ποτε οἱ ἐκ τῆς Ἠπείρου ἀντικρὺ τῆς νήσου ταύτης ῥέοντες ποταμοὶ προσχώσαντες, αὐτὴν χερρονησιάσωσι, ἐδεήθη Ποσειδῶνος, ἀποστρέψαι, καὶ ἐπισχεῖν τὰ τῶν τοιούτων ποταμῶν ῥεύματα· ὧν καὶ ἐπισχεθέντων, ἀντὶ Δρεπάνης Σχερία ἐκλήθη, παρὰ τὴν τῶν ῥευμάτων ἐπίσχεσιν. Id eſt: *Fabula talis de ea narratur. Ceres timens ne fluvii ab Epiro fluentes è regione inſulæ per alluvionem eam inſulam peninſulam facerent, Neptunum oravit, ut averteret & retineret eorum fluenta: quibus inhibitis, pro Drepane Scheria vocata eſt, à fluminum epiſcheſi, id eſt, retentione.* Quo etymo nihil poteſt excogitari putidius. Ego dictam potius putarem ab antiqua voce σχερὸς, quæ apud Heſychium ſignificat ἀκτὴν, αἰγιαλὸν, id eſt, littus, ſive abruptum, ſive planum, & ſic dictam fuiſſe ab Epirotis, eo quod in eorum littore viciniſſima jacebat. Quæ conjectura non eſt tam abſur-

abſurda, quam ea, quam nobis ingerit Euſtathius, qui tamen ejus relatorem laudat Ariſtotelem, in Cercyræorum republica. De nominis mutatione lepidam fabulam narrat Apollonius lib. 4. Argonaut. verſu 982.

Ἔστι δέ τις πορθμοῖο παροιτέρη Ἰονίοιο
Ἀμφιλαφὴς πίειρα Κεραυνίῃ εἰν ἁλὶ νῆσος,
Ἧ ὑπὸ δὴ κεῖσθαι δρέπανον φάτις (ἵλατε Μοῦσαι.
Οὐκ ἐθέλων ἐνέπω προτέρων ἔπος) ᾧ ἀπὸ πατρὸς
Μήδεα νηλειῶς ἔταμε Κρόνος. οἱ δέ ἑ Δηοῦς
Κλείουσι χθονίης καλαμητόμον ἔμμεναι ἅρπην.
Δηὼ γὰρ κείνῃ ἔνι δήποτε νάσατο γαίῃ.
Τιτῆνας δ' ἔδαεν στάχυν ὄμπνιον ἀμήσασθαι
Μάκριδα φιλαμένη. Δρεπάνη πόθεν ἐκλήισται
Οὔνομα Φαιήκων ἱερὴ τροφός. ---- Id eſt:

Eſt quædam inſula maris Ceraunii
Ante ſinum Jonium, umbroſa, pinguis ſub qua
Jacere falcem famæ eſt. (Propitiæ eſtote muſæ,
Hæc dico invitus) qua Saturnus immiſericorditer
Secuit genitalia patris. Alii vero ferunt
Cereris ibi eſſe falcem meſſoriam:
Ceres enim aliquando eam terram inhabitavit,
Titanaſque docuit ſegetem fertilem metere,
Macridem amans, & tum Drepanem vocatam
Fuiſſe Phæacum ſacram nutricem.

Ad quæ ſic Scholiaſtes: Ἡ δὲ Κέρκυρα πρότερον μὲν Δρεπάνη ἐκαλεῖτο, εἶτα Σχερία. ἀποδίδωσι δὲ τὴν αἰτίαν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κερκυραίων πολιτείᾳ· φησὶ γὰρ τὴν Δήμητρα φοβουμένην, μὴ οἱ ἐκ τῆς Ἠπείρου ἄντικρυ τῆς νήσου ταύτης ῥέοντες ποταμοί. Id eſt: *Cercyra prius quidem Drepane vocabatur, poſtea Scheria; reddit ejus cauſam Ariſtoteles in Cercyræorum rep, ait enim Cererem timentem, ne fluvii ab Epiro e regione fluentes*, & cætera, quæ ſupra ex Euſtathio nuper adduximus. Addit idem Scholiaſtes de ea inſula: Μακρὶς

δὲ ὠνο-

ὠνομάσθη ἀπὸ Μακρίδος τῆς Διονύσου τροφοῦ· Κέρκυρα ἀπὸ Κερκύρας τῆς Ἀσώπου θυγατρός. Id eſt: *Macris autem nominata eſt a Macride, Bacchi nutrice. Cercyra a Cercyra Aſopi filia.* Hanc ultimam etymologiam, Cercyræ explicat Euſtathius. Ὅτι δὲ ἐρίβωλος καὶ ἄλλως, καὶ εὐδαίμων τῶν Φαιάκων αἱ ἱστορίαι λέγουσιν· ἡ δὲ κλῆσις τῶν Φαιάκων ἀπό τινος ἐνδόξου Φαίακος· Κέρκυραν γὰρ φασὶ τὴν Ἀσωπίδα Ποσειδῶν ἀγαγὼν εἰς Σχερίαν, καὶ μιγεὶς ἰσχεῖ παῖδα Φαίακα, ἐξ οὗ οἱ Φαίακες. Id eſt: *Quod autem fertilis ſit, & fœlix Phæcum hiſtoriæ dicunt. Appellatio autem Phæacum a quodam celebri Phæace orta eſt. Ajunt enim Cercyram Aſopi filiam Neptunum in Scheriam adduxiſe, & ex ejus cum ea concubitu genuiſſe Phæaca, à quo Phæaces.* Idem ait Diodorus lib. I: Κέρκυρα δὲ ὑπὸ Ποσειδῶνος ἀπενεχθῆ εἰς νῆσον, τὴν ἀπ' ἐκείνης Κέρκυραν ὠνομασθεῖσαν, ἐκ ταύτης καὶ Ποσειδῶνος, ἐγένετο Φαίαξ. Id eſt: *Cercyra à Neptuno avecta eſt in inſulam, quæ ab ea Cercyra nominata eſt, ex ea & Neptuno natus eſt Phæax.* Pauſanias in Corinthiacis, ubi de Aſopo Sicyoniæ fluvio ait: θυγατέρας δὲ αὐτῷ γενέσθαι Φλιάσιοι φασὶ Κόρκυραν, καὶ Αἴγιναν, καὶ Θήβην· ἀπὸ μὲν δὴ Κορκύρας καὶ Αἰγίνης τὰς νήσους Σχερίαν καὶ Οἰνώνην καλουμένας μετωνομάσθηναι. Id eſt: *Ejus filias fuiſſe Phliaſii dicunt Corcyram, & Æginam, & Thebam, & a Corcyra & Ægina inſulas, Scheriam & Oenonen vocatas, nomen mutaviſſe.* Stephanus: Σχερία ἡ Φαιακία, & eandem fabulam, quam ſupra ex Euſtathio & Apollonii Scholiaſte, qui Ariſtotelem citant, deſcripſimus, narrat: & rurſus in Φαίαξ Hellanicum citat dicentem ἱερέων primo: Φαίαξ ὁ Ποσειδῶνος καὶ Κερκύρας τῆς Ἀσωπίδος, ἀφ' ἧς ἡ νῆσος Κέρκυρα ἐκλήθη, τὸ πρὶν Δρεπάνη καὶ Σχερία κληθεῖσα. Id eſt: *Phæax Neptuno & Cercyræ Aſopida filius, à qua Cercyra inſula, prius Drepane, Scheria vocata eſt.* Mirum certe eſt in fabula tot autores

tores conſentire. Argos etiam vocatam fuiſſe dixit Euſtathius ad Periegetem verſu 494. Sunt etiam, qui ex Apollonio ſupra laudato volunt, eam inſulam Cerauniam vocatam fuiſſe, ſed male, nam in loco Apollonii Κεραυνίῃ debet legi cum ι ſubſcripto, ut referatur ad ἁλὶ, non ad νῆσος. Et vocavit Ceraunium mare ob adjacentes Ceraunios montes, quod addidit, ut ſitum declararet ejus inſulæ, de qua loqui incipiebat. Sed ſupradictis non conſentit Conon, qui cenſet eam tum demum vocatam fuiſſe Cercyram, poſtquam eam Corinthii occupaverunt. Ὕςερον δὲ (ait) ἐπῴκησαν αὐτὴν μοῖρα Κορινθίων, καὶ τότε ὄνομα εἰς Κερκύραν μετέβαλε. Id eſt: *Poſtea autem eam inhabitavit portio quædam Corinthiorum, & tunc nomen mutavit in Cercyram.* Quod verius mihi videtur, & ſic explodenda foret fabula de filio Aſopi. Sic ea inſula diverſis temporibus nomen mutavit, & vocata eſt olim *Macris*, poſtea *Drepane*, & *Phæacia*, & *Cercyra*, & *Corcyra*. Sed poſterioribus ſeculis nomen rurſus mutavit, & vocata eſt Κορυφὼ, & initio quidem non tota inſula, ſed urbis Acropolis biceps. Nam vox Κορυφὼ dualis, duas ſummitates ſignificat.) Audi Nicetam lib. 2. ſtatim ab initio: ὁ αὐτοκράτωρ Μανουὴλ διεσκοπεῖτο πῶς ἂν τοὺς Σικελοὺς μετελεύσεται, δίκην πραξάμενος ὧν ἀπανθρώπως εἰς Ῥωμαίους ἔπραξαν, τό τε Κερκυραίων ἄκραν, ἣ νῦν ἐπικέκληται Κορυφὼ, τῆς ἐκ τούτων ἀπαλλάξει φρουρᾶς. Id eſt: *Imperator Manuel animo agitabat, quomodo Siculos ulciſceretur, & vindictam faceret eorum, quæ inhumane in Romanos fecerant, & Corcyræorum caſtellum, quod nunc vocatur Corypho, a præſidio eorum liberaret.* Sed hæc caſtelli appellatio paulatim in totam urbem prævaluit, & eo nomine Anna Comnena urbem Corcyram vocat Alexiad. lib. 1 ubi de Roberto Guiſcardo ſic ait: Μεταξὺ δὲ τοῦ πρὸς τὸ Δυρράχιον καταπλοῦ τὴν τὸ Κο-

κορυφὼ

ρυφῷ πάλιν ὀχυρωτάτην, καὶ ἄλλα τὰ ἡμέτερα φρούρια ἐξ ἀποστολῆς κατέσχε. Id eſt: *Interim autem, dum Dyrrachium verſus vela facit, Corypho urbem munitiſſimam, aliaſque arces noſtras, miſſis nunciis, obtinuit.* Et lib. 6: Ὡς δὲ ἡ Κορυφὼ, προκαταχεθεῖσα παρ' αὐτοῦ αὖθις ἀπεστάτησε, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν Βόθρεντον καταλιπὼν, μετὰ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς ἀπέπλευσε πρὸς τὴν Κορυφώ. Id eſt: *Cum autem Corypho, prius occupata, rurſus defeciſſet, filios ſuos Buthroti relinquens, cum univerſa claſſe Corypho petiit.* Id nomen, ut dixi, innuit duas ſummitates habuiſſe eam arcem, nam κόρυφος, apud Heſychium interpretatur κόρυμβος γυναικεῖος, *ſummitas capillorum fœminæ.* Et Κορυφὼ dualis, duos apices ſignificat, & ita eſſe aſſerit Niger, an ex viſu neſcio: ait autem lib. 11: *& oppidum, quod Corfu dicitur, in peninſula in alta petra, duas habens arces.* Id nomen poſtea totam inſulam occupavit, quæ pluraliter, aliquantum abbreviata voce, Κορφοὶ nominatur à Michaëlis nepote Duca, in brevi Chronico, ad finem, his verbis: Τῷ αὐτῷ ἔτει καὶ τὸ παρελθὸν ἐγένετο λοιμικὴ νόσος παγκόσμιος, κυρίως δὲ εἰς τὴν Κρήτην, εἰς τὴν Ῥόδον, εἰς τοὺς Κορφοὺς, εἰς τὴν Ζάκυνθον, εἰς τὴν Ἄρταν, εἰς τὰ Ἰωάννινα. Id eſt: *Eodem anno & præterito, peſtilens morbus graſſatus eſt per totum orbem, præcipue vero, in Cretam, in Rhodum, in Corphos, in Zacynthum, in Artam, in Joannina* &c. Sic paulatim nomen inſula ab accuſativo Κορφοὺς, quod Latine *Corfus*, in hodiernum nomen *Corfu* deſiit: quo nomine nunc non ſolum ab Italis, ſed ab omnibus Europæis appellatur. Ea inſula ab antiquiſſima memoria Cereri dicata fuit, & jam à titanum tempore, ut ex Apollonio paulo ſupra probavimus. In Anthologiæ tamen lib. 1. cap. 35. extat epigramma Julii Polyæni, ubi legitur

Ζεῦ Σχερίης ἐφέπων ἱερὸν πέδον. - - - - Id eſt:

Jupiter qui Scheriæ regis ſacrum campum.

Scilicet, ut credo, ob templum Jovis Caſſiopæi in extremitate inſulæ boreali poſiti, de quo poſtea dicemus. Junonis etiam celebre templum habebat, quod ex Thucydide lib. 2. diſcimus, ubi narrat, legatos Epidamniorum, ad Corcyrenſes miſſos, ut eos juvarent in bello, contra barbaros, qui eos infeſtabant, Epidamniorum exulibus juncti, & ait: ἱκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον ἐδέοντο. Id eſt: *Suplices. ſedentes in templo Junonis, orabant.* Quod innuit, fuiſſe id templum inter alias ſanctiſſimum, & cujus religione præcipue cives tenebantur. Sed id templum non in ipſa urbe fuiſſe ſuſpicor, ſed juxta urbem in promontorio, de quo infra. Extenditur ea inſula à ſeptentrione, & occidente ad meridiem & orientem per quadraginta millaria Italica, ſi fides Bordonio. Id ſpacium à Strabone deſignatur per loca in continente, quibus reſpondent & oppoſitæ ſunt duæ inſulæ extremitates, ſic enim ait lib. 7. Καὶ μετὰ ταῦτα Ὀγκισμὸς λιμὴν ἄλλος, καθ' ὃν τὰ δυσμικὰ ἄκρα τῆς Κερκυραίας ἀντίκειται. Id eſt: *Et poſtea Onciſmus portus alius, verſus quem occidentalia promontoria Corcyræa oppoſita ſunt.* Et paulo poſt: Καὶ τὰ Σύβοτα· εἰσὶ δὲ νησίδες τὰ Σύβοτα τῆς μὲν Ἠπείρου μικρὸν ἀπέχουσαι, κατὰ δὲ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς Κερκυραίας, τὴν Λευκίμνην κείμεναι. Id eſt: *Et Sybota. Sunt autem Sybota parvæ inſulæ, paulum ab Epiro diſtantes, ex adverſo orientalis promontorii Corcyræi, quod Leucimna vocatur, ſitæ.* De iis inſulis paulo poſt dicendum erit. Illud orientale promontorium olim Leucimna vocabatur, cujus, præter Strabonem, teſtis Thucydides lib. 1: Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν οἱ Κερκυραῖοι τροπαῖον ἔστησαν ἐπὶ τῇ Λευκίμνῃ τῆς Κερκύρας ἀκρωτηρίῳ. Id eſt: *Corcyræi, cum poſt Naumachiam tropæum ſtatuiſſent in Leucimna Corcyræ promontorio.* Et ſic apud Ptolemæum tab. Europæ 10. cap. 14. ubi male Λευκίμμα, pro Λευκιμνα legitur.

legitur. Id ab albedine littoris & crepidinum procul dubio dicebatur: nam etiam hodie ab Italis *Cabo Bianco* vocatur. In hac voce emendandus Plinius, cujus exſcriptor peſſime erravit, dum lib. 4. cap. 12. ſcripſit, ubi de Corcyra loquitur: *Ante Leucadiam Sybota*, ubi ſine dubio reſcribi oportet: *Ante Leucimnam.* Error manavit ex eo, quod ſtatim ſequitur: *Inter Leucadiam & Achaïam permultæ.* Nam *Ante Leucimnam* Græce exprimeretur, ἄντιον Λευκίμνης. Occidentale promontorium, quod τὰ δυσμικὰ ἄκρα vocat Strabo, à Ptolemæo *Caſſiope* notatur: Κασσιόπη πόλις ἢ ἄκρα. Id eſt: *Caſſiope urbs & promontorium.* Plinius oppidum vocat lib. 4. cap. 12: *Cum urbe ejuſdem nominis Corcyra, liberæ civitatis, & oppido Caſſiope, temploque Caſſii Jovis paſſus* XCVII. *in longitudinem patens*: qui locus videtur ſe male habere; melius haberet, ſi legeretur. *Libera civitate*, & *patente*: nam *patens*, ad vocem *urbs* referri non poteſt, ſed ad *templo*. Portum fuiſſe, ex ipſo nomine patet; nam, ut ſupra notavimus, Κασίου ὀπὴ *Caſii foramen*, portum & ſinum maris in terram ſe inſinuantis, & quaſi eam perforantis, ſignificat: ſed ex Cicerone etiam in Epiſtola ad Tironem lib. 16. epiſt. ad famil. epiſt. 8. id probatur. *Ad duodecimum Cal. Decemb. à portu Corcyræorum Caſſiopem ſtadia* CXX. *proceſſimus, ibi retenti ventis ſumus, uſque ad* IX. *Calend. Interea qui cupide profecti ſunt multi naufragia fecerunt.* Nam quando à ventis naufragia facientibus ſecurus ibi tres dies manſit, donec deſæviret tempeſtas, ſequitur, navem, quæ Ciceronem vehebat, fuiſſe in portu. Sed & hodie etiam in Corcyræ tabula ſatis exacta, quam in ſuo Theſauro inſeruit Ortelius, portus ibi depingitur cum titulo, *Porto di Caſopo*, cum oppido in portus intimo receſſu, quod dicitur *Santa Maria di Caſopo*: & ſic à Moletio vocatur, teſte

Ortelio. Diſtantia ab urbe Corcyra, quæ à Cicerone ponitur, bene concordat cum ea tabula, & cum Bordonii calculo; nam ſi tota inſula habet in longitudine quadraginta milliaria Italica, ut Bordonius aſſerit, quod ſpatium ſtadia 320. valet. A Caſopo vero inſulæ extremo ad urbem Corcyram numerantur à Cicerone 120. ſtadia, reſtat, ut ab ea urbe ad Leucimnam aliam inſulæ extremitatem numerari debeant ſtadia 200, quod optime cum tabula convenit. Scylax eam inſulam juxta Chaoniam ponit: Κατὰ δὲ Χαονίαν νῆσος ἐστὶ Κόρκυρα. Id eſt: *Juxta* vel *ſecundum Chaoniam eſt inſula Corcyra.* Addit autem: Ἐπιβάλλει δὲ ἡ Κόρκυρα καὶ ἐπὶ τὴν Θεσπρωτίαν πλεῖον, ἢ ἐπὶ τὴν Χαονίαν. Id eſt: *Cadit vero Corcyra magis ſecundum Theſprotiam, quam ſecundum Chaoniam.* At Scymnus recentior, Theſprotiæ totam tribuit, verſu 445. Κέρκυρα νῆσος δ' ἐστὶ κατὰ Θεσπρωτίαν. Id eſt: *Cercyra inſula eſt ſecundum Theſprotiam.* Conon eam ponit, παρὰ τὸν Ἰόνιον πόντον Σχερία νῆσος, οὐχ ἑκὰς οὖσα τῆς Ἠπείρου, καὶ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν. Id eſt: *Ad Joninm pontum Scheria inſula, non longe ab Epiro, & Ceraunius montibus.* Polybius apud Strabonem eam ponit à Leucade ſtadia 700, & totidem ab Acroceraunius, & totidem ab Japygia extrema, quæ menſuræ ſatis conveniunt cum hodiernis tabulis, niſi quod Japygia longius diſtet. Paulus Æmilius certe apud Plutarchum, dum fœlicitatem, qua uſus fuerat in expeditione contra Perſeum, narrat, ait: Μιᾷ μὲν ἡμέρᾳ τὸ Ἰόνιον ἀπὸ Βρεντεσίου περάσας εἰς Κέρκυραν κατήχθην. Id eſt: *Una quidem die Jonium mare à Brundyſio, transfretans Cercyram adveni*, vento ſcilicet ſecundante. Et id, ut rarum, notat, ſcilicet quadraginta Leucas Gallicas, aut circiter, una die confecerat, vel plus. At Plinius id ſpatium contrahit, nam eam ab Acroceraunius diſtare ait milliaria 500 tantum, quod multum recedit à Polybii calculo,

quæ

quæ fere duplo major eſt: item à Buthroto diſtare ait milliaria 12. ſcilicet ab urbe, nam à continente minore ſpacio recedit. Et ſi bene Maginus eam inſulam deſcripſit, aliter ſe res habet, ſic enim ille: *Corcyra olim Scheria, & Phæacia, nunc Corphu, diſtat ab Epiro duobus milliaribus, ubi propius; producitur ab occaſu in ortum 54 milliaria: lata 24: à ſeptentrione plana, à meridie alpeſtris, & importuoſa. In ea fluvii non ſunt, ſed lacus, ceu fons, qui Cardachi dicitur, duobus milliaribus in circuitu patens.* Hæc Maginus curioſus ſatis Geographus, qui Patavinus cum eſſet, ſub Venetorum imperio vivebat, commode potuerat eam inſulam luſtrare oculis, & paſſibus menſurare, ideo in eo præferrem ejus fidem. Tabula, quam poſuit Ortelius in ſuo Theſauro, fluvios tres aut quatuor nobis exhibet; ſed tam breves & exiles, ut eos pro fluviis non habuerit Maginus, ſed pro rivulis nullius nominis, & ideo ſine fluviis eſſe Corcyram ſcripſit. Qui primi & ab antiquiſſima memoria eam inſulam incoluere, ſi fides Apollonio, fuerunt Titanes, quos Ceres agriculturam docuit, & meſſoriis falcibus uti. Locum illum Apollonii ſupra adduximus. Et ideo Saturnus, unus ex Titanum numero, ibi fingitur patri Cœlo genitalia falce ſecuiſſe, & in ea inſula falcem, qua uſus fuerat, depoſuiſſe. Ex eorum progenie videtur natus *Phæax*, à quo Phæaces dicti ſunt: nam eos à Diis ortos fuiſſe ait doctiſſimus Apollonii Scholiaſtes, ad verſus ſupra citatos: ἐστὶ δὲ τὶς πορθμοῖο &c. ubi commentatur. Ταύτην Φαίακες κατῴκουν, ἀπὸ θεῶν ὄντες τὸ γένος. Id eſt: *Eam Phæaces habitaverunt, ad Deos genus referentes.* Poſt Phæacas, quos autochthonas, id eſt, indigenas, vocat Conon apud Photium, Corinthii eam occupavere, ut quidam volunt, nulla alterius populi mentione facta. Plutarchus tamen in Quæſtionibus Græcis, XI.

quæſtione, ſic ait: Ἐρετριεῖς Κέρκυραν τὴν νῆσον κατῴκουν. Χαρικράτους δὲ πλεύσαντος ἐκ Κορίνθου μετὰ δυνάμεως, καὶ τῷ πολέμῳ κρατοῦντος, ἐμβάντες εἰς τὰς ναῦς οἱ Ἐρετριεῖς ἀπέπλευσαν οἴκαδε. Id eſt: *Eretrienſes Cercyram inſulam habitabant. Charicrate vero cum copiis Corintho navibus adveniente & bello victore, Eretrienſes naves ſuas conſcendentes, domum reverſi ſunt.* De eo negotio ſolus, credo, Plutarchus inter antiquos mentionem fecerat, nec mirum, nam ex ejus narratione colligitur, Eretrienſes non diu eam inſulam incoluiſſe, ſed eoſdem ipſos, qui inſulam occupaverant, à Corinthiis pulſos fuiſſe; & ideo eorum memoria in inſula non manſerat. Sed Corinthii, qui, colonis miſſis, eam firmiter & per plures generationes poſſederant, ſoli ab autoribus memorati ſunt; utpote qui Corcyram urbem condiderant, & ita Corinthus Corcyræ metropolis erat, & Corcyræi Corinthiorum ἄποικοι *coloni* cenſebantur, ut apud Thucydidem libro 1. videre eſt, qui fuſe de eo negotio dixit, & apud Apollonii doctum Scholiaſtem ad verſum 494. ubi ait: Κορινθίων δ' ἐστὶ κτίσμα ἡ Κέρκυρα. Id eſt: *Corinthiorum opus eſt Corcyra.* Sed id de urbe eſt intelligendum, quam tamen Homerus deſcribit graphice, & jam tempore Trojani belli extitiſſe clare oſtendit Odyſſ. γ. verſu 298. Sed non expreſſo Corcyræ nomine, ſed πόλιν Φαιάκων *urbem Phæacum* ſimpliciter notat. Sed paulo ſupra verſu 262. ejus acceſſum deſcribit, notis omnino convenientibus, his verſibus:

Αὐτὰρ ἐπὴν πόλιος ἐπιβήσομεν, ἣν πέρι πύργος
Ὑψηλὸς, καλὸς δὲ λιμὴν ἑκάτερθε πόληος,
Λεπτὴ δ' εἰσίθμη, νῆες δ' ὁδὸν ἀμφιέλισσαι
Εἰρύαται, πᾶσιν γὰρ ἐπίστιον ἐστὶν ἑκάστῳ. Id eſt:

Sed poſtquam urbem acceſſuri eramus, circa quam turris

Eſt

Eſt excelſa, pulcher vero portus eſt in utraque
Urbis parte, arctus autem introitus, naves
Vero ubique ad viam ſubductæ ſunt, omnibus enim
manſio eſt unicuique.

Quæ urbi Corcyræ, & hoc etiam tempore, valde conveniunt, acceditur enim per Iſthmum anguſtum inter duo maria, vel potius duos portus. Euſtathius ad hæc verba, λεπτὴ δ᾽ εἰσίθμη, ſic ait: ἀρετὴ δὲ λιμένος καὶ ἡ λεπτὴ εἰσίθμη, τοῦτ᾽ ἐστὶν, ἡ στενὴ δίοδος εἰς αὐτὸν, παρὰ τὸ εἰσιέναι γινομένη πλεονάσμῳ τοῦ θ΄. Id eſt: *Eſt autem portus bona qualitas, arctus introitus, hoc eſt anguſtus in eum acceſſus: dicta vox ab* εἰσιέναι, *id eſt, introire, cum abundantia literæ.* θ΄. Quibus verbis non videtur Euſtathius bene cepiſſe Homeri ſenſum, & ſitum ejus usbis non noviſſe: Nam λεπτὴ εἰσίθμη, *arctus introitus*, debet intelligi, non de portus oſtio, ſed de introitu in urbem per anguſtum Iſthmum, ceu terræ collum inter duos portus, quos Homerus ponit ab utroque urbis latere, & totius ſermonis conſequentia, & Nauſicaa curru vecta, non vero navi, id evincit manifeſte. Vox εἰσίθμη alibi non invenitur, & forte Homerus ſcripſerat εἰσίσθμη, voce ab ἴσθμος deducta. De eadem urbe, & civium inteſtinis diſcordiis abunde Thucydides lib. 3. De ea etiam Xenophon Hellenic. 6. Ubi, poſtquam de Mnaſippo Lacone & ejus claſſe, cujus milites inſulam totam & prædia Corcyræorum omnia vaſtaverant, loquutus eſt, ſic ait: Ἔπειτα δὲ καὶ κατεστρατοπεδεύετο τῷ μὲν πεζῷ ἐπὶ λόφῳ, ἀπέχοντι τῆς πόλεως ὡς πέντε στάδια, πρὸ τῆς χώρας ὄντι, ὅπως ἀποτέμνοιτο ἐντεῦθεν, εἴ τις ἐπὶ τὴν χώραν τῶν Κερκυραίων ἐξίοι, τὸ δὲ ναυτικὸν εἰς τὰ ἐπὶ θάτερα τῆς πόλεως κατεστρατοπέδευσεν. Id eſt: *Poſtea etiam caſtra poſuit cum peditatu ſuper clivo, diſtante quinque ſtadiis ab urbe, qui ante regionem ſitus erat, ut inde intercluderetur, ſi quis Corcyræorum in agros iret.*

Nava-

Navales vero capiæ ad alterum & oppoſitum latus urbis caſtra muniverant. Et ex hoc loco Xenophontis inducitur, unum ſolum iter & acceſſum à regione in urbem fuiſſe, quando ſine circumvallatione acceſſus ab urbe ad agros, & ab agris ad urbem ab uno caſtrorum poſitu impediebatur. Jam ex loco Ciceronis ſupra citato didicimus, quantum ſpacium intercedebat inter urbem & portum Caſſiopim, vel Caſſopem dictum, in extremitate occidentali inſulæ, ſcilicet ſtadia cxx. Ejus civitatis, quam liberam Plinius vocavit, vires non fuiſſe mediocres, patet ex Thucydidis narrationibus lib. 1. & 3. ex Diodoro etiam lib. 12 eas deſcribere longum foret, & tædioſum ſcriptori, forte & lectori: ii autores paſſim inveniuntur, ad eos lectores remittere ſatius duco, nam in immenſum creſceret noſter labor, ſi longas illas ῥήσεις huic operi inſerere vellem. Eam urbem munitiſſimam & in ardua rupe ſitam obſidione cinxit Manuel Comnenus Imperator. Pauca ex Niceta, qui eam obſidionem narravit, excerpta ex lib. 2. tibi dabo, unde urbis ſitum cognoſcere poteris, ſic igitur ille: Ἔστι δὲ ἡ Κερκυραίων ἄκρα αἰγίλιψ πᾶσα καὶ ἀγχινεφὴς, ἑλικοειδὴς τὴν θέσιν, καὶ ὑψικόρυμβος, προσνενευκυῖα ἐς τὸ βαθιστον τῆς θαλάσσης, πέτραις δὲ περιερρωγυῖαι αὐτὴν ἀμφικρημνοι καὶ ἀπότομοι, τὸ δὲ ὕψος ὑπὲρ τὴν ᾀδομένην Ἄορνον, τείχη δὲ ἀρραγῆ τὴν πόλιν περιείληφε πᾶσαν, καὶ πύργων περιεστᾶσιν ὑψώματα. Id eſt: *Eſt autem Corcyræorum arx rupes aſpera in nubes aſſurgens, tota amfractuoſa ut ſpira & alto vertice, ſuper mari profundo eminens, in id proſpiciens, rupibus præruptis undique ſepta, & Aorno illa celebrata excelſior, muris validis autem undique cincta erat, & turribus munita altis.* Eam urbem undequaque mari cinctam probat idem autor paulo poſt, his verbis, de eodem Manuele in eadem obſidione: Ὁ δὲ βασιλεὺς ...... εἰς νῆα ἐνέβη τὴν στρατηγίδα.

κὰι κύ-

καὶ κύκλῳ τῆς Κερκυραίων πᾶσαν καλῶς περιελθὼν, οἱ προσϐάλλει ἐπιμελῶς κατεσκέπτετο. Id eſt: *Rex vero navem prætoriam conſcendit, & circum circa Corcyræorum urbem perluſtrans curioſe, qua parte eam aggredi deberet conſideravit.* Eam igitur Manuel vi expugnare non potuit, ſed longa obſidione, deficientibus alimentis obſeſſorum, obtinuit, ut narrat idem autor. Tam munita ex natura ſitus urbs, tamen ſponte derelicta fuit ab Antonianis militibus, & Octavius Cæſar eam ſine labore ſibi ſubjecit, quod narrat Dio lib. 50, his verbis de Octavio: Τὸν τὲ πεζὸν ὑπὸ τὰ ὄρη τὰ Κεραύνια ἐκϐιϐάσας ἐκεῖσε ἔπεμψε, καὶ αὐτὸς τῇ ναυσὶ τὴν Κέρκυραν ἐκλειφθεῖσαν ὑπὸ τῶν ἐμφρουρούντων λαϐὼν, ἐς τὸν λιμένα τὸν Γλυκὺν ὠνομασμένον κατέσχε. Id eſt: *Et cum pedeſtres copias ſub montibus Cerauniis expoſuiſſet, ibi eas miſit, ipſe vero cum claſſe Corcyram à præſidiariis derelictam cum cepiſſet, portam dulcem cognominatum occupavit.* Sed talia militiæ flagitia, in bellis civilibus præſertim, aliquando committuntur. Eam urbem ſub Græcis Imperatoribus metropolitanam dignitatem obtinuiſſe, teſtis eſt catalogus metropolitarum ſedium, qui extat ad calcem Codini editus, & ibi in primo quidem catalogo Sedem 73. obtinet: Sed in neutro genere pluraliter ſcribitur ejus nomen τὰ Κέρκυρα. At mutato ſedium ordine ab Andronico Palæologo in ſecundo catalogo, multo inferius collocata, ea ſedes in numerum 89. rejecta eſt: Ὁ Κερκύρων. ἃ ογ'. ὄντα, π θ'. γεγόνασιν. Id eſt: *Corcyræorum, quæ cum 73. eſſent, 84. facta ſunt.* Duos portus habuit ea urbs, ut ſupra Homerus nos docuit: horum unus olim dicebatur Ὑλλαϊκὸς *Hyllaïcus*, alter vero πρὸς ἀγορὰν *ad forum* à Thucydide dictus eſt lib. 3. & ſic diſtinguuntur ab eo in narratione pugnæ, quæ inter optimates & plebem facta fuit in ipſa urbe: Ἀφικομένης δὲ νυκτὸς, ὁ μὲν δῆμος ἐς τὴν ἀκρόπολιν καὶ

τὰ μετέωρα τῆς πόλεως καλαφεύγει, καὶ αὐτοῦ συλλεγεὶς ἱδρυώθη, καὶ τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα εἶχον. Οἱ δὲ τήν τε ἀγορὰν καπέλαβον, οὗπερ οἱ πολλοὶ ᾤκουν αὐτῶν, καὶ τὸν λιμένα τὸν πρὸς αὐτὴν, καὶ πρὸς τὴν Ἤπειρον. Id eſt· *Nocte vero ingruente plebs in acropolin & urbis excelſiora aufugit, & ibi confertus conſedit, & portum Hyllaïcum habebat: alii vero forum occupaverunt, ubi multi eorum habitabant, & portum, qui ad forum & Epirum ſpectat.* Ex hoc loco, ut nec ex tabulis, non colligitur, quiſnam portus fuerit Hyllaïcus; & quis ad forum dictus fuerat, viderint Venetiani, qui ea urbe nunc potiuntur, & ſi quis inter eos geographica curat: nam in tabulis portus ambo videntur Epirum ſpectare. Ideo diſquiſitionem eam iis, qui eos portus & ipſam urbem viderint & conſideraverint, lubens relinquo, & ad alias inſulæ partes propero. In occidentali parte inſulæ, aliquantulum ad ſeptentrionem tendente, fuit olim Κασιόπης civitas celebris ſatis cum portu, eam Ptolemæus notavit tab. 10. forte etiam de ea Cicero lib. 16. epiſt. ad famil. epiſt. 9. Dixi forte, ne forte dixerit de altera Caſſiope, quæ in Epiro fuit, de qua ſupra ſuo loco diximus. In ea voce Niger corrigendus, male enim apud eum legitur *Caſſiopolim*, & ſi ita ſcripſit male legebat apud Ptolemæum Κασιόπολις pro Κασιόπη πόλις. Moletius eam vocat *Santa Maria di Caſſipo*, & ſic hodie vocari audio.

Poſt Caſſiopem Ptychiam urbem recenſet Niger, quam ponit in littore inter Caſſiopem & Corcyram urbem: ſed ibi ſunt tenebræ, nec ſatis dilucide ſuam explicat ſententiam. Mappa Corcyræ inſulæ, quæ curioſe exarata videtur, Pagiopolim in peninſula ponit ad orientem civitatis Corfu: At Niger ſuam Ptychiam ait nunc vocari Palæopolis, quæ forte eadem eſt, cum Ortelii Pagiopoli, & forte utrobique legendum *Palæpolis*.

Itaque

Itaque non concordant inter ſe mappa ab Ortelio publicata & Nigri deſcriptio, litem dirimere poterunt ii, qui ea loca pervagarunt.

Λευκιμνη ἄκρα ſecundum Thucydidem, Λευκίμμη, Straboni, & Λευκιμμα. Ptolemæo, promontorium eſt, vel ut cenſet Niger, & non ſine ratione, promontoria duo. Nam in tabula Ortelii *Cabo Bianco* notatur ad inſulæ cornu, quod magis ad meridiem & mare apertum vergit, & ex nomine bene concluditur, eſſe vel Λευκίμνην ἄκραν, vel ejus partem: at ex Thucydidis narratione colligitur, Λευκίμνην vocatum fuiſſe alterum ejus promontorii cornu, quod ſpectat Epirum & Sybota, ubi Corcyrenſes locarunt trophæum, ob victoriam contra Corinthios partam, qui inter Actium & Leucimnam pugnata fuit, quod cornu hodie *Laſcamo* vocatur, voce à *Leucimma* aliquantum detorta: itaque totus ille tractus littoris, quod mare & meridiem ſpectat uſque à *Laſcamo* ad *Cabo Bianco*, nullo ſinu ſeparatus, Λευκίμνη vel Λευκίμμα ob albedinem crepidinum vocabatur.

Ἀμφίπαγον ἄκρα habet Ptolemæus, quod promontorium ponit ad partem inſulæ, quæ mare apertum ſpectat, item aliud Phalaconon, quæ non notantur in tabula Ortelii. Niger Amphipygum habet: ſed videtur id ponere in altero latere inſulæ verſus Epirum: hoc promontorium vocat Ἀμφίπολιν Buondelmontius nondum editus, in ſummitate cujus ponit caſtellum *Sancti Angeli*, & prope portum & rivulum deſcribit. Ideo Nigro fidem derogant Ptolemæus, & Buondelmontius inſulæ αὐτόπτης. Sunt plures nullius nominis inſulæ circa ea littora, ſed quas memoratu indignas indicavit Strabo lib. 10. Ideo non eſt operæ pretium in iis immorari.

At de Ptychia inſula non tacendum, Thucydides

enim eam nobilitavit lib. 4. ubi de victoria Athenienſium & clade eorum & Corcyræorum, qui Iſtonem montem occupaverant, hæc ait: Ξυνέβησαν, ὥστε τοὺς μὲν ἐπικούρους παραδοῦναι· περὶ δὲ σφῶν τὰ ὅπλα παραδόντων τὸν Ἀθηναίων δῆμον διαγνῶναι. καὶ αὐτοὺς εἰς τὴν νῆσον οἱ στρατηγοὶ τὴν Πτυχίαν εἰς φυλακὴν διεκόμισαν ὑποσπόνδους. Id eſt: *Pacti ſunt, ut auxilares traderent: de ſe vero poſt tradita arma populus Athenienſium judicaret, & eos in inſulam Ptychiam data fide duces tranſportarunt.* Inde colligitur, eam inſulam fuiſſe Corcyræorum civitati vicinam, nec alia, ut puto, poteſt eſſe quam ea, quæ ad os portus Corfu civitatis præjacet, & nunc *inſula Sancti Viti* vocatur. In Corcyra inſula fuit etiam mons Ἰστώνη, *Iſtone* vocatus, cujus meminerunt Thucydides, Polyænus & Stephanus; ſed hi duo ultimi omnia habent ex Thucydide, qui lib. 3. de exulibus Corcyræis hoc ait: Ὕστερον δὲ οἱ φεύγοντες τῶν Κερκυραίων ..... τείχη τε λαβόντες, ἃ ἦν ἐν τῇ Ἠπείρῳ ἐκράτουν τῆς πέραν οἰκείας γῆς, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁρμώμενοι, ἐλῄζοντο τοὺς ἐν τῇ νήσῳ .... καὶ ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἐπράσσετο, ὕστερον χρόνῳ πλοῖα καὶ ἐπικούρους παρασκευασάμενοι, διέβησαν εἰς τὴν νῆσον ἑξακόσιοι, μάλιστα οἱ πάντες καὶ τὰ πλοῖα ἐμπρήσαντες, ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλο τι ἢ κρατεῖν τῆς γῆς ἀναβάντες ἐς τὸ ὄρος τὴν Ἰστώνην, τεῖχος ἐνοικοδομησάμενοι, ἔφθειρον τοὺς ἐν τῇ πόλει. Id eſt: *Poſtea exules Corcyræi, caſtella quæ in continente erant, occupantes terram eorum, quæ ultra mare erat poſſederunt, & inde prædabantur eos qui inſulam habitabant. .... At quum nihil profeciſſent, aliquo tempore poſtea naves & auxiliares copias cum præparaſſent, in inſulam transfretarunt circiter ſexcenti, atque incenſis navibus, ut deſperarent de omni alia re præter quam de occupanda ea terra, aſcendentes in montem Iſtonem & munitionem ædificantes, urbis cives male multabant.* Et rurſus lib. 4. de eodem negotio, & de ducibus Athenienſibus

ſibus Eurymedonte & Sophocle ait: Ἀφικόμενοι ἐς Κέρκυραν, ἐστράτευσαν μετὰ τῶν ἐκ τῆς πόλεως, ἐπὶ τοὺς ἐν τῷ ὄρει τῆς Ἰστώνης Κερκυραίων καθιδρυμένους, οἳ τότε μετὰ τὴν στάσιν διαβάντες ἐκράτουν τῆς γῆς .... προσβαλόντες δὲ τὸ μὲν τείχισμα εἷλον. οἱ δὲ ἄνδρες καταπεφευγότες ἀθρόοι πρὸς μετέωρόν τι ξυνέβησαν. Id eſt: *Cum veniſſent Corcyram, bellum intulerant iis, qui erant in urbe conjuncti iis Corcyræis, qui Iſtonem montem inſederant, qui poſt ſeditionem cum transfretaſſent, terræ domini facti fuerant .... invecti munitionem expugnaverunt, viri vero fugientes in locum quendam editum ſe receperunt, & pepigerunt, &c.* Ex his duobus locis colligimus, munitionem illam non fuiſſe in ſummo monte, quando locus erat quidam editior. Sed tamen in ipſo monte, qui quidem non erat longe à civitate, nude colligo, fuiſſe in parte montis, qui nunc ab Italis vocatur *Falario monte*, & in parte, quæ planitiem & urbem ſpectat, vel in monte ubi nunc *Sant Angelo* caſtellum notatur. Extat in bibliotheca Thuanæa Pariſiis, codex manuſcriptus de inſulis Archipelagi, autore Chriſtophoro Buondelmontio, in quo videtur Corcyræ inſulæ tabula, non elegans quidem, ſed à viro αὐτόπτῃ, id eſt, *Qui præſens viderat*, exarata, in qua notatur mons *Falarius* ad occidentalem & ſeptentrionalem inſulæ partem, & ad meridionalem, alia montis catena ſine nomine, in cujus parte boreali *Sant Angelo*, oppidum ceu caſtellum notatur, non multum à ruinis urbis antiquæ diſtans, de quo ſic ait autor. *In Amphipoli vero promontorio oppidum Sancti angeli altiſſimum erigitur, quod à longe nautæ proſpectant, ab oriente uſque Corſu & ultra, ex parte Trionis planities amœna & multarum habitata gentium ampliatur, & in ea olim Cercyra urbs deleta cernitur tornamentiſque columnis ampliata, Phalarius mons altiſſimus ab ea videtur, qui Dodonem ſylvam in*

 terra

terra conſpicit. Hæc licet barbare admodum enunciata, aliquid tamen nos docent, ſed erravit, puto, dum ipſe putavit macerias illas & columnas, quas vidit, eſſe ruinas Corcyræorum urbis deletæ. Nam adhuc exiſtit in eodem promontorio bicipiti, ubi olim erat, ſed erant potius ut conjicio ruinæ templi Junonis, de quo ex Thucydide diximus ſupra, nam urbem non fuiſſe in plano ſitam multis autoritatibus probavimus. An eæ ruinæ & columnæ etiam hodie extent, videant Veneti, qui in ea inſula dominantur. De Phalario illo monte, ſic pergit Buondelmontius barbariſans. *In radicibus autem montis ejus ſcopulus eſt, quem ob ſimilitudinem Ulyſſis navem fuiſſe dixere vetuſti, prope vero Lancinnam promontorium Caſſiopis, mœnibus erectis & jam à privatis olim deſolata videtur, cujus in radicibus planicies, una cum infecta palude conſpicitur, à latere vero horum mœniorum eccleſia noſtri domini ab hominibus viſitatur multis, qui exauditi repatriantur hilares.* In quibus verbis hæc notanda videntur. Primo quod promontorium Lancinnam ponit prope Caſſiopem, de quo nullus antiquorum meminit: id non videtur poſſe eſſe aliud, quam illud, quod in extremitate inſulæ opponitur Onchiſmi vel Buthroti promontorio, & ibi mare coanguſtat & Euripum facit. Ejus nomen non inveni apud autores, & valde dubito ne falſus ſit Buondelmontius, & montem Leucimnam habens in animo natantem, male indiderit id nomen promontorio ſeptentrionali. Secundo, eccleſiam Domini noſtri vocat, quæ nunc Dominæ noſtræ dicata eſt, & *Santa Maria di Caſſopo* nominatur, ſed quoniam eæ voces noſtri Domini per abbreviationem ſcriptæ ſunt, potuit exſcriptor in iis erraviſſe.

In eodem Epiri littore, verſus orientem, ſequuntur duæ inſulæ, quas Polybius lib. 2. πάξους vocat. Sic etiam

Dio

Dio lib. 50. τῆς περὶ Παξοῖς θαλάσσης. Plutarchus vero lib. de Oracul. defectu pluraliter quidem enunciavit: τὴν ναῦν διαφερομένην πλησίον γενέσθαι Παξῶν. Paulo infra vero ait: φωνὴν ἀπὸ τῆς νήσου τῶν Παξῶν ἀκουσθῆναι. Id eſt: *Navem huc illuc varie impulſam prope Paxos, advectam fuiſſe.* At paulo poſt: *Vocem auditam fuiſſe ab inſula, quæ Paxis vocabatur.* Tanquam ſi una inſula ſola pluraliter, Paxis vocata fuiſſet. Sed Plinius lib. 4. aliter ſentit, dum ait: *Ad Leucadiam Paxæ duæ, quinque millia diſcretæ à Corcyra.* Concinit Dominicus Niger, qui tam exacte eas deſcribit, ut non dubium ſit, quin eas ex proprio viſu deſcribat. Sic enim ait: *Ad ortum Leucadiam verſus, Paxæ duæ.* Modo: *Paxa altera, quæ major eſt (nam* 10 *mill. paſſ. ambitur) forma quadrata, cujus orientalis pars petroſa eſt: vicus in campo & portus tutiſſimus; occidentalis vero plana vitibus & aliis domeſticis arboribus frequens. Hæc inſula quondam pars Corcyræ fuiſſe dicitur æſtu maris abſciſſa* 10 *mill. paſſ. fere intervallo, à littore quindecim, cui ad auroram altera minor anguſto diſcreta freto.* Hanc inſularum topotheſiam non habet ex Plinio, ut pleraque, & ſane exacta ſatis & diligens eſt. Omnes recentes tabulæ duas inſulas notant, quarum majori nomen *Pachſu* imponunt, minori vero *Antipachſu.* Eas Ptolemæus non novit, & loco earum in eadem longitudine & latitudine fere *Ericuſam* ponit, multo ignobiliorem, ſed id condonandum viro Ægyptio.

LIBER TERTIUS.

Caput I.

De ACARNANIA.

Poſt Epirum in eodem tractu littoris, orientem verſus, ultra os Ambracici ſinus, prima occurrit *Acarnania*, quæ tempore Homeri videtur id nomen non habuiſſe, ejus enim mentionem non facit. Autor brevium Scholiorum ad verſum 525. libri 1. Iliad.

Κουρῆτες τ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι. Id eſt: *Curetes præliabantur & Ætoli bellicoſi.*

Sic ait: Κουρῆτες, Ἀκαρνᾶνες οἱ ἐν Πλευρῶνι πόλει τῆς Αἰτωλίας οἰκοῦντες. Id eſt: *Acarnanes qui Pleuronem urbem Ætoliæ incolunt.* Et ſic videtur Acarnaniam ultra Acheloum extendere contra ipſum Strabonem, qui Acheloum fluvium limitem Acarnaniæ facit, verſus orientem & ſic ait lib. 10. Αἰτωλοὶ μέν τοι νῦν, καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμοροῦσιν ἀλλήλοις μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχέλωον ποταμόν .... Ἀκαρνᾶνες μὲν τὸ πρὸς ἑσπέραν μέρος ἔχοντες τοῦ ποταμοῦ, μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου. Id eſt: *Ætoli igitur & Acarnanes ſibi invicem limitanei ſunt, medium habentes Acheloum fluvium .... Acarnanes quidem partem ad occidentem fluvii habentes uſque ad Ambraci um ſinum.* At Herodotus in Europe, Acheloum fluere ait διὰ Ἀκαρνανίας, *per Acarnaniam*, quod innuere videtur tempore Homeri Acarnanas etiam habitaſſe Ad Homericum ſenſum ſuam notam accommodavit Didymus, ceu quiſquis fuerit autor brevium Scholiorum ſupra citatus, qui Pleuronem urbem eis tribuit, quam tamen ait fuiſſe Ætoliæ, & ſic videtur ſibi contradicere. Sed diſtinguenda ſunt tem-

pora: ſcilicet Acarnanes Pleurona poſſidebant, tempore vero Didymi accenſebatur Ætoliæ, tempore vero Heroico ante Trojanam expeditionem Teſthiadæ Ætoli Pleuronem poſſidebant, Calydonem Oeneadæ, ſi fides omnibus Tragicis. Itaque Acarnaniæ limites, ſecundum diverſa tempora, vel ampliati, vel coarctati ſunt. Sed eos ſecundum Geographi mentem ponimus ad occidentem ſinum Ambraciæ, ad orientem Acheloum amnem, ad meridiem mare Jonium dictum, ad ſeptentrionem vero Amphilochos & Agræos, addit enim idem Strabo lib. 10. Ὑπέρκεινται δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ, καὶ τοῖς πρὸς βορέιοις μέρεσι, τῶν μὲν Ἀκαρνάνων Ἀμφίλοχοι, τούτων δὲ Δόλοπες, καὶ ἡ Πίνδος. Id eſt: *Supra Acarnanas in mediterraneo, & ſeptentrionem verſus, ſiti ſunt Amphilochi, ſupra hos vero Dolopes, & Pindus.* Et paulo poſt: Τὸ δὲ νότιον πλευρὸν τό, τε Ἀκαρνανικὸν ὁμοίως, καὶ τὸ Αἰτωλικὸν κλύζεται τῇ ποιούσῃ θαλάσσῃ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, εἰς ὃν ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς ἐξίησιν, ὁρίζων τήν τε Αἰτωλῶν παραλίαν, καὶ τὴν Ἀκαρνανικήν. Id eſt: *Latus autem auſtrinum tam Acarnanicum quam Ætolicum, mari quod facit Corinthiacum ſinum, in quod Achelous fluvius exit, diſterminans Ætolorum littus & Acarnanum* (terminatur.) Sed ecce idem Strabo recantat, & aliter cenſet, & ultra Acheloum uſque ad Euenum Acarnaniam extendit, ſic enim lib. 8. Ἀπὸ δὲ Ἀχελώου ἐπὶ τὸν Εὔηνον Ἀκαρνᾶνές εἰσι, εἶθ᾽ ἑξῆς ἐπὶ τὸ Ἀντίρριον Αἰτωλοί. Id eſt: *Ab Acheloo autem uſque ad Evenum Acarnanes ſunt, deinde ordine uſque ad Antirrhium Ætoli.* Unde patet ex diverſis autoribus, in eo diſſentientibus, ea quæ ſcripſit, Strabonem accepiſſe. Nempe prout alterutri prævaluerant, eam inter Acheloum & Euenum regionem ſibi vindicabant. Olim Acarnanes Ephyri dicebantur, ſi fides Heſychio, qui breviter ut ſolet: Ἐφύρους τοὺς Ἀκαρνᾶνας. An antequam Curetes dicerentur, an

poſt, dubium eſt, ſolus enim eſt, qui de eo nomine mentionem fecerit. Idem etiam Epirum Nigram appellatam fuiſſe ait: ſic Ἠπείροιο μελαίνης. A quo poëta id acceperit, non eſt dubium, nempe ex Homero qui Odyſſ. 7. verſ. 97. & Odyſſ. φ. verſ. 109 & Hymno in Bacchum verſ. 22 eas voces habet. Sed ex iis locis non liquet, eum Acarnaniam intellexiſſe, aut etiam ſi intellexit, eam regionem nomine proprio, κυρίως ſic appellaſſe. Nam ut arbitror apud eum ἠπείροιο μελαίνης, voces ſunt ſignificativæ, non appellativæ, & verti debent *Continentis Nigri*, quoniam terra è longo proſpectu ab iis qui in mari aut inſulis ſunt apparet Nigra, præcipue ſi ſylvoſa fuerit. Non fuit ergo proprium Acarnaniæ nomen, ſed epithetum continentis. Solus Ælianus appellative ſumpſit lib. 13. cap 19. Ἐν τῷ Ἰονίῳ πελάγει (ait) κατὰ τὴν Λευκάδα, καὶ τὴν πρὸς τῷ Ἀκτίῳ θάλατταν, ἔνθα τοὶ καὶ τὴν χῶρον καλοῦσιν Ἤπειρον. Id eſt: *In Jonio mari prope Leucatan, & mare quod eſt ad Actium, ubi locum etiam Epirum vocant*, certum quendam locum non totam regionem vocatam, fuiſſe Epirum dicit: nec dubito, quin ſignicativam vocem in appellativam ipſe tranſtulerit.

At Ptolemæus ipſam Acarnaniam partem facit Epiri, Epirumque extendit uſque ad Acheloum, μέχρι τῆς τοῦ Ἀχελώου ποταμοῦ ἐκβολῆς. credo quod eo tempore, quo ſcribebat ſub præſide Epiri, erat etiam Acarnania comprehenſa ſub nomine Epirus, & ita Pancirollus in ſua notitia Epirum extendit. Sed fatendum eſt, nullam aliam Græciæ provinciam, tam incertis limitibus notatam, & apud autores variis etiam nominibus appellatam fuiſſe. Teſtis Favorinus in voce Σειρῆνες, ubi ſic ait: Σειρῆνες θυγατέρες γεγόνασι Τερψιχόρης μούσης, καὶ Ἀχελώου ποταμοῦ, μεταξὺ ῥέοντος τῆς Αἰτωλίας, καὶ ὀρκανίας (lege Ἀκαρνανίας) τῆς καὶ Ἀμβρακίας νῦν ἢ Νικοπόλεως. Id eſt: *Sirenes filiæ fuerunt Terpſi-*

Terpſicoræ muſæ, & Acheloi fluvii, qui fluit inter Ætoliam & Acarnaniam, quæ & Ambracia, quæ nunc Nicopolis dicitur. Cum hoc Favorini loco concordat Tzetzes in iis quæ commentatus eſt ad vocem ἀργυρόγονον apud Lycophronem verſu 648. Nam ne verbum quidem mutatum. Acarnaniam olim habitaſſe Lelegas, teſtis fuit Ariſtoteles, quem citat Strabo lib. 7. pag. 321. Sed id ſi bene memini, jam ſupra notavimus, ubi de Lelegibus ſatis fuſe tractavimus. Poſt eos etiam Teleboæ ibi incoluerunt. Sed eo tempore, ut puto, urbibus non frequentata fuit: Leleges enim gens vaga, & nullibi ſedes fixas ponentes, condendis urbibus non dabant operam. Itaque nulla urbs in eo littore, nec Lelegum, nec Teleboarum fuiſſe dicitur. Eam regionem Thucydides ait nomen accepiſſe ab Acarnane Alcmæonis filio, & in eo morem Græcorum ſequutus eſt, qui ſemper aliquem Heroëm nomen indidiſſe regioni cuilibet vel urbi aſſerunt, aliquando vero ſæpe fingentes. Ejus regionis pars maritima à quodam Demageto vocatam fuiſſe Ἀκτὴν aſſerit Stephanus: quantum fidei mereatur ille Demagetus prorſus ignoro; nam de eo nihil inveni alibi. Sed puto id intelligi debere de Leucade, de qua Homerus Odyſſ. ω. verſu 376. ait ex perſona Laërtis:

> Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
> Ἀκτὴν Ἠπείροιο Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων. Id eſt:
> *Qualis cum Nericum cepi bene ædificatum oppidulum,*
> *Littus Epiri, cum Cephaleniis imperabam*

Ubi ſic commentatur Euſtathius: Νήρικον δὲ φασί τινὲς παρὰ τῷ ποιητῇ τὴν ὕστερον Λευκάδα, ἣν ὁ γεωγράφος ἀκτὴν Ἠπείρου λέγει, τ Ἀκαρνανίαν οὖσαν . . . . . . καὶ χερρόνησον φασὶ ποτὲ εἶναι, ἧς μέρος ἦν ὁ Νήρικος. Id eſt: *Nericum quidam volunt dici apud poetam eam, quæ poſtea Leucas*

dicta eſt, quam Geographus Actam Epiri vocat, ad Acarnanas pertinentem ..... & ajunt, peninſulam quondam fuiſſe, cujus pars quædam erat Nericus. Sed de Leucade infra fuſius ſuo loco. De Acarnania ſic Scylax: Μετὰ δὲ Ἀμβρακίαν Ἀκαρνανία ἔθνος ἐστί· καὶ πρώτη πόλις αὐτόθι Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ Εὔριπος, καὶ Οὔριτον ἐν τῷ Ἰκωνίῳ, καὶ ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου, Ἀνακτόριον, καὶ λιμὴν Ἀκτὴ, καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν. Id eſt: *Poſt Ambraciam, Acarnania regio eſt, & prima ejus civitas Argos Amphilochicum, & Euripus, & Uritum in Iconio, & extra ſinum Anactoricum Anactorium, & portus Acta, & urbs Leucas cum portu.* Hunc locum, miſere corruptum & male diſtinctum, tentabo ſaniorem reddere, & primum notandus eſt Scylacis ordo confuſus ſatis & ſine ordine. Nam primo ponit Argos Amphilochicum primam quæ occurrit urbem in Acarnania, quæ tamen ab aliis Ætoliæ accenſetur. Sed id bene eſt, & ſatis bene procederet, ſi à ſeptentrionali parte Acarnaniæ inciperet. Sed inde ſtatim ad mare exterum & meridiem recurrit, & de Euripo loquitur, qui nullus alius eſſe poteſt, quam os ſinus Ambraciæ, ab Argis Amphilochicis valde remotus, ſed is eſt error Scylacis, cætera vero exſcriptorum. Nam quid foret Οὔριτον ἐν τῷ Ἰκονίῳ? legendum ſide dubio cenſeo, ἱερὸν ἐν τῷ Ἀκτίῳ, ſic enim veritas rei & ordo poſt Euripum poſtulat. Sequitur: καὶ ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου, Ἀνακτόριον καὶ λιμὴν Ἀκτὴ, καὶ πόλις Λευκὰς, &c. quæ male diſtincta ſic reſtituo, καὶ εἴσω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου Ἀνακτόριον, καὶ λιμὴν Ἀκτὴ καὶ πόλις Λευκὰς, repoſui εἴσω *intus* pro ἔξω *extra*, nam & ex aliis autoribus probatur Anactorium urbem fuiſſe interius ad ſinum ſitam, ex hoc loco etiam colligi poteſt. Nam ſi Anactorium fuiſſet extra ſinum ad littus maris exteri ſitum; ab eo male denominaſſet eum Scylax Anactoricum. Nam ut ab Ambracia

bracia urbe vocabatur pleriſque ille ſinus Ambracicus, eo quod ad ejus littus ſita erat Ambracia; ſic à Scylace & paucis aliis, qui eum ſequuti ſunt, Anactoricum eum ſinum vocarunt ab Anactorio, urbe ad ejus littus ſita. Cæterum male ex Stephano colligunt, Actam fuiſſe urbem Acarnaniæ, eſt tantum littoris aſperi & abrupti nomen, à quo templum Apollinis Actium vocatum eſt, & circa illud templum ſatis frequentatum, ad commoditatem commeantium, domus ædificatæ ſunt. Totus locus non *Acta*, ſed *Actium*, vocatus eſt: de iis locis infra in ſuo ordine. Apollodorus, ſatis prolixe de Alcmæone & ejus filiis Amphilocho & Acarnane hiſtoriam narrat, & ab iis regionibus data eſſe nomina aſſerit. Locus eſt prolixior, eum videſis lib. 3. Julius Solinus, in deſcribendo Acarnaniæ ſitu emendatione indiget, ejus verba ſunt cap. 13. *Acarnania, Aracyntho eminet, hanc ab Ætolia Pindus dividit, qui Acheloum parit.* Legendum ut veritas in verbis conſtet: *hanc ab Ætolia Achelous dividit, quem Pindus parit.* Nam aliter pugnaret Solinus contra omnes autores ſupra laudatos & ipſum Plinium, cujus eſt exſcriptor perpetuus, qui lib. 4. cap. primo ſic habet: *Amnis Achelous e Pindo fluens atque Acarnaniam ab Ætolia dividens.* Nihil ergo verius eſt noſtra emendatione. Plutarchus certe in Pericle, cum iis ſentire videtur, qui Acheloum volunt Acarnaniam ab Ætolia diſterminare, dum ſic ait: Ἐκ δὲ Ἀχαΐας φίλης οὔσης στρατιώτας ἀναλαβὼν εἰς τὰς τριήρεις, ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον ἐκομίσθη τῷ στόλῳ καὶ παραπλεύσας τὸν Ἀχελῷον Ἀκαρνανίαν κατέδραμε. Id eſt: *Et cum ab Achaja amica regione milites accepiſſet, in triremibus ad continentem oppoſitam claſſe delatus eſt, & cum Acheloum præternavigaſſet, Acarnaniam incurſitavit.* Sed ut jam dixi diſtinguenda ſunt tempora. Nam prout altera gens prævaluit, ad ſe tra-

ſe traxit viciniam & limites ampliavit. T. Livius vero Acarnaniam olim fuiſſe Ætolis attributam innuit clare lib. 26. *Et Acarnanas quos ægre ferrent à corpore ſuo diremptos, reſtituturum ſe in antiquam formulam juris ac ditionis eorum* (promiſit:) de Philippo loquitur. De nominis etymo hæc ait Stephanus in Ἀκαρνανία. Χώρα κεχωρισμένη τῶν Κουρήτων πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ. διὸ καλοῦνται οἱ μὲν κειρόμενοι Κουρῆτες· οἱ δὲ ἀκούρευτοι Ἀκαρνᾶνες· ἔνιοι δὲ ἔχειν ἀπὸ Ἥρωος τὸ ἑκάτερον φῦλον, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου τοὺς Κουρῆτας εἶναι φασὶν, οἱ δὲ θηλυστολοῦντας, ὡς αἱ κοῦραι τοὔνομα σχεῖν. Id eſt: *Regio ſeparata à Curetis, ad Acheloum: ideo vocantur ii qui tonſi ſunt Curetes, qui vero intenſi manent Acarnanes. Quidam vero volunt à Heroë quodam denominatam utramque gentem, quidam à monte Curio Curetas eſſe ajunt: alii quod puellarum more ſtolati erant, nomen habuiſſe.* A tonſione quidem Curetes dictos fuiſſe facile concederem, à privatione vero tonſuræ Acarnanas dictos fuiſſe, non facile crederem & mihi longe petita videtur hæc etymologia, licet Euſtathius ad Iliad. β. verſ. 539. eam repetat, ex hoc credo Stephani loco petitam. Eam regionem Dominicus Niger Ducatum ſive Deſpotatum appellari ſuo tempore dicebat, & Gregoras certe ejus regionis dominum Δεσπότην vocat lib. 8. cap. 8. Πεφόνευται (ait) πρὸς τοῦ ἀνεψιοῦ κόντου Κεφαλληνίας ὁ τῶν Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων δεσπότης. Id eſt: *Occiſus eſt autem à ſuo conſanguineo comite Cephaleniæ Ætolorum & Acarnanum deſpota.* Et hæc quidem de regione, quæ eo quod littora ut plurimum aſpera habebat ἀκτὴ ἠπείροιο dicta eſt ab Homero. De hac Strabo: Τῆς Ἀκαρνανίας ἀκτὴν δέχεσθαι δεῖ. Id eſt· *Acarnaniæ littus abruptum intelligere oportet*, & à pluribus *Acta* appellata eſt, & non ſolum apud Græcos ἀκτὴ littus abruptum & cautibus aſperum ſignificabat, ſed etiam Latini, ut Maro Æneid.

Æneid 5. *actam ſecretam* dixit, pro parte littoris abrupta, ubi mulieres Trojanæ latebant. Sed in Bucolicis ecloga 2. dixit in *Actæo Aracyntho*, id eſt littorali: vel particulariter intellexit Acarnaniæ littus vel Ætoliæ. Nam *Aracynthus* mons, Acarnaniæ tribuitur à quibuſdam, ab aliis Ætoliæ, eo quod de regione, ubi erat Aracynthus, ſemper bella & lites habuerant Acarnanes & Ætoli. Nec credendum eſt Servio, qui Thebanorum montem fuiſſe ait, id aſſumens ſine autore.

CAPUT II.

De ACTIO.

Nunc ad urbes procedendum & celebres Acarnaniæ locos, & primum in littorali tractu ſtatim ab Euripo, ceu ore ſinus Ambraciæ occurrit Ἄκτιον Actium, ab Acta dictum, ubi fuit Apollinis templum jam olim celebre, de quo Thucydides, lib. 1. pag. 21. dum de prima pugna navali inter Corinthios & Corcyrenſes ſic ait: Ἐπειδὰν δὲ ἐγένοντο ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς οὗ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου. Id eſt: *Poſtquam autem fuerunt in Actio Anactoriæ terræ, ubi templum eſt Apollinis ad ipſum os Ampracici ſinus.* Ex hoc loco diſcimus verum illius loci & templi ſitum, ad quem ſic commentatur Scholiaſtes: Ἡ Ἀνακτορία γῆ τῆς ἠπείρου ἐστὶ δὲ τὸ Ἄκτιον λιμήν. Id eſt: *Anactoria terra Epiri eſt autem Actium portus.* Fuit & oppidum, ut infra dicetur. De Actio loquuti ſunt poſt Thucydidem, Scylax, Strabo, Pauſanias, Plutarchus, Ælianus, Ptolemæus, Dio, Conſtantinus, Stephanus, Zonaras: Latini vero M. Tullius, Mela, Plinius, Suetonius, Marcianus Capella, Dominicus Niger: Poëtæ ve-

tæ vero Virgilius, Ovidius, Propertius, Silius Italicus & alii. Scylacis locum nuper emendavimus, ubi de hoc Actio memineram: illuc recurrenendum. Portum fuiſſe tutum, colligitur ex Ciceronis epiſt. ad Familiar. lib. 16. epiſt. 9. *Leucadem inquit venimus ad octavum idus Novembres, ad ſeptimum Actium, ibi propter tempeſtatem ad ſextum idus morati ſumus.* Strabo lib. 7. poſtquam de locis qui ſunt ad ſiniſtram introitus ſinus Ambraciæ tractavit, ſic ait: Οἰκοῦσι δὲ τοῖς μὲν ἐν δεξιᾷ εἰσπλέουσι τῶν Ἑλλήνων Ἀκαρνᾶνες· καὶ ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος ἐνταῦθα· ἐστὶ πλησίον τοῦ στόματος λόφος τις, ἐφ᾽ οὗ ὁ νεὼς, καὶ ὑπ᾽ αὐτῷ πεδίον ἄλσος ἔχον καὶ νεώρια, ἐν οἷς ἀνέθηκε Καῖσαρ τὴν δεκαναΐαν ἀκροθίνιον ἀπὸ μονοκρότου μέχρι δεκήρους· ὑπὸ πυρὸς δὲ ἠφανίσθαι καὶ οἱ νεώσοικοι λέγονται καὶ τὰ πλοῖα. Id eſt: *Habitant autem ad dextram eorum qui navi introeunt Græci Acarnanes, & templum Apollinis Actii ibi eſt. Juxta os ſinus clivus quidam, in quo eſt templum, & infra ipſum campus, ubi eſt lucus, & navalia, in quibus Cæſar dedicavit decem naves de præda, à nave unius ordinis, ad navem decem ordinum. Ajunt autem igne conſumptas fuiſſe naves eas & navalia.* Idem Strabo lib. 10. ubi de littorali Acarnania & Ætolia tractat, ſic ait: ἀπὸ γὰρ τοῦ στόματος ἀρξαμένοις καὶ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου πρῶτόν ἐστιν Ἀκαρνάνων χωρίον τὸ Ἄκτιον. Id eſt: *Nam ab ore incipientibus & ſinu Ambracico primus occurrit locus Acarnaniæ Actium.* Addit: Ὁμωνύμως δὲ λέγεται τό τε ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος καὶ ἡ ἄκρα, ἡ ποιοῦσα τὸ στόμα τοῦ κόλπου, ἔχουσα καὶ λιμένα ἐκτός. Id eſt: *Idem vero nomen habent, & templum Apollinis Actii & promontorium quod facit os ſinus, habens etiam portum exteriorem.* Ex hoc rurſus loco verus templi ſitus ſatis colligitur, nec eſt opus, plures autorum locos inutiliter accumulare in eo argumento. Templum illud valde celebre & ab antiquo notum, ſanctum, & inviolatum perdiu

perdiu manſit: non potuit tamen effugere pyratarum vim & avaritiam. Sed eorum rapinas expertum eſt tempore Pompeji, ut in ejus vita ait Plutarchus: τῶν τε ἀσύλων καὶ ἀβάτων πρότερον ἱερῶν ἐξέκοψαν τὸ Κλάριον .... τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος τὸν ἐν Ἀκτίῳ καὶ Λευκάδι, &c. Id eſt: *Inviolatorum & intactorum templorum autem diripuerunt Clarium .... Apollinis vero quod in Actio & Leucade.* Celeberrimum poſtea factum eſt ob navalem inter Cæſarem & Antonium pugnam, quæ ante fauces Ambracici lacus & ad ipſum Actium pugnata eſt, quam fuſe ſatis Plutarchus in Antonio, & Dio lib. 50. narrant, non equidem in omnibus concordes, ſed ſatis in eo, quod ad Actium promontorium & ante fauces Ambracici lacus commiſſa fuit. Omnes illi antiqui ἱερὸν vocant, id eſt, *templum*, ſive *ſacrarium*, tamquam ſi ſolum templum ibi extaſſet nullo adjuncto oppido, & forte ita erat priſcis illis temporibus. Sed poſtea, urbem ibi fuiſſe docet Mela lib. 2. cap. 3. *In Epiro* (ait) *nihil Ambracio ſinu nobilius eſt: facit ſinus, qui anguſtis faucibus, & quæ minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit: faciunt urbes, quæ aſſidunt, Actium, Argia Amphilochis &c.* Ita etiam Virgil. lib. 3. Æneid.

Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo,
Hunc petimus feſſi & parvæ ſuccedimus urbi.

Aperit Virgilius cauſam, cur de templo ſolo loquuti ſint antiqui, ſcilicet templum erat celebre, urbs vero exigua, & templi appendix, ſeculo nempe Æneæ, ſed poſtea, præcipue poſt pugnam Actiacam, Auguſto favente, urbs magna & colonia facta eſt, quod nos docet Plinius lib. 4. cap. 1. *In ore ipſo* (ait) *colonia Auguſti Actium, cum templo Apollinis nobili.* Et inde credo ſumpſit Marcianus Capella ea, quæ ſcripſit cap. de tertio Europæ ſinu: *Poſt*

aliquot gentes etiam Actium colonia cum Apollinis templo. &c. Licet ea urbs colonia facta, & multis privilegiis ab Auguſto ornata, non uſque quaque fœlix fuit, ſed & adverſam fortunam poſſa eſt barbarorum incurſionibus, ut videre eſt apud Mamertinum in Paneg. quem Juliano Imperatori dixit. Corrigendæ in ea voce tabulæ, ubi male Actia Nicopori: Legendum enim Actio Nicopoli. Caſtigandus etiam videtur Propertius, qui in carmine de pugna Actiaca lib. 3. eleg. 6. Actium Athamaniæ facere videtur.

Eſt Phœbi fugiens Athamana ad littora portus,
Qua ſinus Joniæ murmura condit aquæ.

Et incaſſum excuſare tentavi, ſic turbato ordine conſtruens. Eſt Phœbi portus, qua ſinus Joniæ aquæ condit murmura, fugiens ad Athamana littora. Nam & illa conſtructio turbata admodum, videtur vim facere menti poëtæ, & ita conſtruendo non foret extra culpam: nam ſinus ille fugiens non accedit ad Athamaniam, quæ nunquam fuit littoralis, ſed ad Amphilochos & Agræos, quos Athamanibus accenſitos fuiſſe nuſpiam legitur. Et Propertii tempore Athamanum gens defecerat, & eorum terra ſub Epiri nomine comprehendebatur. Promontorium Actium olim vocatum, nunc *Cabo Figalo* ab Italis nautis vocatur, ut ait Pinetus ab Ortelio citatus, ſed hodie ob munitionem, à Turcis in eo ad anguſtias oris ſinus ædificatam, è regione alterius in oppoſito littore ſitæ, *Dardanello* dicitur, nomine ab Helleſponticis munitionibus mutuato, quod jam ſupra notavi.

CAPUT

CAPUT III.

De ANACTORIO.

Poſt Actium in ipſo littore Ambracici ſinus ſitum erat *Anactorium*, quod tamen videtur negare Scylax, ſed ejus verba ſupra emendavimus, & pro ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου, id eſt, *extra Anactoricum ſinum*, legendum eſſe εἴσω, id eſt, *intra*, docuimus, ſi quis tamen pugnet, Scymnus Chius dicit:

Ἐν τῇ παραλίᾳ δ' ἐστ' Ἀνακτόριον πόλις·
Ταύτην δ' Ἀκαρνᾶνες καὶ Κορίνθιοι
Ἀπῴκισαν· μετὰ ταῦτα δ' ἡ Ἀκαρνανία. Id eſt:
In littore ſitum eſt Anactorium civitas,
Eam autem incoluerunt Acarnanes & Corinthii.
Deinde ſequitur Acarnania.

Scias ſinum Ambracium eſſe mare, & Melam lib. 2 cap. 2. eum ſinum vocaſſe *grande Pelagus*, & ideo vox παραλία tam bene convenit terræ quam ille ſinus alluit, quam mari Jonio exteriori. In ea quæſtione nihil luminis habet Thucydides, nam pluribus in locis ait ſitum fuiſſe Anactorium ad os Ambracici ſinus, ſine ampliori declaratione, ſed litem decidit Strabo lib. 10. Τοῦ δ' ἱεροῦ τετταράκοντα μὲν σταδίους ἀπέχει τὸ Ἀνακτόριον ἐν τῷ κόλπῳ ἱδρυμένον. Id eſt: *A templo vero abeſt quadraginta ſtadia Anactorium, in ſinu ſitum.* Ad eam mentem etiam Plinius lib. 4. cap. 1. *In ſinu oppidum Ambracia, Moloſſorum flumina Aphas & Arachtus, civitas Anactoria......* Et paulo poſt: *Egreſſos ſinu Ambracio in Ionium excipit Leucadium littus, promontorium Leucates.* Vides lector Plinium in ipſo ſinu locare Anactorium, extra ſinum de eo non facere mentionem, ex alio etiam Strabonis loco evincitur, eam urbem non fuiſſe ad mare exterius: is eſt

 libri.

libri decimi. ubi de urbe Strato Acarnaniæ metropoli ait: Κεῖται δὲ ὁ Στράτος κατὰ μέσην τὴν ἐξ Ἀλυσίας ὁδοῦ εἰς Ἀνακτόριον Id eſt: *Sita autem eſt Stratus ad medium viæ, quæ ducit Alyſia Anactorium* Alyſia ſita erat ad littus Jonii maris, non longe ab ore Acheloi in Acarnania, Stratus vero ſita erat in mediterraneo ducentis ſtadiis diſtans ab oſtio ejus fluvii, ſuper quem ſita erat quod ait Strabo eodem libro: via igitur, quæ ab Alyſia Anactorium ducebat, ſi Anactorium fuiſſet in eodem littore Jonici maris ſitum, in quo Alyſia ſita erat, non potuiſſet ad Stratum accedere à mari tam diſſitum. in eo igitur nihil eſt dubii. In peninſula ſitum fuit non procul ab Actio, quod ait diſerte Strabo lib. 10. ubi diſtantiam & numerum ſtadiorum paulo poſt notat: Τοῦ δὲ ἱεροῦ τετταράκοντα μὲν σταδίους ἀπέχει τὸ Ἀνακτόριον. Id eſt: *A templo quadraginta ſtadios diſtat Anactorium.* Condita fuit ea urbs ab Acarnanibus & Corinthiis ſecundum Scymnum Chium verſu 459.

Ἐν τῇ παραλίᾳ δ' ἐστὶ Ἀνακτόριον πόλις
Ταύτην δ' Ἀκαρνᾶνες καὶ Κορίνθιοι
Ἀπῴκισαν. - - - - Id eſt:
In littore eſt Anactorium urbs,
Eam Acarnanes & Corinthii condiderunt.

Strabo Corinthiorum tantum meminit lib. 10. Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου, καὶ Γαργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον· καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον. Id eſt: *Corinthii vero à Cypſelo & Gargaſo miſſi totam eam Actam occuparunt, & uſque ad Ambracium ſinum proceſſerunt, & Ambracia condita fuit & Anactorium.* At Plutarchus lib. de iis qui ſero à numine puniuntur, ad Periandrum Cypſeli filium videtur referre ejus urbis conditum his verbis: Ὥσπερ οὐδ' Ἀπολλωνίαν, οὐδ' Ἀνακτόριον, οὐδὲ τὴν Λευ-

καδίων

καδίων χεῤῥόνησον ᾤκησαν Ἕλληνες, εἰ Περίανδρος ἐκολάσθη μὴ μετὰ πολὺν χρόνον. Id eſt: *Sicut neque Apolloniam, neque Anactorium, neque Leucadiorum peninſulam habitaſſent Græci, ſi Periander non poſt multum tempus punitus fuiſſet.* Unde conjicio Cypſelum & Gargaſum Corinthios primum eum locum occupaſſe, Periandrum vero Cypſeli filium miſſis denuo pluribus incolis, urbem habitatam & celebrem feciſſe, & ſic conditus ejus urbis gloriam ſibi vindicaſſe, & ſuis Corinthiis. Thucydides vero, cui fides magis adhibenda, Corcyræos ſocios facit Corinthiorum in ejus urbis incolatu lib. 1: Οἱ δὲ Κορίνθιοι (ait) ἀποπλέοντες ἐπ' οἴκου, Ἀνακτόριον, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, εἷλον ἀπάτῃ (ἦν δὲ κοινὸν Κερκυραίων, καὶ ἐκείνων) καὶ καταστήσαντες ἐν αὐτῷ Κορινθίους οἰκήτορας, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. Id eſt: *Corinthii vero domum renavigantes, Anactorium, quod eſt ad os Ambracii ſinus, fraude ceperant, (erat autem commune Corcyræorum & eorum) & conſtitutis in eo Corinthiis incolis, domum reverterunt.* Fuit in ea urbe templum τῶν Διοσκούρων, autore Favorino. Ea urbs dominos ſæpe mutavit; nam ex eodem Thucydide lib. 4. diſcimus, ea urbe Corinthios rurſus pulſos fuiſſe: Καὶ οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι ἅμα, καὶ Ἀκαρνᾶνες, τελευτῶντος τοῦ θέρους, στρατευσάμενοι Ἀνακτόριον Κορινθίων πόλιν, ἣ κεῖται ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, ἔλαβον προδοσίᾳ, καὶ ἐκπέμψαντες Κορινθίους, αὐτοὶ Ἀκαρνᾶνες οἰκήτορας ἀπὸ πάντων ἔσχον τὸ χωρίον. Id eſt: *Et Athenienſes, qui Naupacti erant, ſimul & Acarnanes, ſub finem æſtatis, cum exercitu profecti Anactorium Corinthiorum urbem, quæ ſita eſt ad os Ambracici ſinus, proditione ceperunt, & ejectis Corinthiis ipſi Acarnanes, incolas undique mittentes locum poſſederunt.* Poſtea ex ipſo Thucydide diſcimus eam urbem fuiſſe in Athenienſium poteſtate. Nam lib. 7. dum Demoſthenis Athenien-

ſium ducis expeditionem narrat, ſic ait: Ἐς τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον τῆς Ἀκαρνανίας διέβη ἐς Ἀλυζίαν τε, καὶ Ἀνακτόριον, ὃ αὐτοὶ εἶχον. Id eſt: *Ad oppoſitam continentem, quæ Acarnania eſt, trajecit Alyſiam & Anactorium, quod ipſi habebant.* Ipſi, id eſt, Athenienſes, de quibus loquebatur, & ita ad eum locum Scholiaſtes: Ὃ αὐτοὶ εἶχον, ἤγουν Ἀθηναῖοι. Id eſt: *Quod ipſi habebant; nempe Athenienſes.* At ex Dionyſio Halicarnaſſeo colligitur, eam urbem rurſus in poteſtatem Corinthiorum recidiſſe: nam ſic de ea loquitur lib. 1: Ταύτης ὑπομνήσει τῆς εὐεργεσίας, Ἀκαρνᾶσι Ῥωμαῖοι Λευκάδα, καὶ Ἀνακτόριον, ἀφελόμενοι Κορινθίους, ἀνὰ χρόνον ἐχαρίσαντο. Id eſt: *Talis beneficentiæ memores Romani Acarnanibus Leucadem & Anactorium, poſt quoddam tempus donaverunt Corinthiis, ablatas urbes.* Sic variante fortuna is locus modo Acarnanum, modo Corinthiorum, interdum & Athenienſium fuit. De ejus urbis ruina, & quare omnino defecerit, videndi Strabo & Pauſanias. Ille enim lib. 7. ubi de Ambracia tractat ſic ait: Μακεδόνες δὲ ὕστερον, καὶ Ῥωμαῖοι, καὶ ταύτην, καὶ τὰς ἄλλας κατεπόνησαν τοῖς συνέχεσι πολέμοις διὰ τὴν ἀπείθειαν, ὥστε τὸ τελευταῖον ὁ Σεβαστὸς ὁρῶν ἐκλελειμμένας τελέως τὰς πόλεις, εἰς μίαν συνῴκισε, τὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν. Id eſt: *Macedones vero poſtea, & Romani, & hanc, & alias continuis bellis vexarunt propter earum protervìam: adeo ut tandem Auguſtus, videns eas urbes deſertas, in unam ab eo vocatam Nicopolim collegerit.* Anactorium quidem non recenſet, ut nec alias. Sed Pauſanias expreſſius: Ἀμβρακιώτας δὲ καὶ Ἀνακτορίους ἀποίκους Κορινθίων ὄντας ἐπηγάγετο ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐς Νικοπόλεως συνοικισμὸν πρὸς τῷ Ἀκτίῳ. Id eſt: *Ambraciotas & Anactorios Corinthiorum colonos deduxit Romanorum imperator, in Nicopolis conditum.*

CAPUT

CAPUT IV.

De ARGO AMPHILOCHICO.

Ad ejuſdem lacus Ambracici littus ſita fuit urbs *Argos Amphilochicum* dictum: T. Livio vero *Amphilochum* lib. 38. & licet Amphilochi à quibuſdam non accenſeantur Acarnaniæ, Scylax tamen ab ea urbe incipere Acarnaniam, ait in cap. *Acarnania*, quod ſic incipit: Μετὰ δὲ Ἀμβρακίαν Ἀκαρνανία ἔθνος ἐστὶ, καὶ πρώτη πόλις αὐτόθι Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν. Id eſt: *Poſt Ambraciam autem Acarnania gens ſequitur, & prima ibi civitas Argos Amphilochicum.* Itaque etſi Amphilochi inter barbaros cenſeantur ab antiquis, Argos tamen fuit urbs, quæ Græcos conditores habuit; & ideo Græcis videtur accenſeri debere. De ea meminerunt Scylax, Scymnus, Dicæarchus, Thucydides, Polybius, Apollodorus, Appianus, Ptolemæus, Stephanus, Græci: inter Latinos vero T. Livius, Mela, Plinius, Niger &c. Sita fuit ad ſinum Ambracicum, teſte Thucydide lib. 2. ubi de ejus conditu agit: Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ Ἀμφιλοχίαν ἄλλην, ἔκτισε μετὰ τὰ Τρωϊκὰ οἴκαδε ἀναχωρήσας, καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει καταστάσει, Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιαρέω ἐν τῷ Ἀμβρακικῷ κόλπῳ ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας, καὶ ἦν ἡ πόλις αὐτὴ μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας. Id eſt: *Argos Amphilochicum, & cæteram Amphilochiam condidit Amphilochus Amphiarei filius: poſt bellum Trojanum domum reverſus, cum Argivæ reipublicæ conſtitutio ei non placeret, in Ambracico ſinu, eam nominans Argos, eodem quo patria ipſius nomine, & erat ea urbs totius Amphilochiæ maxima.* Idem Thucydides lib. 3. ubi de Ambraciotarum expeditione, in Amphilochiam agit hæc habet

habet de ſitu Olparum. Ἀπέχεται δὲ ἀπὸ τῆς Ἀργείας ἐπιθαλασσίας οὔσης πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους μάλιστα. Id eſt: *Diſtat autem ab Argia, quæ maritima eſt viginti quinque ſtadiis ad plus.* Diſtabat Argos ab Ambracia centum octuaginta ſtadia, ut ait diſerte Polybius, in fragmento quod extat in excerptis Legationibus cap. 28. jam ſupra citato: quando de Ambracia urbe egimus, ejus verba hic repetere non pigebit. De M. Fulvio Coſ. loquitur: παραγενόμενος δὲ πρὸς Ἄργος τὸ καλούμενον Ἀμφιλοχικὸν κατεστρατοπέδευσεν, ὅπερ ἀπέχει τῆς Ἀμβρακίας ρπ´. στάδια. Id eſt: *Ut autem venit Argos vocatum Amphilochicum caſtra metatus eſt, quod ab Ambracia abeſt centum octuaginta ſtadia.* Supra vero ex Scylace, & Dicæarcho probavimus, Ambraciam diſſitam fuiſſe ab ore ſinus ſtadia octuaginta, unde colligitur diſtaſſe Argos ab ore ſinus ſtadia ducenta & ſexaginta, quod ſi intelligatur ab ore interiore, ubi ſinus delabitur, & addatur ſpatium Euripi, quod intercedebat inter mare apertum, & finem Euripi verſus Anactorium, quod ſpatium fuiſſe ſtadiorum 40. ad minus colligitur ex eo, quod diſtabat ab Anactorio, ad ipſum os interius ſinus ſito, templum Actii Apollonis in promontorio, quod Actium dicebatur, ſitum, eodem 40 ſtadiorum ſpatio, ut ſupra, ex Strabone lib. 10 probavimus, exurget ab ore exteriore, ceu mari aperto ad Argos Amphilochicum numerus ſtadiorom ter centum, quod toti longitudini ſinus Ambracici tribuit Polybius: unde ſequitur, Argos ſitum fuiſſe ad extremitatem orientalem ſinus illius, ad ipſum littus: ideo ſupra optime caſtigavimus Ptolemæi numeros, & Caſtaldi tabulam, quod ſatis ſit. Amphilochum ex Apollinis oraculo Argos condidiſſe, ſcribit Apollodorus, ſed Amphilochum non Amphiaraï filium, ut Thucydides & alii, ſed ejus ex Alcmæone nepotem, facit, locus eſt prolixior, eum vide lib. 3.

At Strabo lib. 10. Thucydidem ſequitur, & Amphilochum Alcmæonis fratrem, non filium, facit, ſic: Μετὰ δὲ τὴν Ἀμβρακίαν τὸ Ἄργος ἐστὶ τὸ Ἀμφιλοχικὸν, κτίσμα Ἀλκμαίωνος καὶ τῶν παίδων· Ἔφορος μὲν οὖν τὸν Ἀλκμαίωνα μετὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείαν, παρακληθέντα ὑπὸ Διομήδους, συνελθεῖν εἰς Αἰτωλίαν αὐτῷ, καὶ συγκατακτήσασθαι ταύτην τε καὶ Ἀκαρνανίαν· Καλοῦντος δὲ αὐτοὺς ἐπὶ Τρωϊκὸν πόλεμον Ἀγαμέμνονος, τὸν μὲν Διομήδη πορευθῆναι· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα μείναντα ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ, τὸ Ἄργος κτίσαι, καλέσαι δὲ Ἀμφιλοχικὸν, ἐπώνυμον τοῦ ἀδελφοῦ. Id eſt: *Poſt Ambraciam Argos ſequitur Amphilochicum, ab Alcmæone & ejus filiis conditum. Ephorus igitur ait, Alcmæonem poſt expeditionem Epigonorum ad Thebas, Diomedis hortatu Ætoliam una cum eo iviſſe, & ſimul poſſediſſe eam & Acarnaniam. Agamemnone autem eos ad bellum Trojanum vocante, Diomedem quidem iviſſe, Alcmæonem autem, cum manſiſſet in Acarnania, Argos condidiſſe & Amphilochicum vocaſſe ex fratris ſui nomine.* Pomponius Mela etiam de ejus ſitu ſic ait: *In Epiro nihil Ambracico ſinu nobilius eſt: facit ſinus, qui anguſtis faucibus, & quæ minus mille paſſibus pateant, grande Pelagus admittit: faciunt urbes quæ aſſidunt, Actium, Argi Amphilochi, Ambracia.* Eam urbem Dicæarchus, extra fines Acarnaniæ ponit:

> Εἶτ' Ἀμφίλοχοι, Ἄργος δ' ἐνταῦθα ἐστὶ τὸ
> Ἀμφιλοχικόν· μετὰ τούτους δ' Ἀκαρνᾶνες. Id eſt:
> *Poſtea Amphilochi, ibi autem Argos*
> *Amphilochicum, poſt eos vero Acarnanes.*

Scymnus cum Thucydide conſentiens ejus conditorem Amphiarai filium & Alcmæonis fratrem facit verſu 454.

> ---- Εἶτ' Ἀμφιλοχικὸν
> Ἄργος λεγόμενον· τοῦτο δὲ κτίσαι δοκεῖ
> Ἀμφίλοχος υἱὸς Ἀμφιαράου μάντεως. Id eſt:

---- Poſtea Amphilochicum
Argos dictum, illud autem condidiſſe videtur
Amphilochus, filius Amphiarai vatis.

Poſtea Acarnaniam recenſet, ideo videtur Argos Acarnaniæ non accenſere. Contra Plinius lib. 4. cap. 1. ſic ait: *Deinde Acarnanum urbes Halyzea, Stratos, Argos Amphilochicum.* Itaque, prout prævalebant aut deficiebant viribus Acarnanes, ea urbs modo Acarnanica, modo Ætolica cenſebatur. Eam Sophianus ad Pindi radices, longe ab Ambracio ſinu, poſuit. Pejus Caſtaldi mappa, qui eam ultra Euenum, longiſſime à vero ſitu, locat. An ejus veſtigia extent, viderint, qui ea loca adire poterunt. Ejus loci nomen hodiernum nullibi invenire potui.

In ejus vicinia & ad viginti quinque ut plurimum ſtadia, ſitum fuit oppidum *Olpæ* cujus meminit ſolus Thucydides lib. 3. ubi narrat ejus urbis obſidionem ab Ambraciotis & Eurylocho Spartiata, Peloponneſiorum duce, factam. Ex ejus obſidionis narratione, prolixa nimis, (ad quam ideo te remitto lector) patet, id oppidum ſitum fuiſſe prope ſinum Ambracium, ab Argis diſtantem ſtadiis 25. verſus Ambraciam, & partem ejus oppidi metropolim vocatam fuiſſe. Stephanus eam recenſet & Thucydidem ſolum citat, ideo nihil aliud à nobis expectet lector. Fuit non longe ab Olpis mons biceps Idomeus vocatus verſus Ambraciam, unde non difficile foret iis, qui loca illa peragrare poſſent, verum ſitum Olparum & urbis Argos deprehendere.

CAPUT

CAPUT V.

De STRATO.

Totius Acarnaniæ caput, & veluti metropolis, fuit urbs Στρατὸς *Stratus*, memorata Thucydidi, Xenophonti, Polybio, Diodoro, Straboni, Stephano, Ciceroni, T. Livio, Pomponio, Plinio. &c. De ea ſic Thucydides lib. 2. dum expeditionem Lacedæmoniorum duce Cnemo navarcho in Acarnaniam narrat: Ἀφικνοῦνταί τε ἐπὶ Στρατὸν πόλιν μεγίστην τῆς Ἀκαρνανίας, νομίζοντες, εἰ ταύτην πρώτην λάβοιεν, ῥᾳδίως ἂν σφίσι τ' ἄλλα προσχωρήσειν. Id eſt: *Stratum quidem pervenerunt urbem Acarnaniæ maximam, rati, ſi hanc primam cepiſſent, facile cæteras ſe dedituras.* Pugnam deinde narrat, quæ ante urbem facta eſt, in qua Acarnanes victores Chaonas magna clade poſtraverunt, & addit: ἐπειδὰν ἡ νὺξ ἐγένετο ἀναχωρήσας ὁ Κνῆμος τῇ στρατιᾷ κατὰ τάχος, ἐπὶ τὸν Ἄναπον ποταμὸν, ὃς ἀπέχει σταδίους ὀγδοήκοντα Στράτου, τοὺς τε νεκροὺς κομίζεται τῇ ὑστεραίᾳ ὑποσπόνδους. Id eſt: *Facta nocte, Cnemus cum exercitu cum ſe celeriter recepiſſet ad amnem Anapum, octuaginta ſtadiis diſtantem Strato, poſtero die mortuos, ex fœdere, recepit.* De illo fluvio Anapo alibi non fit memoria, unde conjicio eum fuiſſe brevis decurſus, in Acheloum procul dubio, vel Euenum influebat. Ex Xenophonte Hellenicorum 4. diſcimus, Stratum fuiſſe commune Prytaneum Acarnanum, ita enim ait: Ἀγησίλαος ἐπειδὰν ἐγένετο ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς πολεμίας, πέμψας ἐς Στρατὸν παρὰ τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων. Id eſt: *Ageſilaus autem poſtquam attigit terminos hoſtilis terræ, cum miſiſſet Stratum ad Acarnanum communem conſeſſum.* Ejus urbis ſitum & celebritatem narrat Livius

lib. 44. circa finem, his verbis: *Stratus validiſſima tum urbs Ætoliæ erat, ſita eſt ſuper Ambracicum ſinum, prope amnem Acheloum.* In quibus verbis notanda eſt T. Livii ſupinitas, qui ὑπὲρ τὸν Ἀμβρακικὸν κόλπον, interpretatus eſt *ſuper Ambracium ſinum*, cum deberet vertere, *ultra Ambracium ſinum*, non ſuper. Nam non eſt dubium, quin Polybius, qui Romæ ſcribebat, (à quo habet omnia quæ de Græcorum negotiis ſcripſit) dixerit, Stratum ſitum eſſe *ultra Ambracium ſinum*, quod verum erat reſpectu Romæ, ſed falſum eſt ſitam fuiſſe ſuper Ambracium ſinum, cum tota Acarnania interceſſerit. Tempore Philippi Macedonis ſecundi non erat amplius Acarnaniæ metropolis, ſed erat in manibus Ætolorum. Locus Polybii de eo exſcribendus eſt, emendatione indigens lib. 4. *Phœtiam* vel *Phytiam* ceperat Philippus, Ætolis dedentibus, deinde προῆγε τὴν δύναμιν ποιούμενος τὴν πορείαν εἰς τὴν Στρατηγικήν. Id eſt: *Copias provexit iter faciens verſus Strategicam*, ubi procul dubio legendum Στρατικήν, *Straticam*; & mirum eſt interpretem, virum doctiſſimum, id non animadvertiſſe, nam paulo poſt ſequitur: Ἔτι περὶ Στρατὸν ὄντι Φιλίππῳ. Id eſt: *Cum adhuc eſſet Philippus circa Stratum*, quod omnino firmat noſtram emendationem. Sita fuit ea urbs ad Acheloum fluvium, quod idem Polybius docet, ſequitur enim poſt vocem illam corruptam Στρατηγικήν· ἀπέχων ἢ τῆς πόλεως περὶ δέκα στάδια κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν Ἀχελῷον ποταμόν. Id eſt: *Diſtans vero ab urbe decem ſtadiis, caſtrametatus eſt ad Acheloum fluvium.* Fuiſſe ad dexteram ripam ſecundum fluvii decurſum, diſcitur ex ejuſdem Polybii loco lib. 5. nam in regreſſu exercitus Philippi à Thermo Metopa & Conopa ſic ait: Τῇ δ' ἐπιούσῃ πάλιν ἀναζεύξας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν Ἀχελῷον ἕως ἐπὶ τὸν Στρατόν· διαβὰς δὲ τὸν ποταμὸν, ἐπέστησε τὴν δύναμιν ἐκτὸς

βέλους

βέλους ἀποπειρώμενος τῶν ἔνδον. Id eſt: *Craſtina die rurſus, cum caſtra moviſſet, iter fecit ſecundum Acheloum verſus Stratum, & trajecto flumine copias inſtruxit extra teli jactum, ut experimentum faceret eorum qui intus erant.* Thermus, & cæteræ Ætoliæ urbes, per quas reditum à Thermo faciebat, erant ad ſiniſtram & orientem Acheloi, qui olim Ætoliam ab Acarnania dividebat. At Philippus inde veniens trajecit Acheloum, ut Stratum tentaret, neceſſario igitur ſequitur, Stratum urbem ſitam fuiſſe in Acarnania ad Acheloum, ad dexteram & occidentem fluvii ſecundum ejus decurſum. Sed operæ pretium eſt, quoniam de Strato & urbibus Acarnaniæ agitur, locum ex Thucydide lib. 3. deſcribere, quoniam de pluribus Acarnaniæ oppidis mentionem facit & eorum ordinem notat, ubi narrat Eurylochi & Peloponneſiorum expeditionem in auxilium Ambraciotarum Olpas obſidentium, ſic autem narrat: Οἱ μὲν οὖν μετ' Εὐρυλόχου Πελοποννήσιοι......... ἄραντες ἐκ τοῦ Προσχίου, ἐβοήθουν κατὰ τάχος· καὶ διαβάντες τὸν Ἀχελῷον, ἐχώρουν δι' Ἀκαρνανίας....... ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχοντες τὴν Στρατίων πόλιν...... ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν ἄλλην Ἀκαρνανίαν· καὶ διελθόντες τὴν Στρατίων γῆν, ἐχώρουν διὰ Φυτίας, καὶ αὖθις Μεδεῶνος παρ' ἔσχατα· ἔπειτα διὰ Λιμναίας, καὶ ἐπέβησαν τῆς Ἀγραίων οὐκέτι Ἀκαρνανίας, φιλίας δέ σφισι· λαβόμενοι δὲ τοῦ Θυάμου ὄρους, ὅ ἐστιν ἀγροικὸν, ἐχώρουν δι' αὐτοῦ, καὶ κατέβησαν εἰς τὴν Ἀργείαν νυκτὸς ἤδη, καὶ διελθόντες μεταξὺ τῆς τε Ἀργείων πόλεως καὶ τῆς ἐπὶ κρήναις Ἀκαρνάνων φυλακῆς, ἔλαθον καὶ προσέμιξαν τοῖς ἐν Ὄλπαις Ἀμβρακιώταις. Id eſt: *Eurylochus igitur & Peloponneſii, motis è Proſchio caſtris, in auxilium properabant, & Acheloo tranſmiſſo, per Acarnaniam procedebant...... ad dexteram quidem habentes Stratum urbem...... ad ſiniſtram vero cæteram Acarnaniam: & Stratiorum terram cum pertranſiiſſent, per Phytiam procedebant, & rurſus*

ſuſper fines Medeonis, poſtea per Limnæam, & viam fecerunt per Agræorum regionem illis amicam, & quæ non Acarnaniæ cenſebatur: & ad Thyamin montem cum adveniſſent deſertum, per illum iter fecerunt, & inde deſcenderunt in Argivorum regionem, nocte jam provecta, & tranſeuntes inter Argos urbem & cuſtodias, quas agebant Acarnanes ad Crenas. (id eſt fontes) *eas latuerunt, & cum Ambraciotis, qui Olpas obſidebant, ſe conjunxerunt.* Vides, lector, Polybii diligentiam, & ad hunc locum tibi ſæpe recurrendum erit, quando de iis locis, de quibus hoc loco fit mentio, agitur: ſed de Strati ſitu nos etiam docet Strabo lib. 10. ubi in recenſione urbium Acarnaniæ ait: Καὶ Στρατὸς ἀνάπλουν ἔχουσα τῷ Ἀχελώῳ πλειόνων ἢ διακοσίων σταδίων. Id eſt: *Et Stratus, ad quam adverſo Acheloo aſcenditur per pluria quam ducenta ſtadia.* Et paulo poſt: κεῖται δ' ὁ Στρατὸς κατὰ μέσην τὴν ἐξ Ἀλυζίας ὁδὸν εἰς Ἀνακτόριον. Id eſt: *Sita eſt autem Stratus ad medium itineris, quod ducit Alyſia Anactorium.* Hic locus Strabonis, fateor, me torſit, nam ſi per κατὰ μέσην ὁδὸν *ad medium viæ* intelligamus, fuiſſe Stratum in ipſa via ſitum, qua ibatur Alyzia Anactorium, difficile eſt concipere animo, quomodo id fiebat. Nam ex Strabone diſcimus, Stratum *habuiſſe aſcenſum à mari per pluria quam ducenta ſtadia.* Ideo diſtabat ab ore Acheloi & mari ducenta ſtadia, at cum Alyzia fuerit in ipſo maris littore, ut infra videbimus, Anactorium vero in ore Ambracii ſinus, diſtans à mari Jonio 40 tantum ſtadia, dificile eſt cogitare, quomodo via, quæ Alyzia Anactorium ducebat, poterat per urbem tranſire, diſtantem à mari ſtadiis pluſquam ducentis. Itaque ut ex illa difficultate nos extricemus, primum puto, κατὰ μέσην ὁδὸν non debere intelligi *in medio viæ*, ut per ipſam urbem ea via tranſiret, ſed, *ſecundum medium viæ*, hoc ſenſu, ut

ut Stratus urbs oppoſita eſſet medio viæ, & ei medio vicinior, quam aliis partibus ejus viæ: adeo, ut cum quis in medio viæ eſſet, Stratum haberet viciniorem, quam in alio ejus viæ loco: tum etiam puto, Acheloum fluxum habuiſſe à Strato ad ſuum os, & mari Jonio non directum, ſed flexum facientem ad ſiniſtram deſcendendo ſatis magnum, & ſic licet Stratus ab ore fluvii deſcenſum haberet plus quam ducentorum ſtadiorum, nihilominus non tanto ſpatio diſtabat à littore Jonio, in aliis locis occidentalioribus ore Acheloi, quod tibi noſtra tabula explicabit facilius, tum ea via, quæ Alyzia Anactorium ducebat, forte propter quaſdam ſalebras & ſoli difficultates non directa, ſed in medio verſus mediterranea, non tam longe à Strato procedebat, circuitu ſcilicet, ob quaſdam cauſas nobis ignotas, neceſſario, ſed de hoc ſatis ſit. Diodorus lib. 12. eandem Cnemi expeditionem narrat, & à Thucydidis loco ſupra citato accepit ea, quæ narrat, nihil enim ab eo differt, niſi quod ait Cnemum à ſuorum clade ſe recepiſſe ad Oeniadas, nulla facta mentione de Anapo fluvio. Sed facilis eſt concordia: Cnemus enim primo ſe contulit ad Anapum, & mortuos ſuos recepit ex fœdere, poſtea vero ad Oeniadas ſe tranſtulit, ut vulnera ſuorum curaret, & copias reficeret. Sed alius Diodori locus adducendus eſt, quoniam & emendatione indiget, & de augmento Stratiorum verba facit, quod tangit ejus urbis hiſtoriam. Is eſt libri 19. ubi narrat Caſſandri Macedonis expeditionem in Ætolos, in favorem Acarnanum ſociorum, quibus ſuadebat, ut loca imbecilla & parua oppida derelinquentes, in paucas & validiores urbes ſe coadunarent & poſtea addit: Πειϑέντων δ' τῶν Ἀκαρνάνων, οἱ πλεῖστοι μὲν ἐς Σἰεϱατόπολιν (lege Στρατὸν πόλιν) συνῴκησαν, ὀχυρωτάτην οὖσαν καὶ μεγίστην. Id eſt:

eſt: *Et cum Acarnanes perſuaſi fuiſſent, plerique Stratum urbem ſimul inhabitarunt, quæ firmiſſima & maxima erat.* Dixi Ciceronem ejus urbis meminiſſe, ſed emendata ejus lectione. Sic enim ille in oratione in L. Piſonem: *Ætoliam, quæ procul à barbaris ſejuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio fere Græciæ gremio continetur (ô pœna! ô furiæ ſociorum!) diſcedens miſeram perdidiſti, Arſinoan Thracum, Neopactum, ut modo tute indicaſti, nobiles urbes atque plenas fateris ab hoſtibus eſſe captas.* Illa Arſinoë Thracum nobilis urbs à nullo memorata eſt, reſcribe meo periculo, *Arſinoen, Stratum,* &c. Emendandus & in ea voce Pauſanias Eliac. 2. non procul ab initio, nam dum loquitur de Xenarcho Philandridis filio, pancratiſte Olympionico ait: τῶν ἄλλων Ἀκαρνάνων καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς στράτου πρῶτος: ubi legendum cum majuſcula Στράτου, quod Amaſæus interpres non vidit, & ideo id notare neceſſarium credidi. Plinius lib. 4. cap. 1. *Stratos* urbem Acarnaniæ tantum nominat, ut etiam Stephanus, ideo de ea urbe nihil habemus amplius quod dicamus. Sed quando Plinium citavimus lib. 4. cap. 1. notandæ ſunt duæ voces, quæ exulare debent ab eo loco, ubi de Acarnania loquitur, ſic enim ibi legitur *Acarnania Curetis vocabatur, oppida HERACLIA, ECHINUS.* Hæ duæ voces tranſportandæ ſunt ad caput poſt vocem oppida, quæ errori cauſam præbuit. Heraclia & Echinus in Acarnania nunquam fuerunt, ſaltem de iis nullus unquam loquutus eſt. At in loco capitis ſeptimi conveniunt, ubi ſic habet. *Poſtea Maliacus ſinus ab incolis dictus, in quo oppida Halcyone, Econia, Phalara.* De oppidis Halcyone & Econia in ſinu Maliaco quis unquam mentionem fecit? In eo loco reponendæ ſunt voces *Heraclia, Echinus,* quæ male in Acarnaniæ ſermone Pliniano inſertæ ſunt, & puto

locum

locum libri 7. ſic conſtituendum: *In quo oppida, Heraclia Halcyonæa, Echinus, Phalara.* Nam Plinius de Heraclia & Echino, urbibus ſatis notis, alibi mentionem non facit, Heracliam autem Halcyonæam cum epitheto vocavit, eo quod olim Halcyone Ceycis uxor cum marito ibi regnaverat, cum locus Thracyn vocabatur, ubi poſtea Heraclia condita fuit. De urbibus Halcyone & Echonia non tacuiſſet Stephanus, ſi ſuo tempore Codices Pliniani ea nomina habuiſſent. Nunc, ut ſequamur Eurylochi veſtigia Acarnaniam peragrantis, à Thucydide narrata, de Phytia urbe pauca dicenda ſunt, non enim plura licet dicere ob aliorum autorum ſilentium, ait igitur Thucydides ſupra citatus: Ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχοντες τὴν Στρατίων πόλιν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν ἄλλην Ἀκαρνανίαν, καὶ διελθόντες τὴν Στρατίων γῆν, ἐχώρουν διὰ Φυτίας, καὶ αὖθις Μεδεῶνος παρ᾽ ἔσχατα. Id eſt: *Ad dexteram quidem habentes Stratum, ad ſiniſtram vero cæteram Acarnaniam, & cum pertranſiiſſent Stratiorum terram, per Phytiam procedebant, & rurſus per fines Medeonis.* Sequitur ibidem: Ἔπειτα διὰ Λιμναίας, καὶ ἐπέβησαν τῆς Ἀγραίων, οὐκέτι Ἀκαρνανίας, φιλίας δὲ σφίσι. Id eſt: *Poſtea per Limnæam, & cæperant incedere per Agræorum terram, quæ non eſt Acarnaniæ, eis vero amicam.* Incedebat Eurylochus per Stratiorum agros, inde verſus Limnæam tendens, quæ ad Ambraciam ſinum ſita erat, ubi eſt navium ſtatio, ut infra videbitur. Phytia igitur erat in mediterraneo, inter Stratum & Medeonem. Eadem urbs eſt, quæ Polybio Φοιτίαι *Phœtiæ* pluraliter vocatur, urbs ſatis munita erat, & quæ cauſa eſt regi Philippo reſiſtendi, ſic de eo negotio loquitur Polybius, de illo Philippo ex Epiro in Acarnaniam tendente per os Ambraciæ ſinus: Περαιώσας δὲ κατὰ τὸ προειρημένον στόμα τὴν δύναμιν, καὶ διελθὼν τὴν Ἀκαρνανίαν, ἧκε τῆς Αἰτωλίας πρὸς τὴν καλουμένην πόλιν Φοι-

πίας ...... περιστρατοπεδεύσας ὃ τὴν προειρημένην πόλιν, καὶ προσβολὰς ἐνεργοὺς καὶ καταπληκτικὰς ἐπὶ δύο ἡμέρας ποιησάμενος, παρέλαβε καθ' ὁμολογίαν. Id eſt: *Cum trajeciſſent per dictum os copias, & Acarnaniam pertranſiens venit ad Ætoliæ urbem Phœtias ...... cum autem eam urbem obſidione cinxiſſet, & aſſultus violentos & terrorem incutientes per duos dies feciſſet, per deditionem eam accepit.* Nec ullum moveat, quod Polybius eam Ætoliæ tribuit; loquitur enim ſecundum ſtatum ſui temporis, & eo quod plurimam Acarnaniæ partem Ætoli tunc poſſidebant, & ea urbs erat in eorum manibus, eam Ætoliæ dicit fuiſſe. Nam ex iis quæ ſequuntur apud Polybium luce clarius patet, eam fuiſſe citra Acheloum ad occidentem ejus fluvii, perrexit inde ad Stratum urbem, ad Ætolos tunc pertinentem, & ejus fines & agros hoſtiliter vaſtavit. Inde ad Conopam Acheloum trajecit, fuſis Ætolis, qui eum prohibere tranſitu ſatagebant, & Ætoliæ antiquæ, quæ eſt ultra Acheloum, agros populatus eſt. Itaque nihil eſt dubii, quin eadem urbs fuerit Φυτία Thucydidis, & Φοιτίαι Polybii, tractu temporis aliquantulum mutato nomine. Sed cave ne confundas, Φοίτιον Ætoliæ ultra Acheloum, de quo idem Polybius lib. 5, cum Φοιτίαις Acarnaniæ, de qua nunc agimus, fuerunt enim diverſæ, ut infra videbimus in Ætolia. De ea de qua nunc agitur hæc habet Stephanus: Φοιτίαι, πόλις Ἀκαρνανίας, ἀπὸ Φοιτίου τοῦ Ἀλκμαίωνος, τοῦ Ἀμφιαράου· Πολύβιος τετάρτῳ· λέγεται καὶ Φοίτιον· καὶ τὸ ἐθνικὸν Φοιτιεὺς, καὶ Φοίτιος, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς. Id eſt: *Phœtiæ, urbs Acarnaniæ, à Phœtio filio Alcmæonis, Amphiarai filii: Polybius in 4. Dicitur & Phœtium. Gentile, Phœtieus, & Phœtius, ut Hellanicus in Troïcis.* Sequitur in itinere quod fecit Eurylochus apud Thucydidem *Medeon*, ei tantum & Polybio memorata in fragmentis, ubi

male

male legitur Μεδίων, πόλις πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ. Id eſt: *Medion urbs ad Ætoliam*. Nam Μεδέων, debere legi ſuadent ejuſdem nominis plures urbes, una in Phocide, altera in Bœotia, tertia in Labeatide, de quibus in ſuis locis dicendum erit. Medeon etiam in Epiro ponitur à Stephano, & ab Euſtathio ad Odyſſ. β. verſ. 501. Sed credo eandem urbem intelligendam eſſe, de qua nunc eſt ſermo, in Acarnania ſitam: nam ſub nomine Epiri inferioribus ſeculis & tempore, quo ſcribebat Stephanus, intelligebatur etiam regio ultra Acheloum, vide Pancirollum in Notitia Imper. Orient. cap. 37. Sita fuit Medeon, ut ex Thucydidis loco colligitur, in Acarnania mediterranea, inter Phytiam, ſive Phœtias & Limnæam, de qua ſtatim dicendum erit. Ex T. Livio diſcimus urbem fuiſſe & ſatis munitam, quando Antiochus operæ pretium duxerat ea potiri, quod per proditionem Mneſilochi & Cliti aſſequutus eſt, locum vide apud Livium lib. 36.

CAPUT VI.

De LIMNÆA pago.

Sequitur Limnæa pagus cum portu, Acarnaniæ littoralis, de qua meminit Thucydides lib. 2. in narratione expeditionis Cnemi Lacedæmonii: Κνῆμος οὐ περιμείνας τὸ ἀπὸ Κορίνθου ναυτικὸν, καὶ διὰ τῆς Ἀργείας ἰόντες, Λιμναίαν κώμην ἀτείχιστον ἐπόρθησαν, ἀφικνοῦνται δὲ ἐπὶ Στράτον &c. Id eſt: *Cnemus non expectata Corinthiorum claſſe, & per Argiam euntes Limnæam pagum ſine muris diripuerunt, & ad Stratum venerunt*. Sed ex hoc loco, ne quis ſibi perſuadeat, *Limnæam* fuiſſe in itinere, quod Leucade Stratum ducebat recta via. Nam Stratus ad Acheloum ſita erat, ut probavimus, Limnæa vero ad ſinum Ambra-

cicum, tota Acarnania intercedente, ſed ratione militari Cnemus voluit milites ſibi conciliare, & præda hoſtili guſtata, alacriores reddere, ideo eos duxit Limnæam, facilem çaptu locum ſine muro & ob commercium maritimum divitem, deinde exercitum duxit recta Stratum, eo quod credebat, ſi Strato potiretur urbe totius Acarnaniæ maxima, facile cætera oppida in ſuam poteſtatem deventura, ſic enim ejus rei rationem reddit Thucydides poſt locum ſupra citatum, ubi autor de eadem Limnæa loquitur lib. 2. ejus loci ſupra jam laudati verba repetam, quoniam ad rem faciunt, & ſuſpicione mendi non carent, ait igitur de Cnemo & ejus copiis: Καὶ διὰ τῆς Ἀργείας ἰόντες, Λιμναίαν κώμην ἀτείχιστον ἐπόρθησαν. Valde ſuſpicor pro τῆς Ἀργείας legendum τῆς Ἀγραίας, ex loco Thucydidis libri 3. ubi de Eurylochi expeditione loquitur, nam ibi ſic habet: Ἐχώρουν διὰ Φυτίας, καὶ αὖθις Μεδεῶνος παρ᾽ ἔσχατα, ἔπειτα διὰ Λιμναίας, καὶ ἐπέβησαν τῆς Ἀγραίων, λαβόμενοι δὲ τοῦ Θυάμου ὄρους, ὅ ἐστιν ἀγροικὸν, ἐχώρουν δι᾽ αὐτοῦ καὶ κατέβησαν ἐς τὴν Ἀργείαν. Id eſt: *Procedebant vel proceſſerunt per Phytiam, & per fines Medeonis, deinde per Limnæam, & viam inceperunt facere per Agræos, & Thyamin, montem deſertum cum attigiſſent, per eum inceſſerunt, & in Argiam deſcenderunt.* Dum hunc locum attente conſidero, non dubito, quin in loco libri 2. ubi legitur, διὰ τῆς Ἀργείας, reponendum ſit, διὰ τῆς Ἀγραίας, nam ſi Limnæa fuiſſet in Argia Amphilochorum, quare lib. 3. Thucydides dixiſſet, poſtquam per Limnæam tranſiit Eurylochus, per Agræos, & poſt montem Thyamim ſuperatum, tum demum in Argiam deſcendiſſe? Certe hæc videntur ἀσύστατα. Nam Cnemus qui Leucade Limnæum venit, & ſi per Argiam Limnæam acceſſit, neceſſe foret intelligere Argiam fuiſſe, inter Leucadem & Limnæam, quod locus libri 3. non patitur. Itaque ſi quid

in iis

in iis rebus video, reponendum puto Ἀγραίας, leni mutatione. De ea Limnæa Polybius lib. 5. dum narrat Philippi expeditionem in Ætoliam, & quomodo Leucade cum claſſi profectus Ambracium ſinum eſt invectus ait: Διανύσας, καὶ καθορμισθεὶς βραχὺ πρὸ ἡμέρας πρὸς τῇ καλουμένῃ Λιμναίᾳ. Id eſt: *Confecto curſu cum portum cepiſſet ad Limnæam vocatam paulo prius quam illuceſceret.* Ex hoc loco diſcimus, Limnæorum fuiſſe portum ad littus ſinus Ambracici in Acarnania. Perſequitur paulo poſt idem Polybius: Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπολιπὼν φυλακὴν ἱκανὴν τῆς ἀποσκευῆς τότε μὲν ἀναζεύξας ἐκ τῆς Λιμναίας δείλης, καὶ προελθὼν ὡς ἑξήκοντα στάδια, κατεστρατοπέδευσε, δειπνοποιησάμενος δὲ καὶ βραχὺ ἀναπαύσας τὴν δύναμιν αὖθις, ὁρμᾷ καὶ συνεχῶς νυκτοπορήσας πρὸς τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, ἄρτι τῆς ἡμέρας ἐπιφαινούσης, μεταξὺ Κωνώπης καὶ Στράτου, σπεύδων ἄφνω καὶ παραδόξως ἐπὶ τοὺς ἐν τοῖς Θερμοῖς τόπους ἐπιβαλεῖν. Id eſt: *Rex autem relicto ſufficiente præſidio ad impedimenta ſervanda, tunc è Limnæa profectus veſpere, & emenſis ſexaginta ſtadiis, caſtra metatus eſt, & cum cœnaviſſet & paulum temporis ad quietem copiis cum dediſſet, rurſus viam capeſſit, & continuato per noctem itinere, ad Acheloum fluvium, illuceſcente jam die, inter Stratum & Conopam pervenit, feſtinans ſubito & non expectatus aggredi loca, quæ ſunt ad Therma.* Ex hoc loco diſcimus, Limnæam diſtaſſe ab Acheloo unius noctis & plus itinere continuato, & feſtinantibus copiis, quod vix poteſt extendi uſque ad ducenta ſtadia. Itaque inde colligimus, Acarnaniam orientalem & ſeptentrionalem, quæ ad Agræorum montes accedit, anguſtam eſſe inter Acheloum & Ambracicum ſinum. Sed flectente ſe Acheloo ad orientem & meridiem, multo latiorem ad mare fuiſſe. Ponenda igitur eſt Limnæa ad littus dextrum ſinus Ambracici, è regione Strati, à quo diſtabat ſtadiis ducentis circiter, de ea cre-

do loqui Xenophontem Hellenic 4. ſi bene legatur. Nam dum Ageſilai expeditionem narrat Achæorum gratia in Acarnaniam factam, poſtquam dixit Acarnanas armenta ſua è longinquis locis reduxiſſe, fidentes tarditati exercitus ab Ageſilao ducti, ſic narrat: Ἐπειδὰν δὲ ἐδόκουν τῷ Ἀγεσιλάῳ πάνυ ἤδη θαῤῥεῖν, ἡμέρᾳ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ἀφ' ἧς εἰσέβαλε θυσάμενος πρωῒ διεπορεύθη πρὸ δείλης ἑξήκοντα, καὶ ἑκατὸν στάδια ἐπὶ τὴν λίμνην, περὶ ἣν τὰ βοσκήματα τῶν Ἀκαρνάνων σχεδὸν πάντα ἦν .... τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀπῆγεν ὁ Ἀγεσίλαος τὸ στράτευμα, καὶ ἦν μὲν ἡ ἔξοδος ἐκ τοῦ περὶ τὴν λίμνην λειμῶνος τε καὶ πεδίου στενὴ διὰ τὰ κύκλῳ περιέχοντα ὄρη. Id eſt: *Poſtquam autem viſum eſt Ageſilao Acarnanas omnino ſecuros eſſe, die decimo quinto, à quo invectus eſt, cum mane ſacrificaſſet, progreſſus eſt centum octuaginta ſtadia, antequam adveſperaſceret, uſque ad lacum, circa quem omnia fere Acarnanum armenta erant .... poſtridie vero abduxit Ageſilaus copias, at erat quidem via regreſſus è prato & campo, qui ad lacum erant, anguſta ob imminentes undique montes.* Miror Xenophontem, vel lacum, vel locum, ubi erant armenta nominaſſe, & forte nominaverat, & λιμναίαν ſcripſerat, quod mutatum eſt ob loci obſcuritatem & lacus notitiam, nam & ſpacium ſtadiorum & montes imminentes cum Limneæ ſitu bene conveniunt, cui Thyamis mons imminebat, ut ſupra vidimus.

Caput VII.

De METROPOLI & ÆNIA.

Poſt Stratum ſecundum Acheloi decurſum in ipſa Acarnania ſita erat Metropolis citra Acheloum, ut patet ex Polybio lib. 4. Nam ait de Philippo, qui ad Stratum caſtra habebat, & inde diſcedebat verſus mare

& Oc-

& Oeniadas iter faciens: Αὐτὸς δ' ἀναζεύξας προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν, ὡς ἐπὶ Μητροπόλεως καὶ Κωνώπης· οἱ δ' Αἰτωλοὶ τὴν μὲν ἄκραν τῆς Μητροπόλεως κατεῖχον, τὴν δὲ πόλιν ἐξέλιπον· ὁ δὲ Φίλιππος ἐμπρήσας τὴν Μητρόπολιν προῆγε κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπὶ τὴν Κωνώπην· τῶν δ' Αἰτωλῶν ἱππέων ἀθροισθέντων, καὶ τολμησάντων ἀπαντᾶν πρὸς τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν, ἣ κεῖται πρὸ τῆς πόλεως εἴκοσι στάδια διέχουσα, καὶ πεπεισμένων ἢ κωλύσειν τελέως, ἢ κακοποιήσειν πολλὰ τοὺς Μακεδόνας περὶ τὴν διάβασιν. Id eſt: *Is vero movens copias duxit, iter faciens verſus Metropolim, & Conopam, Ætoli autem, Metropolis quidem arcem retinuerant, urbem vero dereliquerant. Philippus vero cum Metropolim incendiſſet, iter continuavit ad Conopam. Ætolis autem equitibus ſimul collectis, & obviam ire auſis ad fluvii trajectum, qui eſt ante urbem, diſtans ſtadiis viginti, & qui ſibi perſuaſerant poſſe aut omnino impedire trajectionem aut multum lædere Macedonas, in trajiciendo.* Ex hoc loco de ſitu metropolis ſatis docemur: nimirum fuit ſita inter Stratum & vadum Acheloi, quod fuit ad Conopam. Stephanus in voce Metropolis, Acarnaniæ accenſet optime, nam fuit citra Acheloum inter eum fluvium, perpetuum limitem inter Ætolos & Acarnanas, & ſinum Ambracicum limitem Acarnaniæ occidentalem, nam quamvis ab Ætolis tunc poſſideretur erat extra antiquæ Ætoliæ limites, plura de hac urbe dicere, nos vetat Antiquorum ſilentium, de Conopa, quæ fuit ultra Acheloum in Ætolia infra tractabimus.

Inferius ad Acheloum fuit Αἰνέα, Ænia Acarnaniæ, de qua ſolus Strabo meminit, forte & Plutarchus, fuerunt autem duæ eo nomine, Ænia vetus & Ænia nova, ut nos docet idem Strabo lib. 10. Poſtquam enim de ſubvectione ad Stratum per Acheloum dixit, addit: Καὶ ἡ Αἰνεία δ' ἐστὶν αὐτὴ ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ἡ μὲν παλαιά, οὐ κατοικουμένη, ἴσον

ἴσον ἀπέχουσα τῆς τε θαλάσσης, καὶ τοῦ Στράτου, ἡ δὲ νῦν οἰκουμένη ὅσον ἑβδομήκοντα σταδίους ὑπὲρ τῆς ἐκβολῆς διέχουσα. Id eſt: *Ænia etiam ipſa ſuper fluvio ſita vetus quidem, non habitata, æqualiter diſtans à mari & à Strato, quæ vero nunc habitatur, circa ſeptuaginta ſtadios ab effluvio* Acheloi in mare diſtans. De iis nihil amplius invenitur.

Caput VIII.

De OENIADIS.

Ad effluxum Acheloi ſita fuit urbs Οἰνιάδαι *Oeniadæ*; urbs celebris ſatis & munita, de ea meminerunt, Thucydides, Xenophon, Polybius, Diodorus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Strabo, Plutarchus, Pauſanias, Ariſtides, Sophoclis Scholiaſtes & Thucydidis, T. Livius &c. Situm ejus deſcribit Thucydides lib. 2. circa finem his verbis, ubi loquitur de expeditione Phormionis in Acarnaniam: Ἐς γὰρ Οἰνιάδας ἀεί ποτε πολεμίους ὄντας Ἀκαρνάνων μόνους οὐκ ἐδόκει δυνατὸν εἶναι χειμῶνος ὄντος στρατεύειν· ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους διὰ Δολοπίας, καὶ Ἀγραίων, καὶ Ἀμφιλόχων, καὶ διὰ τοῦ Ἀκαρνανικοῦ πεδίου, ἄνωθεν μὲν παρὰ Στράτον πόλιν ἐς θάλασσαν διεξιὼν παρ' Οἰνιάδας, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλιμνάζων, ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. Id eſt: *Nam in Oeniadas ſemper & ſolos Acarnanum hoſtes exercitum ducere hyeme non viſum eſt poſſibile, nam Achelous fluvius, à Pindo monte fluens per Dolopiam, & Agræos, & Amphilochos, & per Acarnaniæ campum, de ſurſum quidem fluit per Stratum urbem in mare exiens juxta Oeniadas, eorum urbem circum reſtagnans, impoſſibile facit exercitum in eam urbem ducere hyeme.* Ad hunc locum Scholiaſtes: Οἰνίας πόλις ἐστὶ ἐν τῷ στομίῳ τοῦ Ἀχελώου, ἡ καὶ νῦν

Δραχα-

Δραγαμέστη λεγομένη. Id eſt: *Oenias urbs eſt in ore Acheloi, quæ nunc Dragameſte dicitur.* Sed mirum videtur in eo Scholiaſte, eum ſingulariter nomen ejus urbis expreſſiſſe οἰνίας, contra omnium antiquorum conſenſum, qui pluraliter eum appellant οἰνιάδαι. Ex loco Thucydidis ſupra citato patet, eam urbem ob inundantem Acheloum fuiſſe optime ſitam contra hoſtiles impetus, & difficilem captu. Ideo mirum videtur quod de ea ſcribit Diodorus lib. 19. ubi ait de Caſſandro: Συναγαγὼν δὲ τοὺς Ἀκαρνᾶνας εἰς κοινὴν ἐκκλησίαν .... συνεβούλευεν ἐκ τῶν ὀχυρῶν καὶ μικρῶν χωρίων εἰς ὀλίγας πόλεις μετοικῆσαι, ὅπως μὴ διεσπαρμένης τῆς οἰκήσεως ἀδυνατῶσιν ἀλλήλοις βοηθεῖν, καὶ πρὸς τὰς ἀπροσδοκήτους τῶν πολεμίων ἐπιθέσεις δυσχερῶς ἀθροίζεσθαι· πεισθέντων δὲ τῶν Ἀκαρνάνων, οἱ πλεῖστοι μὲν εἰς Στρατὸν πόλιν (ſic legendum) συνῴκησαν, ὀχυρωτάτην οὖσαν καὶ μεγίστην. Οἰνιάδαι δὲ καί τινες ἄλλοι συνῆλθον ἐπὶ Σαυρίαν, Δεριεῖς δὲ μεθ' ἑτέρων εἰς Ἀγρίνιον. Id eſt: *Convocans igitur Acarnanas in communem congregationem, iis conſilium dedit, ut ex parvis & munitis locis in paucas urbes domicilia transferrent, ne eorum habitationibus longe ab invicem ſeparatis iis fiat impoſſibile, ſibi mutuo auxiliari, & ad inexpectatos hoſtium aſſultus difficile ſit coadunari: & cum id Acarnanibus perſuaſiſſet, plurimi in urbe Strato cohabitaverunt, urbe munitiſſima & maxima. Oeniadæ vero & quidam alii in Sauriam convenerunt, Derienſes vero cum aliis in Agrinium.* Et id præcipue mirum mihi videtur, quod de Sauria ea urbe, quæ debuit eſſe major & munitior Oeniadis, nullus alius mentionem fecerit, ut nec de Derienſibus illis, ad ea certe cæcutio, & quomodo aut legendus aut intelligendus ſit is locus, non video. Thucydides ſuo tempore ajebat, ejus urbis habitatores ſemper & ſolos fuiſſe Acarnanum hoſtes, ſolos ſcilicet eorum qui Acarnanum ci-

tra Acheloum incolebant. At tempore Xenophontis erant in poteſtate Acarnanum vel Athenienſium eorum ſociorum, ſic enim ait Hellenic. 4. de Ageſilao & ejus reditu ab expeditione in Acarnanas: Ἐπεὶ δὲ ἐγένετο κατὰ τὸ Ῥίον, ταύτῃ διαβὰς οἴκαδε ἀπῆλθε, καὶ γὰρ τὸν ἐκ Καλυδῶνος ἔκπλουν ἐς Πελοπόννησον οἱ Ἀθηναῖοι ἐκώλυον, τριήρεσι ὁρμώμενοι ἐξ Οἰνιαδῶν. Id eſt: *Poſtquam autem Rhium venit, hac cum trajeciſſet domum abiit: nam à Calydone in Peloponneſum claſſe tranſire vetabant Athenienſes, ex Oeniadis invehentes.* De ea urbe Polybius lib. 4. plura dixit, & ejus ſitum graphice, ut ſolet, nobis depingit: Τοὺς μὲν γὰρ Οἰνιάδας (ait) κεῖσθαι συμβαίνει παρὰ θάλασσαν ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς Ἀκαρνανίας, τῷ πρὸς Αἰτωλοὺς συνάπτοντι περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, τῆς δὲ Πελοποννήσου τέτακται μὲν ἡ πόλις κατ' ἀντικρὺ τῆς παραλίας τῆς τῶν Δυμαίων ἔγγιστα δὲ αὐτοῖς ὑπάρχει τοῖς κατὰ τὸν Ἄραξον, ἀπέχει γὰρ οὐ πλεῖον ἑκατὸν σταδίων. Id eſt: *Oeniadæ enim ſitæ ſunt ad mare in extremo limite Acarnaniæ, qua Ætolos contingit circa initium Corinthiaci ſinus, & ſita eſt urbs è regione Dymæorum littoris, à qua proxime abſunt vicina Araxo loca per centum ſtadiorum tantum ſpacium.* Ex hoc ſolo loco noſcitur locus, ubi ea urbs ſita fuit. Sed dum Polybium in manibus habeo emendandus eſt ejus textus, ubi de eadem urbe agit paulo ſupra locum, quem nuper adduximus, & eadem pagina, ubi de Philippo ait: ἧκε πρὸς τοὺς Οἰνιάδας Ἀχαιοὺς, monſtrum lectionis, quis enim unquam Oeniadas Achæis accenſuit, *venit ad Oeniadas Achæos.* Vocem Ἀχαιοὺς omiſit in ſua verſione Caſaubonus ob abſurditatem, at manere debet ea vox, & ibi non eſt ulcus, ſed in voce ἧκε, pro qua leniſſima mutatione legendum ἦγε. *Duxit ad Oeniadas Achæos,* legatos ſcilicet, quos ſecum retinuerat, duxit ad Oeniadas, ut teſtes eſſent tam nobilis expeditionis, & ad ſuos referrent Philippi militarem

rem diligentiam & ſtrenuitatem. Supra enim dixerat Achæorum legatos adveniſſe, οὓς ὁ βασιλεὺς διακούσας τοὺς μὲν πρεσβευτὰς παρακάτειχε φήσας βουλεύσεσθαι περὶ τῶν προκαλουμένων. Id eſt: *Quos rex cum audiviſſet, legatos quidem retinuit, dicens ſe ſuper eorum poſtulatis conſilium capturum.* Et ſic caſtris motis, eos duxit ſecum in expeditione contra Oeniadas. Apud eundem Polybium legitur in fœdere, quod cum Ætolis icerunt Senatus populuſque Romanus, quod eſt in Excerptis Legat. cap. 28. ultima ejus fœderis verba hæc ſunt: Η ΔΕ ΠΟΛΙΣ ΚΑΙ Η ΧΩΡΑ Η ΤΩΝ ΟΙΝΙΑΔΩΝ. ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ. ΕΣΤΩ. Id eſt: *Urbs & regio Oeniadum Acarnanum eſto.* Et ex hoc loco emendandus T. Livii locus lib. 38. ubi pacis cum Ætolis factæ conditiones narrat, & formulam fœderis profert hoc modo: *Æniadæ cum urbe agriſque Acarnanum ſunto*, & quidem quoniam in Acarnania urbs erat ad Acheloum Ænia, dubitabam an aliquid mutandum eſſet, animus tamen propendebat ad legendum *Oeniadæ*, eo quod urbs Ænia non dicebatur pluraliter, ſed dubium ſolvit hic Polybii locus, ubi exprimitur, ἡ πόλις ἡ τῶν Οἰνιάδων, & quidem optime de eo caverunt Romani. Nam licet in Acarnanum ſolo ſita eſſet, ſemper de ea litem movebant Ætoli, & eam affectabant, maxime ob faciles incurſus, quos ex ea in Acarnaniam faciebant, & varietas curſus Acheloi diſſidio colorem præbebat. Sic enim Strabo lib. 10. de limo, quem advehat Achelous, loquens, ait: Ἥπερ (χοῦς ſcilicet) καὶ τὴν Παραχελωῖτιν χώραν καλουμένην, ἣν ὁ ποταμὸς ἐπικλύζει, περιμάχητον ἐποίει τὸ παλαιὸν τοὺς ὅρους, συγχέουσα ἀεὶ τοὺς ἀποδεδειγμένους τοῖς Ἀκαρνᾶσι καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς, ἐκρίνοντο γὰρ τοῖς ὅπλοις οὐκ ἔχοντες διαιτητάς. Id eſt: *Qui* (limus) *regionem Paracheloitim vocatam, quam inundat fluvius, controverſam faciebat olim, terminos ſemper confundens inter Acarnanas &*

Ætolos conſtitutos, armis enim decernebant cum arbitros non haberent. At Diodorus Siculus certe ſemper Oeniadas Acarnaniæ accenſet, ut exempli gratia, in Archonte Lyſiſtrato de Pericle ſic ait: Ἐς δὲ τὴν Ἀκαρνανίαν πλεύσας καὶ τὴν τῶν Οἰνιάδων χώραν καταδραμὼν, καὶ λαφύρων πλῆθος ἀθροίσας, ἀπέπλευσεν ἐκ τῆς Ἀκαρνανίας. Id eſt: *In Acarnaniam claſſe vectus Oeniadum regionem incurſavit, & ſpolia plurima cum accepiſſet, ex Acarnania ſolvit.* Et ſic ſemper pluribus locis. Et Dionyſius Halicarnaſſeus de ea ſic ait: Ἀκαρνᾶσι Ῥωμαῖοι Λευκάδα καὶ Ἀνακτόριον ἀφελόμενοι, Κορινθίους ἀνὰ χρόνον ἐχαρίσαντο, Οἰνιάδας δὲ ἀποκαταστῆσαι βουλομένοις ἐπέτρεψαν. Id eſt: *Acarnanibus Romani Leucadem & Anactorium Corinthiis ademptas, aliquo poſt tempore gratuito conceſſerunt, & Oeniadas recuperare volentibus id permiſerunt.* Sic Ariſtides Rhetor in ſecunda Sicula: Οἶδα δὲ εἰς Οἰνιάδας Ἀκαρνάνων διαβάντας, ὡς οὐκ ἦν ἑλεῖν. Id eſt: *Scio autem quod trajicientes in Oeniadas Acarnanum, cum capere non erat poſſibile,*&c. Sed licet Oeniadæ urbs ſita eſſet in Acarnanum ſolo, citra Acheloum, ejus cives tamen in ipſa Ætolia ultra Acheloum prædia poſſidebant, & Lacum *Melite* nomine, quem tribuit eis Strabo lib. 10. ſed de iis in Ætolia paulo poſt tractabimus. Quod ad ejus urbis hiſtoriam, de ejus conditu & primis cunabulis apud autores magnum ſilentium. Sed de ejus occupatione à Meſſeniis facta prolixe narrat Pauſanias, & quomodo poſt unius anni poſſeſſionem longa obſidione octimeſtri coacti fuerunt ejus urbis poſſeſſioni renunciare, & per Acarnanum cuſtodias noctu erumpere, non ſine multa & mutua cæde, locus eſt prolixior quam ut hic adſcribi poſſit & deceat, eum videſis in Meſſeniacis. Gravem calamitatem paſſa eſt tempore Alexandri Magni, quam narrat Diodorus Siculus, & ab eo credo Plutarchus in Alexandro. Sic igitur

Diodo-

Diodorus lib. 18. Αἰτωλοὶ μὲν γὰρ τοὺς Οἰνιάδας ἐκβεβληκότες ἐκ τῆς πατρίδος προσεδόκων, τὴν ἐπὶ τοῖς παρανομήμασι ἐπακολουθοῦσαν κόλασιν. καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἠπειληκὼς ἦν, ὡς οὐκ Οἰνιάδων παῖδες, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιθήσει τὴν δίκην αὐτοῖς. Id eſt: *Ætoli enim, qui Oeniadas è patria ejecerant, punitionem expectabant convenientem ſceleribus ſuis. Rex enim minatus fuerat, quod non Oeniadum filii, ſed ipſe pœnam juſtam iis imponeret.* Eadem verba Plutarchus habet in Alexandro. Philippus etiam poſtea Macedoniæ rex eam urbem Ætolis abſtulit, ut docet Polyb. lib. ubi de Philippo: Ἦγε πρὸς τοὺς Οἰνιάδας Ἀχαιοὺς, καταστρατοπεδεύσας δὲ πρὸς τὸ Παιάνιον, τοῦτο πρῶτον ἐξελεῖν ἔκρινε........ ταύτης δὲ τὸ μὲν τεῖχος κατέσκαψε πᾶν εἰς ἔδαφος, τὰς δ' οἰκήσεις διαλύων, τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον εἰς σχεδίας καθήρμοζε τῷ ποταμῷ εἰς τοὺς Οἰνιάδας. οἱ δὲ Αἰτωλοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλλοντο διατηρεῖν τὴν ἄκραν τὴν ἐν τοῖς Οἰνιάδαις ἀσφαλισάμενοι τείχεσι καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ· συνεγγίζοντος δὲ τοῦ Φιλίππου καταπλαγέντες, ἐξεχώρησαν. Id eſt: *Duxit Achæos ad Oeneadas caſtrametatus autem ad Pœanium, id primum delere decrevit....... ejus autem murum funditus diruit, domus vero, diſſolvens ligna & tegulas in rates diſpoſitas fluvio impoſuit, ut Oeneadas verſus deportarentur. Ætoli vero primum quidem arcem ſervare tentaverant muris & & aliis munitionibus firmantes, Philippo vero appropinquante territi abierunt.* Stephanus eam urbem olim vocatam Eryſichem ait, & gentile nomen facit, Ἐρυσιχαῖος *Eryſichæus*, non addens nomen gentile à voce Oeniadæ: ſed ex loco Diodori nuper adducto patet, nomen gentile cum urbis nomine coïncidiſſe, ideo gentile fuit in ſingulari Οἰνιάδης, in plurali Οἰνιάδαι, unde Stephanus id nomen Eryſiche acceperit ignoratur. At nomen *Oeniadæ* videtur ab *Oeneo* Herculis ſocero accepiſſe. Ibi enim etiam aliquando habitaſſe, nos docet Herculis fabula,

qui alterum Acheloi cornu fregit, id eſt, curſum avertit ad ampliandam ſoceri ditionem, & agros ob fluvii inundationes inutiles ab eo incommodo liberandos & fertiliores faciendos, & ſi non ab Oenea, certe ab ejus poſteris, qui Oeniadæ dicti ſunt, ut à Theſtio Theſtiadæ nomen accepiſſe, ſatis veriſſimile videtur.

CAPUT IX.

De littore ACARNANIÆ.

Poſtquam urbes, quæ à Strato verſus mare ad Acheloum ſitæ erant, quantum in nobis fuit, deſcripſimus, nunc littorales adeamus, & ordine ſolito ab occidente incipiamus. Poſt Actium & os ſinus Ambracii occurrit littus, quod λιμνοθάλασσα, id eſt, *lacus marinus* à Strabone vocatur lib. 10. ubi ait: Μεταξὺ δὲ Λευκάδος καὶ Ἀμβρακικοῦ κόλπου λιμνοθάλασσα ἐστὶ Μυρτουντίον λεγομένη. Id eſt: *Inter Leucadem & Ambracicum ſinum lacus eſt aquæ marinæ, qui Myrtuntium vocatur.* Vellem addidiſſet ejus ſpacium & naturam, nam de eo omnes antiqui tacent. Dominicus Niger eum lacum in Epiro ponit contra Strabonis mentem, ſic autem ſcribit. *Mox Rhinaſa caſtellum, cui ſubjacet portus Comarus, Iſthmum ſeptem mill. paſſus efficiens, ad lacum Myrtuntium ſalſum, in latere Ambracii ſinus ad Comarum vergens portum.* Supra de Comaro portu egimus in Epiro, ſi Myrtuntium lacus ille marinus facit iſthmum cum portu Comaro, mirum eſt, in occupatione loci, ubi condita fuit Nicopolis, ab Auguſto facta, qui etiam muros duxit à ſuis caſtris ad Comarum, nullam de eo lacu ſalſo factam fuiſſe mentionem, ſed mihi fluxa eſt fides Nigri, qui in pluribus locis aut ignorantiam aut negligentiam prodit.

CAPUT

CAPUT X.

De LEUCADE.

Sequitur poſt Myrtuntium verſus orientem procedendo *Leucas*, vel promontorium vel inſula (nam ſæpe faciem mutavit locus ille) cum urbe cognomine. Ejus mentionem fecerunt Herodotus, Scylax, Thucydides, Demoſthenes, Ariſtoteles, Dicæarchus, Scymnus, Diodorus, Dionyſius Halicarnaſſ. Strabo, Plutarchus, Arrianus, Ariſtides, Polyænus, Athenæus, Dio, Zonaras, Græci. Inter Latinos Cicero, Livius, Mela, Vellejus Paterculus. Inter poëtas Ovidius, Lucanus, Statius. &c. Leucadiorum originem breviter tangit Herodotus, dum recenſet auxilia & naves, quas præſtiterunt diverſi Græciæ populi, ubi ait: Ἀμβρακιῶται μὲν ἑπτὰ νῆας ἔχοντες ἐβοήθησαν, Λευκάδιοι δὲ τρεῖς, ἔθνος ἐόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Id eſt: *Ambraciotæ quidem ſeptem naves habentes in auxilium venerunt, Leucadii vero tres, gens Dorica Corintho oriunda.* De hac etiam Scylax antiquus autor, cujus locum corruptiſſimum Salmaſius emendavit, quam emendationem pridem publicavit Iſaacus Voſſius in ſuis in Scylacem notis, mehercle eruditis, locus emendatus ſic habet. Ἀνακτόριον καὶ λιμήν, Ἀκτὴ καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν, αὕτη ἀνέχει ἐπὶ τὴν Λευκάταν, ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον· πόῤῥω δὲ τῆς θαλάττης αὕτη ἡ πόλις ἣν τὸ πρὶν καὶ Ἐπιλευκάδιοι ἐπωνομάζετο. Id eſt: *Anactorium & portus, Acte & urbs Leucas & portus, ea erigitur uſque ad Leucatam, quod eſt promontorium, longe autem eſt à mari ipſa urbs, quæ prius Epileucadii nominabatur.* Aliquid autem mihi videtur deſiderari in ea emendatione, nam contradictionem habent hæc verba.

Nam

Nam ſi ipſa urbs erigitur in Leucatam promontorium, quomodo dicitur fuiſſe longe à mari? Itaque pro αὐτὴ ἀνέχει legerem libenter ἀκτὴ ἀνέχει, minima mutatione, & optimo ſenſu. *Acte erigitur in Leucatam, quod eſt promontorium, ipſa vero urbs longe eſt à mari.* Ita enim res & Acte, id eſt littus illius peninſulæ, quod littus Acte vocatur, ſublimatur in Leucatam promontorium altiſſimum & abruptum, & præceps: ipſa vero urbs longe à mari (aperto ſcilicet) ad alteram peninſulæ extremitatem ſita eſt ad Iſthmum, quod eam peninſulam cum Acarnaniæ terra conjungit: ſic legendo nulla eſt difficultas. Dabunt veniam illuſtriſſimi Salmaſii manes & ipſe illuſtriſſimus Voſſius, ſi veritas me cogit aliquid ad eorum commentationem de meo addere. Tempore Thucydidis ipſa urbs non Ἐπιλευκάδιοι, ſed Λευκὰς, *Leucas* nominabatur, ſic enim lib. 1. ubi de Corinthiis loquitur: Ἐστρατοπεδεύοντο ἐπὶ Ἄκτιον, καὶ περὶ τὸ Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος φυλακῆς ἕνεκα τῆς τε Λευκάδος, καὶ τῶν ἄλλων πόλεων, ὅσαι σφίσι φίλιαι ἦσαν. Id eſt: *Caſtrametati ſunt ad Actium, & circa Chimerium Theſprotidis, ut cuſtodirent Leucadem & alias urbes ſibi amicas.* Ejus Actæ habitatores Cephalenes olim vocatos fuiſſe ab Homero, notavit Strabo. Extant Homeri verſus Odyſſ. ω. verſ. 377.

Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Ἀκτὴν Ἠπείροιο, Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων. Id eſt:
Qualis eram cum Nericum cepi bene ædificatum
oppidulum,
Littus Epiri, cum ſuper Cephalenes regnarem.

Sed ponendus eſt Strabonis locus lib. 10. Τοῦ δὲ ἱεροῦ τετταράκοντα μὲν σταδίους ἀπέχει τὸ Ἀνακτόριον, ἐν τῷ κόλπῳ ἱδρυμένον· διακοσίους δὲ καὶ τετταράκοντα ἡ Λευκάς· Αὕτη δὲ ἦν τὸ παλαιὸν μὲν χερρόνησος, τῆς Ἀκαρνάνων γῆς· καλεῖ δὲ

αὐτὴν

αὐτὴν ὁ ποιητὴς ἀκτὴν Ἠπείροιο, τὴν περαίαν τῆς Ἰθάκης καὶ τῆς Κεφαλληνίας ἤπειρον καλῶν, αὕτη δ᾽ ἐστὶν ἡ Ἀκαρνανία· ὥστε ὅταν φῇ ἀκτὴν Ἠπείροιο, τῆς Ἀκαρνανίας δέχεσθαι δεῖ· τῆς δὲ Λευκάδος ἡ τὸ Νήρικος, ἣν φησὶν ὁ Λαέρτης. Id eſt: *A templo autem* (Apollinis ſcil.) *diſtat Anactorium* 40. *ſtadios in ſinu ſitum, Leucas vero* 240. *Erat autem olim peninſula Acarnanum terræ: vocat autem eam poëta Actam Epiri* (vel continentis), *terram ſcilicet oppoſitam Ithacæ & Cephaleniæ ultra mare vocant Epirum. Eſt autem Acarnania ideo quando dicit Actam Epiri, intelligere oportet Acarnaniæ. In Leucade autem erat Nericus, quam ait ſe cepiſſe Laertes.* Locum Hygini apud Chariſium citat Salmaſius ὁ πάνυ, qui ex hoc loco emendandus eſt, ſic autem habet. *Ab Actio navigantes ſtadia quadraginta veniunt ad Iſthmum Leucadenſium, ibi ſolent itineris minuendi gratia remulco, quem Græci πάκτωνα dicunt, navem traducere.* Suſpicor ex Græco autore, ubi per literas numerales ſcriptum erat ςαδίυς σμ´. accepiſſe vel Chariſium vel Hyginum, quæ hoc loco citantur, & omiſſam fuiſſe unum ſigma, quaſi male repetitum, ex fine vocis præcedentis, & ſic pro σμ´ eos legiſſe ςαδίυς μ´. ſtadios quadraginta, pro ducentis quadraginta. Nam falſum eſſe computum Chariſii, patet ex loco Strabonis ſupra adducto, & ex Scylace, qui littus Acarnaniæ habuiſſe duorum dierum iter aſſerit. Quod etiam Dicæarchus procul dubio dixerat. Sed locus corruptus ex Scumno emendandus eſt, ſic autem ait de Acarnania:

---- ποταμὸν δ᾽ ἡ χώρα ἔχει
Ἀχελῷον, ἡμερῶν δέκα καὶ νυκτῶν δύο
Ἔσθ᾽ ὁ παράπλους αὐτῆς. Id eſt:
---- *Fluvium vero ea regio habet*
Acheloum, dierum decem & duarum noctium
Eſt præternavigatio ejus regionis.

Quæ ſententia eſt abſurdiſſima. Sed error eſt, credo non ab antiquo codice, ſed à Typographo. Nam Henricus Stephanus & Caſaubonus eum errorem ſine nota non reliquiſſent, ita tamen habet editio, qua uſus ſum, ubi procul dubio legendum, ἡμερῶν δὲ καὶ νυκτῶν δύο. Id eſt: *Dierum & noctium duo.* Addit Strabo *erat autem olim peninſula Acarnanum terræ*, & quæ ſequuntur ſupra citata. Ex eo Strabonis loco plura diſcimus, verum ſcilicet ſitum Leucadis 240 ſtadiis diſtantis ab Actio. Item ejus antiquum nomen apud Homerum, peninſulam aliquando fuiſſe, & Nericum in ea ſitum fuiſſe. Sed ex Ciceronis epiſtola 393. lib. 16. diſcimus etiam quantum Leucas ab Alyzia diſtet: *Tertio die* (inquit) *abs te ad Alyziam acceſſeramus, is locus eſt citra Leucadem ſtadia* cxx. Itaque ab Actio ad Alyziam fuerunt ſtadia 360. & ſi ſpacium haberemus inter os Acheloi, totum ſpacium littoris Acarnaniæ haberemus, quod Scylax facit duorum dierum, quod nimium foret (credo) vento obſecundante. Spacium inter Leucadem & Patras definit Plinius 87. mill. paſſ. lib. 4. cap. 4. Ex omnibus his locis patet, quam male Leucadem poſuerit Mercator ex numeris Ptolemæi mendoſis. Corinthiorum coloniam fuiſſe aſſerit Thucydides lib. 1. Καὶ πλεύσαντες ἐς Λευκάδα τὴν Κορινθίων ἀποικίαν. Id eſt: *Navigantes ad Leucadem Corinthiorum coloniam.* In ea tamen aliquid juris habuiſſe Corcyræos colligitur ex Themiſtoclis arbitrio, de quo Plutarchus in ejus vita, ubi de ejus fuga loquitur: Προαισθόμενος ἐκεῖνος εἰς Κέρκυραν διεπέρασεν οὔσης αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν εὐεργεσίας, γενόμενος γὰρ αὐτῶν κριτὴς πρὸς Κορινθίους ἐχόντων διαφορὰν, ἔλυσε τὴν ἔχθραν, εἴκοσι τάλαντα κρίνας τοὺς Κορινθίους καταβαλεῖν, καὶ Λευκάδα κοινῇ νέμειν ἀμφοτέρων ἄποικον. Id eſt: *Quod ut præſenſit trajecit in Corcyram, illorum enim urbi beneficium contulerat.*

rat. Nam cum fuiſſet arbiter litis, quam cum Corinthiis habebant, inimicitiam ſoluit: & indicavit viginti talenta debere pendere Corinthios, Leucadem communiter colere, quæ amborum populorum erat colonia. Idem Thucydides lib. 3. peninſulam fuiſſe ſuo tempore declarat, ſic: Οἱ μὲν οὖν Πελοποννήσιοι τῆς νυκτὸς εὐθὺς κατὰ τάχος ἐκομίζοντο ἐπ᾽ οἴκου παρὰ τὴν γῆν, καὶ ὑπερενεγκόντες τὸν Λευκαδίων ἰσθμὸν τὰς ναῦς, ὅπως μὴ περιπλέοντες ὀφθῶσιν ἀποκομίζονται. Id eſt: *Peloponneſii igitur ſtatim noctu cito domum reverſi ſunt, à littore non abſcedentes, & navibus per Leucadiorum Iſthmum tranſportatis, ne circircumeuntes viderentur, abierunt.* Facit & ad ejus peninſulæ deſcriptionem alius Thucydidis locus lib. 3. Οἱ ἀπὸ τῶν τριάκοντα νεῶν Ἀθηναῖοι, πρῶτον ἐν Ἐλλομένῳ τῆς Λευκαδίας φρουρούς τινας λοχήσαντες διέφθειραν, ἔπειτα ὕστερον ἐπὶ Λευκάδα μείζονι στόλῳ ἦλθον........καὶ οἱ μὲν Λευκάδιοι τῆς τε ἔξω γῆς δηυμένης, καὶ τῆς ἐντὸς τοῦ Ἰσθμοῦ (ἐν ᾗ καὶ ἡ Λευκάς ἐστι, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος) πλήθει βιαζόμενοι ἡσύχαζον. οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες ἠξίουν Δεμοσθένην τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀθηναίων ἀποτειχίζειν αὐτοὺς, νομίζοντες ῥᾳδίως ἂν ἐκπολιορκῆσαι πόλεώς τε ἀεὶ σφίσι πολεμίας ἀπαλλαγῆναι. Id eſt: *Athenienſes, qui in triginta navibus erant, primum in Ellomeno Leucadiæ inſidiantes præſidianis, quoſdam necaverunt: poſtea vero Leucadem venerunt cum majori claſſe, & Leucadii quidem eorum terra tam quæ eſt extra, quam intra Iſthmum (ubi Leucas eſt & Apollinis templum) vaſtata, multitudine oppreſſi quieſcebant: Acarnanes vero petebant à Demoſthene Athenienſium duce, ut eos muro intercluderet, exiſtimantes facile expugnari poſſe, & ſic liberatos iri ab urbe ſemper ſibi inimica.* Ex hoc loco diſcimus urbem, quæ *Leucas* dicebatur, fuiſſe in ipſa peninſula, ut & Apollinis templum, at Ellomenum conjicio fuiſſe ipſa peninſula orientaliorem, eo quod Athe-

nienſium naves circumnavigato Peloponneſo illuc primum appulerunt. De eo oppidulo ſive pago nullus alius verba fecit, ideo de eo nihil expectandum eſt. Urbis Leucadis deſcriptionem habemus ſatis exactam ex T. Livio lib. 33. in initio libri, qui eſt acephalus, ſic autem incipit ex abrupto: *Iis partibus cohærens Acarnaniæ, quingentos ferme paſſus longæ fauces, latæ haud amplius centum & viginti, in his anguſtiis Leucas poſita eſt colli applicata, verſo in orientem & Acarnaniam. Ima urbis plana ſunt jacentia ad mare, quo Leucadia ab Acarnania dividitur. Inde terra marique expugnabilis eſt, nam & vada ſunt ſtagno ſimiliora quam mari, & campus terrenus omnis operique facilis.* Eandem hiſtoriam habet Diodorus, ſed breviter. De ejus conditu cum Herodoto conſentit Scymnus Chius in Periegeſi, ſed in numero inſularum eam recenſet. Nam poſtquam de Acarnania tractavit addit:

> Κεῖνται δὲ νῆσοι κατὰ ταύτην πλείονες,
> Λευκὰς μὲν ἐν πρώτοις Κορινθίων κτίσις. Id eſt:
> *Sunt etiam inſulæ prope eam plures : in primis autem*
> *Leucas à Corinthiis condita.*

Et non ſolum à Corinthiis condita eſt Leucas urbs, ſed & ab iiſdem peninſula, in qua erat ſita, inſula facta eſt perfoſſo Iſthmo. Id nos docet Strabo lib. 10: Καὶ τῆς χερρονήσου διωρύξαντες τὸν ἰσθμὸν ἐποίησαν νῆσον τὴν Λευκάδα, καὶ μετενέγκαντες τὴν Νήρικον ἐπὶ τὸν τόπον, ὃς ἦν ποτὲ μὲν ἰσθμὸς, νῦν δὲ πορθμὸς γεφύρα ζευκτὸς μετωνόμασαν Λευκάδα. Id eſt: *Et peninſulæ perfodientes Iſthmum, fecerunt inſulam Leucadem, & transportantes Nericum ad locum, qui olim quidem Iſthmus erat, nunc vero fretum, ponte conjunctum, eam mutato nomine appellaverunt Leucadem.* Ideo non male Scymnus nuper citatus inſulam dixit Leucadem, quæ

quæ multo ante eum, Cypſelo dominante, inſula facta fuerat. Sic & Scylax: Αὐτὴ δ' ἐστὶ νῦν νῆσος τὸν Ἰσθμὸν ἀποτετεφρευμένη. Id eſt: *Ea autem eſt nunc inſula Iſthmo perfoſſo.* Sic de ea re dilucide Plinius lib. 4. cap. 1: *Excipit Leucadium littus promontorium Leucates, dein ſinus ac Leucadia ipſa peninſula, quondam Neritis appellata, opere accolarum abſciſſa à continenti, ac reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium, qui locus vocatur Dioryctos, ſtadiorum longitudine trium.* In ea foſſa, eo quod ſæpe ſabulum, eluvie maris acervatum, navigationem difficilem faciebat, palos defigebant ad dirigendas naves, ne in brevia impingerent. Id nos docet Arrianus in Indicis his verbis: Πασσάλοισι δ' ἔνθεν καὶ ἔνθεν πεπηγόσι ἀποδηλοῦτο τὰ βράχεα, καθάπερ ἐν τῷ μεσσηγὺς Λευκάδος τε νήσου Ἰσθμῷ καὶ Ἀκαρνανίας. Id eſt: *Palis autem hinc & inde defixis indicabantur brevia, ſicut in interſtitio Iſthmi, qui eſt inter Leucadem & Acarnaniam.* Portum fuiſſe navibus aptum nos docet Dio lib. 50. ſic: Ἀγρίππας δὲ τότε μέν τε Λευκάδα καὶ τὰ ἐν αὐτῇ σκάφη, ἀφνιδίως ἐπιπλεύσας ἔλαβε. Id eſt: *Agrippa autem tunc Leucadem & ſcaphas, quæ in ea erant, cum ſubito ad navigaſſet, cepit.* Ἀπὸ τοῦ λευκοῦ denominatam fuiſſe ab albedine crepidinum excelſarum putat Strabo, nec male meo judicio conjectat. Nam & Leucimnus in Corcyra, & Leucola in Pamphylia, & Leucati Bithyniæ, & Leuconium Chii inſulæ, ab albedine littorum dictæ ſunt, & exempla ſexcenta ſuppeterent, ſi opus foret. Sed quæ ſequuntur apud Strabonem difficultatem quandam habent. Nam ubi rationem reddidit appellationis, ſic ait: Πέτρα δ' ἐστὶ λευκὴ τὴν χρόαν προκειμένη τῆς Λευκάδος, εἰς τὸ πέλαγος, καὶ τὴν Κεφαλληνίαν, ὡς ἐντεῦθεν τοὔνομα λαβεῖν· ἔχει δὲ τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερὸν, καὶ τὸ ἅλμα, τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον. Id eſt: *Petra enim eſt coloris albi, quæ ante Leucadem protendi-*

tur verſus mare & Cephaleniam unde nomen habet, ibi eſt & Apollinis Leucatæ templum & ſaltus, qui amores ceſſare facere creditur. Ex hoc loco videtur colligi poſſe, templum Apollinis non fuiſſe in ipſa urbe Leucade prope Iſthmum perfoſſum, ubi Corinthii tranſportaverant Nericum urbem, ſed ad aliam inſulæ extremitatem, ubi olim Nericus: niſi putemus duo templa eidem nomini dicata fuiſſe in eadem peninſula, unum ubi erat olim Nericus, quod tranſportare ob religioſum metum non auſi ſunt Corinthii, alterum in urbe nova ab iis ædificatum, quod forte verum eſt, forte non, expectanda lux aliunde. Petram fuiſſe id promontorium, ultra ea quæ citavimus, nos docet etiam Ariſtides in tomo primo. Nam de inſula, quæ in ponto Euxino ſita eſt, ſic ait: Λευκάδα δὲ οὕτως ἐπωνομασμένην κατὰ τὴν ἐνταυθοῖ Λευκάδα τὴν ἐπὶ τῷ Ἀκτίῳ, οὐ πέτρα τις οὖσα ὥσπερ αὐτή, ἀλλὰ γῆ πολλὴ προχωροῦσα εἰς θάλασσαν. Id eſt: *Leucada ſic vocata ſicut Leucas, quæ eſt ad Actium in his partibus, non petra quidem ut hæc, ſed terra quæ multum extenditur in mare.* Fuit ibi & Veneris templum, ſed nec in peninſula, nec in continenti extra eam, ſed in exigua inſula, quæ fuit in anguſtiis maris inter Dioryctum & urbem Leucadem: id diſcimus ex Dionyſio Halicarnaſſeo lib. 1. ubi de Ænea & Trojanis fugæ ſociis loquitur: Ἐκεῖθεν δὲ πελάγιον ποιησάμενοι τὸν πλοῦν εἰς Λευκάδα κατάγονται, κατεχόντων ἔτι τὸ χωρίον Ἀκαρνάνων καὶ ταύτῃ πάλιν ἱερὸν Ἀφροδίτης ἱδρύονται, τοῦτο ὃ νῦν ἐστιν ἐν τῇ νησῖδι τῇ μεταξὺ τοῦ Διορύκτου τε καὶ τῆς πόλεως, καλεῖται δὲ Ἀφροδίτης Αἰνειάδος. Id eſt: *Inde autem per altum mare navigantes Leucadem veniunt, Acarnanibus eo tempore adhuc eum locum poſſidentibus, & in ea rurſus templum Veneris fundaverunt, quod nunc eſt in parva inſula, quæ eſt inter Dioryctum & urbem, vocatur autem Veneris Æneadis.* Dioryćto etiam eum locum notant tabulæ. Ex

loco

loco Thucydidis ſupra citato diſcimus Leucadios poſſediſſe etiam oppidula & fundos extra Iſthmum in continenti Acarnaniæ. Celebrem urbem fuiſſe & claram (ut cum Pomponio loquar) teſtis eſt ipſe Pomponius Mela lib. 2. cap. 3. *Extra Rhion* (inquit) *in Acarnania maxime clara ſunt, oppidum Leucas, flumen Achelous.* Et in poſterioribus ſeculis habuit dignitatem Archiepiſcopalem, numero 23. ut docet nos catalogus cum Codino editus. In locum, ubi nunc ſita eſt, tranſportatum fuiſſe oppidum, Nericum ab Homero vocatam, ſupra ex Strabone docuimus. Ita vocatam fuiſſe id oppidum puto, eo quod in edito ſitum, non erat muris clauſum, ſed apertum, nam littera N. privativa eſt, & ἕρκος ſeptum vel murum ſignificat. Multo frigidius eſt Suidæ etymon in voce Νήριτον, putans ſic dici ſylvam ſpisſiſſimam, cum qua nulla alia poſſit ἐρίζειν *contendere.* Sub Tyrannorum Corinthiorum, qui eam fundaverant, imperio primum fuit: nam poſt Cypſelum & Gargaſum Corinthios, qui eam primum occupaverant, etiam Periander ejus dominatum obtinuit. A Cypſelo, & Gargaſo occupatam fuiſſe ait Strabo lib. 10: Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτήν. Id eſt: *Corinthii à Cypſelo & Gargaſo miſſi eam actam occupaverunt.* Et ſupra dixerat Actam debere intelligi Acarnaniam & Leucadem. A Periandro Cypſeli filio poſſeſſam fuiſſe ſatis indicat Plutarchus lib. de iis, qui ſero à numine puniuntur, in loco jam ſupra citato, quando de Anactorio tractavimus. Οὐδὲ τὴν Λευκαδίων χερρόνησον ᾤκησαν Ἕλληνες, εἰ Περίανδρος ἐκολάσθη μὴ μετὰ πολὺν χρόνον. Id eſt: *Nec Leucadiorum peninſulam habitaſſent Hellenes* (ceu Græci) *ſi Periander punitus fuiſſet non poſt multum temporis.* Suis tamen legibus uſos & populariter gubernatos fuiſſe nos docet Ariſtoteles Politic. lib. 2. cap. 7. ubi de lege,

quæ

quæ apud Locros obtinebat, qua vetabatur fundorum abalienatio, niſi probata prius evidente & maxima calamitate, ſic ait: Τοῦτο δὲ λυθὲν καὶ περὶ Λευκάδα δημοτικὴν ἐποίησε λίαν τὴν πολιτείαν αὐτῶν, οὐ γὰρ ἔτι συνέβαινεν ἀπὸ τῶν ὡρισμένων τιμημάτων εἰς τὰς ἀρχὰς βαδίζειν. Id eſt: *Quod ſublatam & apud Leucadem valde popularem fecit eorum rempublicam, non enim amplius evenit, ut ex definitis bonorum æſtimationibus ad magiſtratus perveniretur.* Hoc tempore tota peninſula *Ducato* ab Italis dicitur, & promontorium illud excelſum & præruptum in quibuſdam hodiernis tabulis notatur *Cabo Ducato*, urbem vero ipſam ad Iſthmum ſitam *Santa Maura* vocari, non tam à Dominico Nigro didici, quam ab omnibus Hieroſolymitanis equitibus, qui id oppidum expilarunt anno Salutis, ut & ab omnibus tabulis geographicis. Dominicus ſcribit, duo flumina ex planitie fertiliſſima, quæ inter montes in medio peninſulæ jacet, in mare defluere, unum in mare orientem verſus, alterum in ipſum anguſtum Euripum, quod ſit penes ejus fidem.

CAPUT XI.

De PALÆRO & ALYZIA.

Sequitur in littore Acarnaniæ ad orientem Leucadis Πάλαιρος *Palærus*, quæ & Acarnaniæ fuit littoralis teſte Strabone, qui de eo ſic ait: Ἀπὸ δὲ Λευκάδος ἑξῆς Πάλαιρος καὶ Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας ἐστὶ πόλις (puto legendum εἰσὶ πόλεις ex ſequentibus) ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάσσης διέχει σταδίους, καθ' ἣν ἐστὶ λιμὴν Ἡρακλέους καὶ τέμενος. Id eſt: *A Leucade, autem ſequuntur Palærus & Alyſia Acarnaniæ urbes, quarum Alyſia diſtat à mari quindecim ſtadia, prope quam eſt portus Herculis dictus & tem-*

& templum. Sed Thucydides lib. 2. videtur eam vocare Πάλιρος, nam ejus cives Παλιρεῖς vocat, ſic: Οἱ δ' ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶν Ἀθηναῖοι ἔτι ὄντες περὶ Πελοπόννησον, Σόλλιόν τε Κορινθίων πόλισμα αἱροῦσι καὶ παραδιδόασι Παλιρεῦσι Ἀκαρνάνων μόνοις τὴν γῆν καὶ πόλιν νέμεσθαι. Id eſt: *Athenienſes autem qui cum centum navibus circa Peloponneſum erant, Solium Corinthiorum oppidulum capiunt, & donarunt Palirenſibus ſolis inter Acarnanas, ut id & agros ejus colerent.* Palirus fuit, ut videtur, locus non procul à mari, non celebris, quando de eo ſilent omnes alii auctores. Ideo non habuiſſe portum eſt veriſimile, nec de eo plura habemus dicenda.

Alyzia celebrior fuit, de ea meminere Scylax, Thucydides, Xenophon, Strabo, Stephanus, Plinius & tabulæ. Thucydides de Demoſthene Athenienſium navarcho hæc ait: Ὁπλίτας τε παρέλαβε, καὶ ἐκ τῆς Ναυπάκτου τῶν Μεσσηνίων μετεπέμψατο, καὶ ἐς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον τῆς Ἀκαρνανίας διέβη ἐς Ἀλυζίαν τε καὶ Ἀνακτόριον, ὃ αὐτοὶ εἶχον. Id eſt: *Milites gravis armaturæ accepit, & ex Naupacto Meſſenios etiam accerſivit, & in oppoſitam Acarnaniæ continentem transfretavit ad Alyziam & Anactorium, quas ipſi* (Athenienſes) *tenebant.* Xenophon vocat Αἰλυζίαν *Æluſiam*, Hellenic. 5. in fine libri, ubi pugnam navalem inter Athenienſes, duce Timotheo, & Spartiatas, duce Nicolocho, quæ in mari Jonio commiſſa eſt circa Corcyram & Acarnaniam ſic: Καὶ τρόπαιον ὁ Τιμόθεος ἔστησεν ἐν Αἰλυζίᾳ· ὁ δ' ἀνελκυσμένων τῶν Τιμοθέου νεῶν, καὶ ἐπισκευαζομένων, ἐπεὶ παρεγένοντο αὐτῷ αἱ Ἀμβρακιώτιδες ἐξ τριήρεις, ἐπὶ τὴν Αἰλυζίαν ἔπλευσεν, ἔνθα ἦν ὁ Τιμόθεος, ὡς δ' οὐκ ἀντανῆγε, τρόπαιον αὖ κἀκεῖνος ἵστατο ἐν ταῖς ἐγγυτάτω νήσοις. Id eſt: *Et Timotheus trophæum ſtatuit in Alyzia: ille autem* (Nicolochus ſcilicet) *cum Timotheus naves ſubduxiſſet, & eæ reficerentur, poſtquam illi adjunctæ fuerunt*

runt ſex triremes Ambraciotides, Alyziam adnávigavit, ubi erat Timotheus, tropæum etiam ipſe ſtatuit in proximioribus inſulis, cum Timotheus contra non duxiſſet. Scylax unam tantum inſulam Κάρνον prope Alyziam ponit: at hoc loco plurali numero utitur Xenophon. Sed id non obſtat, quo minus concordent, nam ſcopuli ſine nomine ſæpe inſulis adjacent, de quibus ipſi tacent Geographi.. Seriem & ordinem urbium in littore Acarnaniæ ſitarum ſic deducit Scylax in Periplo. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἀπέλιπον· μετὰ ταῦτα πόλις Ἀλυττία (leg. Ἀλυζία) καὶ κατὰ ταύτην νῆσος Κάρνος, καὶ πόλις Ἀστακὸς, καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς Ἀχελῷος, καὶ Οἰνιάδαι πόλις. Id eſt: *Sed redeo rurſus ad continentem unde abieram. Poſt hæc urbs Alyttia* (leg. Alyzia) *prope hanc eſt Carnus inſula, & urbs Aſtacus, & portus, & fluvius Achelous, & Oeniadæ urbs.* Nomen accepiſſe ab Alyze, filio Icari & fratre Penelopes, ſcripſerat Alcmæonidis autor teſte Strabone lib. 10. quod Ephorus olim firmaſſe videtur. De ejus ſitu accuratius idem eod. libro. Ἀπὸ δὲ Λευκάδος Πάλαιρος, ἐξῆς δὲ Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας ἐστὶ πόλις, ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάσσης διέχει σταδίους, καθ᾽ ἣν ἐστι λιμὴν Ἡρακλέους ἱερὸς καὶ τέμενος. Quem locum jam paulo ſupra appoſuimus & interpretationem addidimus. Ejus nomen cum aſpiratione expreſſit Plinius lib. 4. cap. 1. *Deinde* (ait) *Acarnanum urbes Halyſea, Stratos,* &c. ſic etiam tabulæ *Diorycto, Haliſſo.* Sed Thucydides, Strabo, Stephanus cum ſpiritu leni Ἀλυζίαν proferunt, vel Ἀλύζειαν, quam male eam poſuerit Mercator ſecundum numeros Ptolemæi videbit lector, ſi velit cum iis quos adduxi autoribus eum poſitum conferre.

CAPUT XII.

De Crithote, Aſtaco, Corontis & Tyrrheo.

Sequitur ex ordine Κριθώτη ἄκρα, de qua ſolus Strabo inter antiquos in deſcriptione littoris Acarnaniæ. Nam poſtquam de Alyzia dixit, addit breviter εἶτα ἄκρα Κριθώτη, καὶ Ἐχινάδες, καὶ πόλις Ἀστακός. De eo promontorio poſt Strabonem loquitur Stephanus. Κριθώτη (ait) πόλις Ἑλλησπόντου, ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσα Καρδίας..... ἔστι δὲ ἄκρα Ἀκαρνανίας. Id eſt: *Crithote urbs Helleſponti, octuaginta ſtadiis diſtans à Cardia ..... eſt & promontorium Acarnaniæ.* Nihil aliud ex antiquorum ſcriptis diſcimus de eo promontorio. Sed Dominicus niger poſt Alyziam deſcriptam ait: *Inde promontorium Crithote, quo ſuperato Actacenus ſinus aperitur nunc Dragameſtus.* Sed in eo recedit à Scholiaſte Thucydidis, quem ſupra citavimus in Oeniadis. Nam Oeniadas, urbem ſuo tempore Dragameſtum vocari ait, non vero Aſtacum aut Aſtacenum ſinum, & in eo præferenda eſt fides Scholiaſtis Græci & antiquioris.

Poſt Crithotem occurrit in littore urbs *Aſtacus*, cujus meminerunt Thucydides, Strabo, Ptolemæus & Stephanus. De ea Thucydides lib. 2. dum narrat Athenienſium cum centum navibus expeditionem, ſic ait: Καὶ Ἀστακὸν ἧς Εὔαρχος ἐτυράννει λαβόντες κατὰ κράτος, καὶ ἐξελάσαντες αὐτὸν, τὸ χωρίον ἐς τὴν συμμαχίαν προσεποιήσαντο. Id eſt: *Et cum Aſtacum, in qua Euarchus tyrannidem exercebat, cepiſſent, & eum ejeciſſent, eum locum in ſocietatem aſciverunt.* Et paulo poſt: Τοῦ δ' ἐπιγινομένου χειμῶνος, Εὔαρχος ὁ Ἀκαρνὰν βουλόμενος εἰς τὴν Ἀστακὸν κατελθεῖν, πείθει Κορινθίους τεσσαράκοντα ναυσὶ, καὶ πεντακοσίοις καὶ χιλίοις ὁπλίταις ἑαυτὸν καταγαγεῖν πλεύσαντας, καὶ αὐτὸς ἐπικού-

ρους τινὰς προσμισθώσαιτο .... καὶ πλεύσαντες κατήγαγον. Id eſt: *Et facta vero hyeme, Euarchus Acarnan Aſtacum redire deſiderans, Corinthiis perſuadet, ut cum quadraginta navibus & mille quingentis gravis armaturæ militibus (cum ille etiam aliquot auxiliares mercede conduxiſſet) eum claſſe reducerent .... & quidem cum navigaſſent hominem reduxerunt.* Et circa finem ejuſdem libri. Οἱ δὲ ἐν Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος ἐπειδὰν τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν διελύθη, Φορμίωνος ἡγουμένου ἐστράτευσαν παραπλεύσαντες ἐπὶ Ἀστακὸν, καὶ ἀποβάντες ἐς τὴν μεσόγειαν, &c. Id eſt: *Ii autem qui Naupacti erant Athenienſes, eadem hyeme poſtquam claſſis Peloponneſiorum ſoluta fuit, Duce Phormione Aſtacum appulerunt, & cum deſcendiſſent in mediterraneam*, &c. Ex his colligitur fuiſſe eam in littore poſt Alyziam & Crithotem, verſus orientem & Acheloum. De hac etiam Strabo lib. 10. qui, poſtquam de Alyzia dixit, hæc addit: Εἶτα ἄκρα Κριθώτη, καὶ Ἐχινάδες, καὶ πόλις Ἀστακὸς, ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν, καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον ἐνικῶς λεγομένη. Id eſt: *Poſtea promontorium Crithote, & Echinades, & urbs Aſtacus cognominis ei, quæ eſt circa Nicomediam, & Aſtacenum ſinum ſingulariter appellata.* Ex hoc Strabonis loco male intellecto (ut credo) accepit Dominicus Niger, quæ ſcripſit lib. XI. in recenſione urbium Acarnaniæ, ſic: *Aſtacus etiam magna urbs, à qua amnis Anapus decem mille paſſibus abeſt in Aſtacenum ſinum cadens, qui ſinus ab urbe denominatur.* Vellem nos docuiſſet Niger, an ab aliquo antiquo autore, an ex proprio viſu didicerit, amnem Anapum diſtaſſe ab Aſtaco decem mille paſſus, & in Aſtacenum ſinum cadere. Nam ea non accepit à Strabone, ex quo fere habet omnia, & de Aſtaceno ſinu, quem ait ab Aſtaco urbe dictum, metuo ne falſus ſit. Nam Aſtacenus ſinus, de quo Strabo, fuit in Bithy-

Bithynia, ubi ſita fuit urbs Aſtacus, nec de alio ſinu Aſtaceno mentionem facit Strabo, & ex toto loco Strabonis nuper citato, & conſtructione patet, cum intellexiſſe Aſtacenum ſinum Bithyniæ, & præter Nigrum nullus eſt, qui crediderit de Aſtaceno ſinu Acarnaniæ eum feciſſe mentionem. Nam cum ſatis exacte totum littus Acarnaniæ exequatur, feciſſet de eo mentionem, poſtquam de Crithote acra meminerat, quæ non admodum celebris ab eo ſolo nominata fuit, & à Stephano, qui id ab eo accepit. Peſſime notantur apud Ptolemæum numeri de Aſtaci poſitu, quos ſecutus Mercator locavit Aſtacum ad Acheloum in mediterraneo, longiſſime ab ore fluvii. Ideo non dubitavit Gerbelius, ab Ortelio citatus, per Aſtacum à Ptolemæo poſitum intelligi debere Stratum à Strabone & Plinio poſitum, nec plura habemus de Aſtaco dicenda, niſi fidem habere velimus Geſnero, qui apud Ælianum lib. 12. cap. 30. pro ἐν Ἰςώπ (voce certe nihili) vult legi ἐν Ἀςακῷ τῇ πόλει ἣν ἐκάλουν πάλαι Στεφανήπολιν. Sed quoniam nullam reddit conjecturæ ſuæ rationem eum nec probare, nec rejicere in animo eſt.

In mediterraneo Acarnaniæ fuit olim Κόρονται, de quibus ſolus Thucydides, & ab eo Stephanus. Oppidum fuiſſe patet ex loco Thucydidis, qui ſic habet poſt verba nuper citata: Καὶ ἀποβάντες ἐς τὴν μεσόγειαν τῆς Ἀκαρνανίας ...... καὶ ἐκ τε Στράτου, καὶ Κορόντων, καὶ ἄλλων χωρίων ἄνδρας οὐ δοκοῦντας βεβαίους εἶναι ἐξέλασαν· καὶ Κυνῆτα τὸν Θεολύτου ἐς Κόροντα καταγαγόντες ἀνεχώρησαν πάλιν ἐπὶ τὰς ναῦς. Id eſt: *Et cum deſcendiſſent in mediterranea Acarnaniæ ...... & ex Strato & Corontis, & aliis locis viros, qui non videbantur fideles, ejecerunt & Cynetem Theolyti filium, cum reduxiſſent Coronta, ſe rurſus receperunt in naves.* Nec plura de ea urbe dicenda ſuppetunt, quam funditus

tus everſam fuiſſe ſuſpicor ob ſilentium eorum, qui poſt Thucydidem ſcripſerunt.

Fuit & alia urbs ſatis munita in mediterraneo Acarnaniæ nomine *Tyrrheum*, de qua ſolus Livius loquitur. Non longe fuiſſe à Medeone ſuſpicor, quoniam eas urbes ſæpe Livius conjungit, ſic libro 36. *Et omnibus qui arma ferrent eundum ad Medeonem & Tyrrheum*, & rurſus paulo poſt, *Tyrrheum à Medeone profectus eſt.* Fuiſſe non longe ab itinere, quod Strato ducebat Ambraciam, evincit locus T. Livii lib. 38. ubi Phaneas & Damoteles Ætoli, qui tunc ad Stratum urbem ad bellum adminiſtrandum, vel pacem faciendam aderant, dum Strato Ambraciam petunt in Acarnanum inſidias ceciderunt, qui eos Tyrrheum cuſtodiendos deduxerunt. Iter, quod Strato Ambraciam ducebat, & brevius & facilius erat per ſinus Ambracici fauces, unde conjicio Tyrrheum fuiſſe Medeone occidentalius, & propius à mari diſtans. Fuiſſe oppidum ſatis commodum & amplum ex eodem Livio colligitur, qui lib. 43. narrat Acarnanas concilium dediſſe Cn. Octavio & C. Popilio legatis Thyrrhei. Nec plura ſunt, quæ de eo oppido dicere poſſim, ſolus enim Livius de eo loquutus eſt.

Dominicus Niger lib. XI. oppidum Acarnaniæ maximum ponit nomine *Acarnas*, ad Aracynthum, ſed quod autorem ſuum non citat, & nullus alius de ea tanta urbe mentionem fecit, pro fabuloſa urbe accipienda eſt.

Idem T. Livius *Naxum* nominat Acarnaniæ, lib. 26. bis in eadem pagina. Sed dubia eſt ea lectio, nam Polybius lib. 9. Ναξὸν non habet, ſed Νῆσον, ubi Lyciſcum oratorem Acarnanum in conſilio Lacedæmoniorum contra Ætolos invehentem inducit, ſic dicentem. Η'δη παρῄρηνται Α'καρνάνων Οἰνιάδας ϗ Νῆσον. Id eſt: *Jam abſtulerunt Acarnanum Oeniadas & Neſum*, (vel inſulam)

lam) ſed ibi Caſaubonus vertit Naxum, & ita etiam legebat Ortelius, forte ambo ex Livio, de eo loco nihil eſt, quod dicam.

CAPUT XIII.

De Acarnaniæ Fluviis & Montibus.

De fluviis, qui memorantur apud autores in Acarnania, pauca habemus dicenda: nam de Acheloo, qui fuit limes inter Ætolos & Acarnanas, dicemus infra in Ætolia. *Anapus* memoratur Thucydidi ſolo ex antiquis, & Dominico Nigro ex recentioribus etiam ſolo, locum Thucydidis jam ſupra adduximus, eum tamen iterum adſcribemus: Ἀναχωρήσας ὁ Κνῆμος τῇ στρατιᾷ κατὰ τάχος ἐπὶ τὸν Ἄναπον ποταμὸν, ὃς ἀπέχει σταδίους ὀγδοήκοντα Στράτου, τοὺς τε νεκροὺς κομίζεται τῇ ὑστεραίᾳ ὑποσπόνδους, καὶ Οἰνιαδῶν ξυμπαραγενομένων κατὰ φιλίαν ἀναχωρεῖ παρ᾽ αὐτούς. Id eſt: *Cnemus cum exercitu trepide regreſſus ad Anapum fluvium, qui à Strato abeſt* 80. *ſtadiis, mortuos recepit ex fœdere, & Oeneadis ob amicitiam advenientibus, apud eos ſe recepit.* Ex hoc loco colligitur, Anapum fluere inter Stratum & Oeniadas, & eum expreſſit, ut puto, Samſonius in ſua Græciæ tabula in Acheloum ſe exonerantem, inter Æniam & Metropolim, &, ut opinor, bene, nihil moratus Dominicum Nigrum, cujus ſupra locum adduxi, ubi aſſerit, Anapum in Aſtacenum ſinum ſe exonerare, de ejus loci vanitate jam ſatis lectorem monuimus, ea non ſunt iterum repetenda.

Fuit & alius fluvius *Petitarus*, de quo ſolus Livius lib. 44. ex quo nihil aliud diſcimus, niſi eum fluere inter Stratum urbem & Aperantiam regionem, quæ Strato borealior erat verſus Pindum. Unde mihi videtur is fluvius magis ad Agræos pertinuiſſe, quam ad Acarnanas.

Montes

Montes in Acarnania fuerunt Thyamus & Aracynthus : de Thyamo Thucydides lib. 3. qui videtur eum montem tribuere Agræis & Amphilochis. Sed quoniam in Acarnaniæ limite erat, nihil vetat, quomimus nunc de eo dicamus, ne poſtea memoria labaſcente curam noſtram evadat, ſic igitur de eo Thucydides in narratione expeditionis Eurylochi Spartani ad auxilium Ambraciotarum tendentis, qui Olpas occupaverant: Καὶ διελθόντες τὴν Στρατίων γῆν, ἐχώρουν διὰ τῆς Φυτίας· καὶ αὖθις Μεδέωνος παρ' ἔσχατα· ἔπειτα διὰ Λιμναίας, καὶ ἐπέβησαν τῆς Ἀγραίων, οὐκέτι Ἀκαρνανίας φιλίας δὲ σφίσι λαβόμενος δὲ τοῦ Θυάμου ὄρους, ὅ ἐστιν ἀγροικὸν, ἐχώρουν δι' αὐτοῦ, καὶ κατέβησαν εἰς τὴν Ἀργείαν νυκτὸς ἤδη. Id eſt: *Cum Stratiorum fines pertranſiiſſent, perrexerunt per Phytiam, & rurſus per fines extremos Medeonis: poſtea per Limnæam & Agræorum terram attigerunt, quæ non eſt amplius Acarnaniæ, & illis amica erat, & cum ad Thyamum montem deſertum perveniſſent, per eum inceſſerunt, & nocte jam facta in Argivorum terram deſcenderunt.* Thyamus mons ex hac narratione fuit in Agræorum fundo, prope Acarnaniam & Amphilochicos etiam Argivos attingebat.

Ætoliæ fuit Aracynthus mons,quem tamen multi accenſent Acarnaniæ, eo quod ſuo tempore ultra Acheloum plures agros, plura oppida poſſidebant Acarnanes, ejus tamen montis narrationes rejicimus in Ætoliæ deſcriptione,de qua ſtatim.

In littore Acarnaniæ præter Leucadem nobilem & celebratam inſulam, de qua ſupra abunde diximus, & Carnum ignobilem, de qua Scylax, & Stephanus ſoli loquuti ſunt, nullæ ſunt inſulæ. Sed poſt Ætoliæ deſcriptionem de Ithaca, Cephalenia & Echinadibus, aliquid dicere tentabinus. Hactenus de Acarnania.

LIBER

LIBER QUARTUS.

Caput I.

De ÆTOLIA.

Nunc ex ordine de Ætolia dicendum eſt, de qua olim Diocles Rhodius Ætolica ſcripſerat: citatur etiam Dercyllus in 3. Ætolicorum à Plutarcho lib. de fluviis in Acheloo, ſi tamen eſt Plutarchi ille liber, quod non puto. De ea regione Dionyſius Periegetes, poſtquam Dodonem nominavit, ſic ait:

Τῆς δ' ὑπὲρ ἐς νότον, εἰσὶν ὑπὸ σκοπιὴν Ἀρακύνθου
Ἀνδρῶν Αἰτωλῶν πεδίον μέγα. τοῦ διὰ μέσου
Σύρεται ὁλκὸν ἄγων Ἀχελώϊος ἀργυροδίνης,
Τρινακίης ἐπὶ πόντον ἑλισσόμενος διὰ μέσων
Νήσων, ἃς καλέουσιν Ἐχινάδας. - - - - Id eſt:

Supra hanc meridiem verſus ſunt ſub ſpecula Aracynthi.
Virorum Ætolorum magnus campus, per medium cujus
Trahitur ſulcum ducens Achelous argenteos fluctus habens, in mare
Trinaciæ devolutus per medias inſulas Echinadas.

Per medios agros Ætoliæ ait fluere Acheloum: ſed ut non pugnet cum eorum ſententia, qui Acheloum limitem communem faciunt inter Acarnanas & Ætolos, intelligenda ſunt verba Dionyſii de ſuperiori Acheloi parte, qui è Pindo defluens per Agræos & Aperantios medios decurrit, non vero de inferiori parte, ubi diſterminabat eos duos populos. Licet & aliter contradictionem vitare: nam, ut jam ſupra diximus, ſecundum

diverſa tempora, prout prævalebant Ætoli vel Acarnanes, modo per agros medios Ætolorum fluebat, quando Ætoli Stratum, Oeniadas & alias Acarnaniæ urbes ſub ditione ſua habebant, modo per Acarnanas medios fluebat, quando Acarnanes ultra Acheloum uſque ad Euenum limites ſuos ampliaverant. Sic de eo negotio Strabo lib. 10. Αἰτωλοὶ μὲν τοίνυν καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμοροῦσιν ἀλλήλοις, μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, ῥέοντα ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τοῦ Πίνδου πρὸς νότον, διά τε Ἀγραίων Αἰτωλικοῦ ἔθνους, καὶ Ἀμφιλόχων· Ἀκαρνᾶνες μὲν τὸ πρὸς ἑσπέραν μέρος ἔχοντες τοῦ ποταμοῦ, μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, τοῦ κατὰ Ἀμφιλόχους. Αἰτωλοὶ δὲ τὸ πρὸς ἕω μέχρι τῶν Ὀζολῶν Λοκρῶν, καὶ τοῦ Παρνασσοῦ καὶ τῶν Οἰταίων. Id eſt: *Ætoli igitur & Acarnanes invicem ſibi vicini ſunt, medium habentes Acheloum fluvium, à ſeptentrione & Pindo monte verſus meridiem fluentem, per Agræos Ætolicam gentem, & Amphilochos: & Acarnanes quidem poſſidentes partem ad occidentem fluvii, uſque ad Ambracicum ſinum, qui ad Amphilochos pertingit; Ætoli autem partem ad orientem, uſque ad Ozolas Locros & Parnaſſum & Oetæos.* Sic à Strabone limites Ætoliæ ad occidentem & orientem definiuntur. Sed aliter Strabo ipſe lib. 8. Acarnaniam extendit uſque ad Euenum: Ἀπὸ δὲ Ἀχελῴου (inquit) ἐπὶ τὸν Εὔηνον Ἀκαρνᾶνές εἰσιν, εἶτ' ἐξῆς ἐπὶ τὸ Ἀντίρριον Αἰτωλοί. Id eſt: *Ab Acheloo uſque ad Euenum Acarnanes ſunt, deinde ordine uſque ad Antirrhium Ætoli.* Hæc certe conciliari non poſſunt, ſcilicet Strabo ex diverſis autoribus, quos etiam ſæpe citat, ſuam Græciæ deſcriptionem compilavit, quorum diverſas ſententias protulit memoria labaſcente. Ideo aliquando in contradictiones impingit: ſed, ut jam pluries ſupra dixi, Acarnanes aliquando prævaluerunt, & uſque ad Euenum Ætolos coërcuerunt, aliquando vero & Ætoli prævalentes

lentes eos rurſus ultra Acheloum pepulerunt, & in ipſa Acarnania Stratum, Metropolim, & alia oppida ſibi ſubjecerunt, & ſic autores ſecundum ſui temporis ſtatum metas his regionibus diverſas poſuerunt. Sequitur deinde Strabo, & limites à ſeptentrione & meridie ſic definit: Ὑπέρκεινται δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ καὶ τοῖς προσβορείοις μέρεσι τῶν μὲν Ἀκαρνάνων Ἀμφίλοχοι, τούτων δὲ Δόλοπες καὶ ἡ Πίνδος, τῶν δὲ Αἰτωλῶν Περραιβοί τε καὶ Ἀθαμᾶνες καὶ Αἰνειάνων τι μέρος τῶν τὴν Οἴτην ἐχόντων· τὸ δὲ νότιον πλευρὸν τό, τε Ἀκαρνανικὸν ὁμοίως καὶ τὸ Αἰτωλικὸν κλύζεται τῇ ποιούσῃ θαλάσσῃ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, εἰς ὃ καὶ ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς ἐξίησιν ὁρίζων τὴν τῶν Αἰτωλῶν παραλίαν, καὶ τὴν Ἀκαρνανικήν· ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῷος πρότερον. Id eſt: *Supra Acarnanas verſus ſeptentrionem in mediterraneis ſiti ſunt Amphilochi, ſupra hos vero Dolopes & Pindus, ſupra Ætolos vero Perrhæbi & Athamanes, & Ænianum pars eorum qui Oetam tenent. Latus vero meridionale tam Ætoliæ quam Acarnaniæ alluitur mari, quod Corinthiacum ſinum facit, in quod Achelous fluvius exit, diſcriminans littus Acarnanicum ab Ætolico. Vocabatur autem prius Thoas ille fluvius.* Addit paulo poſt: Εἴρηται δὲ καὶ ὅτι ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου τὸ στόμα τοῦδε τοῦ ποταμοῦ φασίν. Id eſt: *Jam autem dictum eſt, quod principium Corinthiaci ſinus ab ore ejus fluvii dicunt eſſe.* In his locis Strabo veluti metis poſitis Ætoliam circumſcribit, nec opus eſt amplius in eam rem inquirere.

CAPUT II.

De CURETIBUS.

Ante quam ea regio Ætolia vocaretur, Κουρῆτις dicta fuit, & ejus habitatores Κουρῆτες *Curetes*, & ſic ab

Homero nuncupatos Ætolos volunt antiqui Homeriſtæ, ſed & prius Ὑάνθις *Hyantis* vocabatur, ſi fides Stephano, qui ſine antiquo autore procul dubio id non excogitavit. Sed credere eſt, ſic vocatam fuiſſe Cadmi tempore, qui Hyanthas Bœotia expulit, quorum plures in Ætoliam, non multum remotam, ſeceſſerunt, & eam incoluerunt, unde Hyanthis appellata fuit. Opinionem noſtram non infirmat Euſtathius ad Iliad. β. verſu 637. ad hæc verba: Αἰτωλῶν δ' ἡγεῖτο Θόας, ubi ſic commentatur: Αἰτωλία καὶ Αἰτωλοὶ ἀπὸ Αἰτωλοῦ καλοῦνται υἱοῦ Ἐνδυμίωνος, ὃς ἐκπεσὼν Πίσης τῆς ἐν Πελοποννήσῳ ὑπὸ Σαλμονέως, συνῴκισε τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Αἰτωλίαν· πρότερον δὲ φασὶν Ὑάνθες ἐκαλοῦντο. Id eſt: *Ætolia & Ætoli ab Ætolo vocantur Endymionis filio, qui pulſus Piſa, quæ eſt in Peloponneſo, à Salmoneo, incoluit Ætoliam ab eo ſic vocatam. Prius autem, ut ajunt, vocabantur Hyanthes.* Sed conſiderandus ſuper hoc Apollodori locus à Strabone citatus lib. 10.: καὶ Ἀπολλόδωρος δ' εἴρηκεν ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀπελθόντας Ὑάνθας ἱστορεῖσθαι, καὶ ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενομένους. Certe is locus Apollodori omnino firmat noſtram de migratione Hyanthum conjecturam, ſed oblitus ſum verba Apollodori Latine reddere, quæ ſic ſonant: *Apollodorus autem dixit, ex Bœotia abſceſſiſſe Hyanthas hiſtorias narrare, & una cum Ætolis habitaſſe.* Sed ſi ſic Apollodorus ſcripſit, nec aliud quid addidit, temporum rationem nullam habuit. Nam Ætoli ab Ætolo Endymionis filio, (ut ſupra probavimus) qui eos ab Elide in regionem tunc Curetin dictam duxit, & ea occupata, Curetibus in Acarnaniam pulſis, Ætoliam nominavit, initium ejus appellationis fecit. At Endymion fuit Æthli filius, Æoli nepos, Hellenis pronepos, Deucalionis abnepos. Ætolus ergo Deucalionis abnepos fuit, & eo quinque generationibus poſterior.

At

At Cadmus qui Hyanthas expulit, omnium Chronologorum conſenſu, Deucalione multo antiquior fuit. Aut igitur Apollodorus graviter peccavit in rationem temporum, vel ut excuſetur, voce Αἰτωλοῖς abuſus eſt κατὰ πρόληψιν, id eſt, *per anticipationem*, nomen Ætolorum ſcilicet anticipans, quod ſuo tempore notum erat & frequentatum. De Curetibus, ut curioſo lectori ſatisfaciamus, cogimur longam ῥῆσιν ex Strabone exſcribere, quoniam rem accuratius tractat lib. 10. ſic autem habet: Περὶ δὲ Κουρήτων ἔτι καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται, τὰ μὲν ἐγγυτέρω ὄντα τῆς περὶ Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων ἱστορίας, τὰ δὲ ἀπωτέρω· ἐγγυτέρω μὲν τὰ τοιαῦτα οἷα προείρηται, ὅτι τὴν χώραν, ἡ νῦν Αἰτωλία καλεῖται, Κουρῆτες ᾤκουν· ἐλθόντες δ' οἱ Αἰτωλοὶ μετ' Αἰτωλοῦ τούτους ἐξέβαλον εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν· καὶ ἔτι τὰ τοιαῦτα, ὅτι τὴν Πλευρωνίαν ὑπὸ Κουρήτων οἰκουμένην, καὶ Κουρῆτιν προσαγορευομένην, Αἰολεῖς ἐπελθόντες ἀφείλοντο, τοὺς δὲ κατέχοντας ἐξέβαλον. Ἀρχέμαχος δ' ὁ Εὐβοεὺς φησὶ, τοὺς Κουρῆτας ἐν Χαλκίδι συνοικῆσαι· συνεχῶς δὲ περὶ τοῦ Ληλάντου πεδίου πολεμοῦντας, ἐπειδὴ οἱ πολέμιοι τῆς κόμης ἐδράττοντο τῆς ἔμπροσθεν, καὶ αὐτοὺς κατέσπων, ὄπισθεν κομῶντας γενέσθαι, τὰ δὲ ἔμπροσθεν κείρεσθαι, διὸ καὶ Κουρῆτας ἀπὸ τῆς κουρᾶς κληθῆναι· μετοικῆσαι δ' εἰς Αἰτωλίαν, καὶ κατασχόντας τὰ περὶ Πλευρῶνα χωρία· τοὺς δὲ πέραν οἰκοῦντας τοῦ Ἀχελώου, διὰ τὸ ἀκούρους φυλάττειν τὰς κεφαλὰς, Ἀκαρνᾶνας καλεῖσθαι· ἔνιοι δὲ ἀπὸ ἥρωος τοὔνομα σχεῖν ἑκάτερον τὸ φῦλον· οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου τοὺς Κουρῆτας ὀνομασθῆναι, τοῦ ὑπερκειμένου τῆς Πλευρῶνος· εἶναι τι φῦλον τὸ Αἰτωλικὸν τοῦτο ὡς Ὀφιεῖς, καὶ Ἀγραίους καὶ Εὐρυτᾶνας καὶ ἄλλα πλείω. Ὡς δ' εἴρηται τῆς Αἰτωλίας δίχα διῃρημένης, τὰ μὲν περὶ Καλυδῶνα τὸν Οἰνέα ἔχειν φασί· τῆς δὲ Πλευρωνίας μέρος μέν τι καὶ τοὺς Παρθαονίδας ἔχειν τοὺς περὶ τὸν Ἄγριον, οἵπερ

Ὤκεον ἐν Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι

Ἐπικρατεῖν μέντοι Θέστιον τῆς Πλευρωνίας, τὸν πενθερὸν τοῦ Οἰνέως, Ἀλθαίας δὲ πατέρα ἡγούμενον τῶν Κουρήτων· πολέμου δ' ἐμπεσόντος

 τοῖς

τοῖς Θεστιάδαις πρὸς Οἰνέα καὶ Μελέαγρον, ὡς μὲν ὁ ποιητὴς ἀμφὶ συὸς κεφαλῇ καὶ δέρματι, κατὰ τὴν περὶ τοῦ κάπρου μυθολογίαν, ὡς δὲ τὸ εἰκὸς περὶ μέρους τῆς χώρας, οὕτω δὴ λέγεται·

Κουρῆτες δ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοὶ μενέχαρμοι.

Ταῦτα μὲν τὰ ἐγγυτέρω. Id eſt: *De Curetibus autem talia dicuntur, quorum alia ſunt propiora iis, quæ hiſtoria narrat de Ætolis & Acarnanibus, alia vero remotiora, & propiora quidem, quæ jam dicta ſunt, quod regionem, quæ nunc Ætolia vocatur, Curetes incoluerunt: Ætoli vero advenientes cum Ætolo eos expulerunt in Acarnaniam. Item hæc, quod Pleuroniam à Curetibus inhabitatam & Curetin dictam Æoles advenientes abſtulerunt, & poſſeſſores ejecerunt. Sed Archemachus Euboënſis ait, Curetas Chalcidem incoluiſſe, ſed cum continuo bellum gererent pro Lelanto agro, & hoſtes eos per capronas arriperent & eos dejicerent, comam in occipite alere & anteriora capitis radere inſtituiſſe, & ſic Curetas à Cura id eſt tonſura dictos fuiſſe, migraviſſe vero eos in Ætoliam & loca circa Pleuronem obtinuiſſe. Sed eos qui ultro Acheloum habitabant, quia caput non tendebant, Acarnanas dictos fuiſſe. Alii tradunt à heroe nomen habuiſſe utrumque populum. Sunt & qui à Curio monte Curetas appellatos fuiſſe volunt, qui Pleuronem ſupereminet, & eſſe Ætolicam gentem, ſicut Ophienſes, Agræi, Eurytanes & plures alii. Ut autem jam dictum eſt, Ætolia bifariam diviſa erat, cujus partem, quæ eſt circa Calydonem, ajunt Oeneum tenuiſſe, Pleuroniæ vero quandam partem Parthaonidas & Agrium, quiquidem habitabant Pleuroni. & excelſæ Calydoni. Theſtium tamen potentiorem fuiſſe in Pleuronia, ſocerum Oenei, & Althææ patrem, qui Curetibus imperabat. Cum autem bellum incidiſſet Theſtiadis contra Oeneum & Meleagrum, ut poëta quidem ait propter apri caput & exuvium, ſecundam fabulam de apro*

apro Calydonio, ſed ut veriſimile eſt, propter agri partem. Sic dixit:

Curetes pugnabant & Ætoli bellicoſi,

Et ea quidem magis conveniunt, & propiora ſunt. Remotiora vocat ea, quæ fabuloſe finguntur de Curetibus Cretenſibus, qui Jonem infantem cuſtodiebant, & alia, quæ de iis memorantur, qualia de Satyris, Silenis, Tityris & Corybantibus, &c. narrantur, ea nihil ad noſtrum propoſitum faciunt. Sed tam prolixum ſermonem ex Strabone integrum exſcribere neceſſe duxi, quoniam in eo loco nihil eſt inutile, nec quod apprime non faciat ad cognitionem antiquitatis & populorum, qui noſtræ Ætoliæ antiqui cultores fuerunt. Itaque ut ex ſupradictis aliquid colligamus, videntur primi advenæ habitatores Ætoliæ fuiſſe Hyanthas, à Cadmo pulſos ex Aonia vel Bœotia, qui indigenis mixti, vel eos pellentes regionem Hyanthidem appellavere. Sed poſtea Curetes ſeu à Chalcide, ut Archemachus ſcripſerat, ſeu aliunde advenientes, Hyanthum nomen aboluerunt & ab iis regio Curetis dicta fuit. Eos rurſus Ætolus pepulit, & Elæos ſuos à ſuo nomine Ætolos & regionem Ætoliam nominavit, quod omnino firmat Pindari Scholiaſtes ad Olymp 3. ubi ſic commentatur: Ἤτοι ἀπὸ Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος, ὃς ἦν Ἠλεῖος, ἀποκλείνας δὲ Ἄπιν ἐν τοῖς ἐπ' Ἀζάνι ἄθλοις, ἔφυγεν εἰς τὴν πρότερον Κουρῆτιν, Αἰτωλίαν δὲ ὕστερον ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν. Id eſt: *Vel ab Ætolo Endymionis, qui Heleius erat, cum autem occidiſſet & pin in agone, quod ad Æzanis ſepulchrum fiebat, aufugit in Curetim, olim vocatam, poſtea vero ab eo Ætoliam nuncupatam.* Et id nomen uſque ad Valachorum & Bulgarorum irruptiones duravit. Nicetas vero ſuo tempore Ætolos Artinos vocatos fuiſſe aſſerit, dubium an & Acarnanas etiam, ſic enim ſcribit lib. 2. Ἀκαρνᾶνας δὲ καὶ Αἰτωλοὺς τοὺς νῦν λεγομένους

μένους Ἀρτίνους, καὶ ὅσα πάραλα ἀμαύρων τὸν Κορινθιακὸν κόλπον εἰσέπλευσε. Id eſt: *Acarnanas & Ætolos, nunc Artinos appellatos, & omnes maritimas plagas vaſtans, Corinthium ſinum adnavigavit.* Sed id nomen à civitate *Arta* formatum eſt, quam nunc quidam nolunt fuiſſe *Ambraciam*, alii *Stratum*, alii *Argos*. Eam regionem bifariam dividebant antiqui teſte Geographo, qui lib. 10. ſic ait: Καὶ δὴ καὶ διῃρῆσθαι συνέβαινε δίχα τὴν Αἰτωλίαν, καὶ τὴν μὲν ἀρχαίαν λέγεσθαι, τὴν δ' Ἐπίκτητον· Ἀρχαίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ Ἀχελώου μέχρι Καλυδῶνος, παραλίαν ἐπὶ πολὺ καὶ τῆς μεσογαίας ἀνήκουσαν, εὐκάρπου τε καὶ πεδιάδος, ἧς ἐστι καὶ Στράτος, καὶ τὸ Τραχίνιον ἀρίστην ἔχον γῆν· Ἐπίκτητον δὲ τὴν τοῖς Λοκροῖς συνάπτουσαν, ὡς ἐπὶ Ναύπακτόν τε καὶ Εὐπάλιον, τραχυτέραν τε οὖσαν, καὶ λυπροτέραν μέχρι τῆς Οἰταίας, καὶ τῆς Ἀθαμάνων, καὶ τῶν ἐφεξῆς, ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἤδη περιισταμένων ὀρῶν τε καὶ ἐθνῶν. Id eſt: *Uſu venit etiam, ut in duas partes divideretur Ætolia, & unam quidem antiquam, alteram Epictetum* (id eſt acquiſitam) *vocatam fuiſſe; antiquam ſcilicet eam, quæ ab Acheloo Calydonem uſque extenditur littoralem, & multum etiam in mediterranea penetrantem, fertilia & campeſtria, in qua eſt & Stratus & Trachinium, quod optimum habet ſolum: Epictetum vero eam, quæ Locros attingit uſque ad Naupactum & Eupalium, quæ quidem aſpera eſt & minus læta uſque ad Oetæam & Athamaniam, & eas quæ ſequuntur gentes verſus ſeptentrionem, & montes, qui eam circumdant.* In hoc loco Strabonis mihi valde ſuſpecta vox eſt Τραχίνιον, & eo quod nullus alius eam urbem in Ætolia nominavit, tum quod id nomen non convenit oppido campeſtri & optimum habenti ſolum, ſed potius loco aſpero & montano, itaque ſi quid in eo video, omnino credo legendum Τριχώνιον, urbs enim fuit ejus nominis in ea parte Ætoliæ, cujus meminerunt Polybius lib. 5. Pauſanias in Corinthiacis, & Stephanus

de

de Urbibus. Sed ad rem. Non ſolum in duas partes dividenda nobis eſt Ætolia, ſed in plures; populi enim plures ſub nomine Ætoliæ comprehenſi ſunt, nam præter Hyanthas, & Curetas, & Artinos, de quibus ſupra, etiam fuerunt Agræi, Aperantii, Ophienſes, Eurytanes, Æoles, Apodoti. Amphilochi etiam à quibuſdam inter Ætoliæ populos cenſiti ſunt, de quibus ſupra.

CAPUT III.

De AGRÆIS.

Jam ſupra de Agræis ex Thucydide aliquid diximus, ex cujus loco ibi citato didicimus, Agræos coluiſſe in vicinia Amphilochorum orientem verſus & meridiem: quando Eurylochus Spartanus, ex Proſchio Ætoliæ oppido meridionali ad Amphilochos tendens, per Agræos iter fecit, ſub rege erant, & tempore ejus expeditionis, quam Thucydides narrat, Sabylinthus ibi regnabat. Ætolis accenſebat eos Philippus in colloquio cum T. Flaminio, ſed non Græcis: & Barbaros eſſe contendebat, ut narrat Polybius hiſtor. lib. 17. Αὐτῶν γὰρ Αἰτωλῶν (ajebat) οὐκ εἰσὶν Ἕλληνες οἱ πλείους· τὸ γὰρ τῶν Ἀγραῶν ἔθνος καὶ τὸ τῶν Ἀποδωτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων, οὐκ ἐστὶν Ἑλλάς. Id eſt: *Ætolorum enim ipſorum plurimi non ſunt Græci, nam & Agræorum gens & Apodotorum, etiam Amphilochorum non ſunt Græciæ populi.* Strabo etiam lib. 10. Agræos Ætolis accenſet, ſic enim habet: οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου τοὺς Κουρῆτας ὀνομασθῆναι .... εἶναι τι φῦλον τὸ Αἰτωλικὸν τοῦτο, ὡς Ὀφιεῖς, καὶ Ἀγραίους, καὶ Εὐρυτᾶνας. Id eſt: *Alii quidem à monte Curio Curetas nominatos fuiſſe volunt .... & eſſe eam gentem Ætolicam, ut Ophienſes, Agræos, & Eurytanas.* De iis meminit Stephanus

ex Thucydide, per pagos (quod Græci dicunt κωμηδὸν) habitaſſe eos puto, quod nullum apud eos oppidum memoretur. Sed tantum de pago *Ephyra* vocato, de quo Strabo lib. 8. Καὶ ἐν τῇ Ἀγραίᾳ τῆς Αἰτωλίας Ἔφυρα κώμη. Id eſt: *Et in Agræa Ætoliæ Ephyra pagus.* Addit: οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς Ἔφυροι. Id eſt: *Et ejus incolæ Ephyri.* Nec plura de ea gente dicenda ſuppetunt.

CAPUT IV.

De APERANTIA.

Aperantia fuit etiam quædam Ætoliæ regiuncula, vicina Agræis & Amphilochis, & ut conjicio ex nomine ad Acheloum ſita, de ea ſic Polybius in Excerptis Legat. ex libro 26. de Ætolis. Ἐνέβαλον εἰς τὴν Ἀμφιλοχίαν. τῶν δὲ πλείστων αὐτοῖς ἐθελοντὴν προσχωρησάντων, μετῆλθον εἰς τὴν Ἀπεραντίαν· καὶ τούτων δὲ προσθεμένων ἑκουσίως, ἐστράτευσαν εἰς τὴν Δολοπίαν. Id eſt: *In Amphilochiam irruptionem fecerunt. Cum autem plerique ſponte iis ſe adjunxiſſent, in Aperantiam tranſiverunt, & iis etiam ſponte ſe dedentibus, copias in Dolopiam duxerunt.* Hunc locum Livius tranſtulit in librum 38. ſuæ hiſtoriæ, ſine ullo verborum mutatione, lib. 36. de Philippo, de quo poſtquam Demetriadem receperat, ait: *Inde Dolopiam & Aperantiam, & Perrhæbiæ quaſdam civitates recepit*, & lib. 38. de Perſeo Macedone, qui Stratum incaſſum occupare tentaverat, ait: *quinque millia paſſ. ab urbe trans Petitarum amnem poſuit caſtra.* Et inde, *Territus in Aperantiam caſtra movit.* De ea gente etiam Plutarchus in Flaminio. Μάνιος δὲ ὁ ὕπατος τοὺς μὲν αὐτοὺς δήμους τῶν Αἰτωλῶν ἐπολιόρκει, τοὺς δὲ τῷ βασιλεῖ Φιλίππῳ συνεχώρησεν ἐξαιρεῖν, ἀγομένων δὲ καὶ φερομένων ὑπὸ τοῦ Μακέδονος, τοῦτο μὲν Δολό-

Δολόπων καὶ Μαγνήτων, τοῦτο δὲ Ἀθαμάνων, καὶ Ἀπεραντίων, αὐτοῦ δὲ τοῦ Μανίου τὴν μὲν Ἡράκλειαν διαπεπορθηκότος, τὴν δὲ Ναύπακτον Αἰτωλῶν ἐχόντων πολιορκοῦντος, &c. Id eſt: *Conſul autem Manius Ætolos alios ipſe invadens circumſedit, alios vero regi Philippo deſtruere conceſſit, cum autem agerentur & ferrentur à Macedone, hinc Dolopes & Magnetes, inde Athamanes & Aperantii, ipſo vero Manio poſt Heracleam expilatam Naupactum, quod Ætoli tenebant, obſidente.* Ex hoc loco & aliis ſupra citatis colligitur, Aperantiam fuiſſe regiunculam Ætoliæ ſeptentrionalem, vicinam Amphilochis, Dolopibus & aliis ad Pindum habitantibus. Sed ex nominis etymo conjicio, eam fuiſſe ad Acheloum ſitam, ubi jam incipit abundantior aquis fluere, ubi jam vadari non poteſt, nempe à privativo α & περᾶν quod eſt trajicere dicta fuit: quod ibi vado non amplius tranſiri poterat, quod ſupra eam regionem fiebat, & erat ἀπέραντος quaſi dicas intranſibilis (ut ita dicam.) In ea regione nullum oppidum commemoratur, niſi fidem habeamus Stephano, qui Aperantiam urbem facit, ſed magno errore eam in Theſſalia ponit, Polybium citans lib. 20. quem utinam haberemus. Ejus locum libri 26. adduximus, ex quo patet Aperantiam, de qua agitur, non fuiſſe Theſſaliæ. Vel igitur apud Stephanum pro Θεσσαλίας legendum Αἰτωλίας, vel fuit alia Aperantia de qua nullus alius verba fecit. Sed quid dicendum eſt de Magnetibus illis, quorum mentionem facit Plutarchus loco nuper citato, qui eos cum Dolopibus conjungit, certe fateor in eo loco nihil me videre quam tenebras nigerrimas, nullam Magneſiam novi, quam quæ eſt ſub Pelio ad Orientem Theſſaliæ, nullam ejus nominis urbem, quam eam, quæ erat ad Mæandrum, & alteram ſub Sypylo monte ultra Ægæum in Aſia, niſi ea vox mendoſa aut male inſerta ſit:

expecto qui me doceat, libenter doctiori lampadem trado.

CAPUT V.

De OPHIENSIBUS.

Fuerunt etiam inter gentes Ætolicas Ὀφιονεῖς, ſic dicti Thucydidi, Straboni vero & aliis Ὀφιεῖς. Thucidides igitur lib. 3. narrat, quomodo Meſſenii Demoſthenem incitabant ducem Athenienſem ad bellum contra Ætolos gerendum, his verbis: Ἐπιχειρεῖν δὲ ἐκέλευον πρῶτον μὲν Ἀποδωτοῖς, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους Εὐρυτᾶσι. Id eſt: *Jubebant autem ut primum invaderet Apodotos, poſtea vero Ophioneas, & poſt hos Eurytanas.* Ex hoc ordine conjicere licet, Apodotos propiores fuiſſe Naupacto, unde Demoſthenes copias ducere debebat, & poſt eos Ophioneas illos, de quibus Strabo lib. 10. ubi Eueni fluvii originem & curſum deſcribit, ait: Ὁ δὲ Εὔηνος ποταμὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Βωμιαίων, τῶν ἐν Ὀφιεῦσι Αἰτωλικῷ ἔθνει, καθάπερ καὶ οἱ Εὐρυτᾶνες, καὶ Ἀγραῖοι, καὶ Κουρῆτες, καὶ ἄλλοι. Id eſt: *Euenus vero fluvius incipit à Bomiæis, qui ſunt Ophienſes Ætolica gens, ſicut & Eurytanes, & Agræi, & Curetes, & alii.* Et rurſus idem Strabo eodem libro de Curetibus ſic ait: Εἶναι δὲ φῦλον Αἰτωλικὸν τοῦτο, ὡς Ὀφιεῖς (ſic legendum, ut habent manuſcripti codices, non ut male editiones Σοφιεῖς) καὶ Εὐρυτᾶνας, καὶ Ἀγραίους, καὶ ἄλλα πλείω. Id eſt: *Eſſe autem gentem Ætolicam, ut Ophienſes, & Agræos, & Eurytanas, & alias plures.* Ovidius lib. 7. Metamorph. gentile fœmininum expreſſit *Ophias*, nomen gentile matris Curetum, quæ Combe vocabatur, ſic:

Adjacet his Pleuron in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.

Et

Et conjectura ducta ex hoc Ovidii loco, olim Heſychium emendavi in voce κομβακορώνη, quæ disjungi debet, & legendum κόμβα κορώνη * πολοειίνιοι, ubi vox πολοειίνιοι notatur aſteriſco, tamquam dubiæ lectionis: ibi legendum contendo πλευρώνιοι, eo quod ea Combe ab eodem Heſychio dicitur mater Curetum, qui Pleuroni habitabant: & quoniam fabula narrabat, eam in avem Coronam mutatam fuiſſe, ideo Pleuronii eam avem, quam cæteri Græci Coronem vocabant, Comben vocaverunt: in noſtris ad Heſychium notis, quas ad eruditum Screvelium miſi, novam Heſychii editionem adornantem, videbis candide lector rationes emendationis noſtræ fuſius explicatas. Hi Ophionenſes ceu Ophienſes uſque ad Molienſes, qui ſinum Meliacum accolebant, extendebantur, & eorum partes erant Bomienſes & Callienſes, ut nos docet Thucydides lib. 3. poſt locum ſupra citatum, ubi de invaſione Demoſthenis agitur: Ἐπειδή τε ὁ στρατὸς ἐσεβεβλήκει, πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες ὥστε καὶ οἱ ἔσχατοι Ὀφιονέων, οἱ πρὸς τὸν Μηλιακὸν κόλπον καθήκοντες, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς ἐβοήθησαν. Id eſt: *Poſtquam autem exercitus in eos impreſſionem fecit, tum ingenti manu omnes auxilium tulerunt, adeo ut ultimi Ophionenſium, qui uſque ad Meliacum ſinum pertingunt, Bomienſes & Callienſes omnes in auxilium advenerant.* Hæc ſunt quæ apud autores de Ophienſibus inveniuntur, nam de Bomienſibus & Callienſibus eorum partem facientibus, nihil præter hunc locum vidimus. Quod ſi cui mirum videatur, nos de urbibus ejus populi nullam facere mentionem, deſinet mirari, ſi locum Thucydidis attente legerit lib. 3. ibi videbit Meſſenios de Ætolis hæc dicere. Τὸ γὰρ ἔθνος μέγα μὲν εἶναι τὸ τῶν Αἰτωλῶν, καὶ μάχιμον, οἰκοῦν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ. Id eſt: *Gentem quidem Ætolorum eſſe magnam & pugnacem, habitare au-*

tem per pagos ſine muris, & longe ab invicem diſtantibus. Quod tamen intelligendum de iis Ætolis, qui ad ſeptentrionem Naupacti habitabant, Apodotis, Ophienſibus & Eurytanis, de quibus paulo poſt loquitur. Nam littorales Ætoli Pleuronem, Calydonem & plures alias urbes habitabant, montani vero ſeptentrionales ruſticiores erant, & barbari à Philippo cenſebantur in colloquio cum T. Flaminio & Ætolorum legatis, de quo infra dicemus.

CAPUT VI.

De EURYTANIBUS.

Eurytanes gens Ætolica omnium maxima & ferociſſima memoratur à Thucydide lib. 3. in loco ſupra citato: Εὐρυτᾶνες, ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν, ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ ὠμοφάγοι εἰσὶν, ὡς λέγονται. Id eſt: *Eurytanes, qui maxima pars ſunt Ætoliæ, & lingua incognita utuntur, & carne cruda veſci dicuntur.* Strabo tamen eorum urbem memorat Oechaliam lib. 10. ubi de Oechalia Eretriaca loquitur: Ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ καὶ τῇ περὶ Τρίκκην .... καὶ τῇ ἐν Αἰτωλίᾳ περὶ τοὺς Εὐρυτᾶνας. Id eſt: *Eodem nomine vocata, quo Trachinia, & ea quæ eſt prope Triccam .... & ea, quæ in Ætolia circa Eurytanas.* A quodam Euryto nomen habuere, quod ſcripſerat Ariſtoteles in Ithaceſiorum republica, quem citat Tzetzes ad Lycophronem verſu 794. ad hæc verba: Μάντιν δὲ νεκρὸν Εὐρυτὰν στέψει λεώς, ad quæ ſic Tzetzes: Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ, Εὐρυτᾶνας ἔθνος εἶναι τῆς Αἰτωλίας, ὀνομασθὲν ἀπὸ Εὐρύτου, παρ᾽ οἷς εἶναι μαντεῖον Ὀδυσσέως· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Νίκανδρος φησὶν ἐν Αἰτωλοῖς. Εὐρυτὰν ὡς τὸ Παιάν. Id eſt: *Ariſtoteles ait in Itha-*

Ithaceſiorum republica Eurytanas eſſe gentem Ætoliæ ab Euryto vocatam, apud quos eſt oraculum Ulyſſis, & id etiam ait Nicander in Ætolis. Eurytan dicitur ut Pæan. Et paulo infra ad hæc verba verſus 813. Πλαζοῦσι λύσσης μηχαναῖς, totam Ulyſſis hiſtoriam perſequitur, & in fine ait: Ὀδυσσεὺς δὲ εἰς Εὐρυτᾶνας ἔθνος Ἠπείρου κατὰ χρησμὸν ἐλθὼν θύει τὰ νενομισμένα, καὶ γηραιὸς ἄγαν ὑποστραφεὶς, κτείνεται ὑπὸ Τηλεγόνου. Id eſt: *Ulyſſes ex oraculi monitu ad Eurytanas cum veniſſet, ſacra facit debita, & ſenex valde reverſus ab Telegono occiditur.* In ea voce corrigendus Stephanus, qui ſic habet: Εὐρυτᾶνες, ἔθνος Ἰταλικόν, ubi liquet legendum eſſe Αἰτωλικόν. Nec plura dicenda habemus de ea gente, quæ nobis ponenda videtur in parte Ætoliæ boreali & montana, longe à mari, & Ophienſibus occidentalior, qui orientalem partem uſque ad Melienſes occupabant, ut dictum eſt.

CAPUT VII.

De APODOTIS.

Apodoti gens Ætolica etiam memoratur Thucydidi lib. 3. loco nuper citato: Πρῶτον μὲν Ἀποδωτοῖς, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους Εὐρυτᾶσι. Id eſt: *Primum quidem Apodotis, deinde & Ophionenſibus, poſt eos vero Eurytanibus.* Unde colligo, Apodotos ſitos fuiſſe inter Ophionenſes & Naupactios, ejus conſilii autores & Ozolas, unde proficiſcebatur Demoſthenes ad bellum cum Ætolia gerendum, ut ait idem autor paulo poſt. De Apodotis apud Polybium lib. 17. Philippus in colloquio cum T. Flaminio ſic ait, ut jam ſupra citavimus: Αὐτῶν γὰρ Αἰτωλῶν οὐκ εἰσὶ Ἕλληνες οἱ πλείους, τὸ γὰρ τῶν Ἀγραῶν ἔθνος καὶ τὸ τῶν Ἀποδοτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων οὐκ ἐστὶν Ἑλλάς. Id eſt: *Nam*

Nam & Ætolorum plures non ſunt Græci: nam & gens Agræorum & Apodotum & adhuc etiam Amphilochorum non ſunt Græciæ. In ea voce corrigendus T. Livius lib. 32. qui locum Polybii vertit ad verbum ubi legitur: *Ipſius enim Ætoliæ Agræos, Apodeotos & Amphilochos, quæ permagna eorum pars ſit, Græciam non eſſe.* Ex Polybio & Thucydide patet legendum eſſe *Apodotos*, & ex verſione Livii legendum eſt apud Polybium Ἀγραίων ἔθνος, *Agræorum gens*, ut ab aliis nuncupantur: ſed eundem locum multo pejus legebat Stephanus ſuo tempore, qui ſic habet: Ἀποβοιωτοὶ, ὡς Βοιωτοὶ, ἔθνος Αἰτωλίας, Θουκυδίδης τρίτῃ. ἐπιχειρεῖν δὲ ἐκέλευον, πρῶτον μὲν Ἀποβοιωτοῖς, ἔπειτα Ὀφιονεῦσι. Id eſt: *Apobæoti, ut Bæoti, gens Ætoliæ. Thucydides tertio. aggredi primum jubebant Apobæotos, poſtea Ophionenſes.* Legendum ubique Ἀποδοτοῖς, & forte is error non eſt Stephani, ſed exſcriptoris, & puto ſcripſiſſe Stephanum Ἀποδοτοὶ, ὡς Βοιωτοὶ, & ſecunda illa vox Βοιωτοὶ anſam dedit errori, eum errorem jam viderat, & emendaverat Ortelius. Hæc ſunt, quæ de ea gente inveniuntur.

CAPUT VIII.

De ÆOLIBUS.

Superſunt Αἰολεῖς, *Æoles*, qui non fuerunt antiqui habitatores, ſed advenæ, qui Curetas pepulerunt, & eorum Pleuronem urbem & regionem Curetin dictam occupaverunt, id docet Strabo lib. 10: Ὅτι τὴν Πλευρωνίαν ὑπὸ Κουρήτων οἰκουμένην, καὶ Κουρῆτιν προσαγορευομένην, Αἰολεῖς ἐπελθόντες ἀφείλοντο, τοὺς δὲ κατέχοντας ἐξέβαλον. Id eſt: *Quod Pleuroniam à Curetibus habitatam & Curetim appellatam, Æoles advenientes iis abſtulerunt, & eos qui eam poſſidebant ejecerunt.* Unde poſtea ea lit-

toris

toris pars Ætolici Æolis vocata fuit, De ea Æolide, ut puto, loquitur Herodotus muſa ſexta, ubi de procis Agariſtes Cliſthenis Sicyonii filiæ agit, unius cujuſque patriam recenſens: Αἰτωλὸς δὲ ἦλθε Τιθόρμου τοῦ ὑπερφυώτος τοὺς Ἕλληνας ἰχύϊ, καὶ φυγόντος ἀνθρώπους ἐς τὰς ἐχατίας τῆς Αἰολίδος χώρης, τούτου τοῦ Τιθόρμου ἀδέλφεος Μάλης. Id eſt: *Ætolus autem venit Tithormi frater Males, ejus qui omnes Græcos robore ſuperavit, & qui homines fugerat in remoto Æolidis prædio.* Thucydides etiam lib. 3. in expeditione Eurylochi Spartani, qui ubi Naupactum occupare deſperavit, ait: Ἀνεχώρησαν οὐκ ἐπὶ Πελοποννήσου ἀλλ' ἐς τὴν Αἰολίδα, τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα. Id eſt: *Abierunt non in Peloponneſum, ſed in Æolidem, nunc vocatam Calydonem & Pleuronem.* Occupabant igitur Æoles eam partem Ætoliæ, quam Strabo antiquam nominavit in loco ſupra citato in Curetibus, quæ antea Curetis dicebatur, ut ait idem Strabo lib. 10. ubi de Eueno fluvio ait: Ῥεῖ δὲ οὐ διὰ τῆς Κουρητικῆς κατ' ἀρχὰς ἥτις ἐστὶν ἡ αὐτὴ τῇ Πλευρωνίᾳ. Id eſt: *Fluit autem initio non per Cureticam, quæ eadem eſt quæ Pleuronia.* Notandus eſt & locus Heſychii in voce Αἰολικὸν, qui ſic legitur: Αἰολικὸν, θέαμα· ἀντὶ τοῦ Αἰολικὸν παρὰ Θεοκρίτῳ· ἡ γὰρ Καλυδὼν Αἰολὶς ἐκαλεῖτο. Id eſt: *Æolicum ſpectaculum, pro Æolicum: nam Calydon Æolis vocabatur.* Ubi legendum procul dubio ἀντὶ τοῦ Αἰτωλικόν. Id eſt: *Pro Ætolicum.* Nunc in editis legitur Αἰπολικὸν θέαμα, alio ſenſu. Sed ex hoc loco probatur, Æolidem fuiſſe eam Ætoliæ partem, ubi erat Calydon, ut & Pleuron ex Strabone, nuper citato.

CAPUT IX.

De AMPHILOCHIS.

Amphilochi etiam inter Ætoliæ gentes, licet barbari, accenſebantur, ſed barbaros eſſe contendebat Philippus rex Macedoniæ in colloquio cum T Flaminio apud Polybium lib. 17: αὐτῶν γὰρ Αἰτωλῶν (ajebat) οὐκ εἰσὶν Ἕλληνες οἱ πλείους· τὸ γὰρ τῶν Ἀγραίων (ſic lege,) καὶ τὸ τῶν Ἀποδωτῶν ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων, οὐκ εἰσὶν Ἕλλας. Id eſt: *Ipſorum enim Ætolorum pleríque non ſunt Græci, nam & Agræorum gens & Apodotorum, & Amphilochorum etiam non ſunt Græcia.* Itaque licet de urbe *Argos Amphilochicum* dicta jam egerimus, quoniam in ripa ſinus Ambraciæ, quem deſcribebamus, ſita erat, de ipſa gente Amphilochorum dicendum aliquid breviter. Dicæarchus eos tantum nominat: Thucydidis locum lib. 2. ſupra citavimus, ubi de urbe Argo plura narrat: nunc quæ ſequuntur addenda ſunt: Ὑπὸ ξυμφορῶν δὲ (de Argivis loquitur) πολλαῖς γενεαῖς ὕστερον πιεζόμενοι Ἀμβρακιώτας ὁμόρους ὄντας τῇ Ἀμφιλοχικῇ ξυνοίκους ἐπηγάγοντο, καὶ Ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν Ἀμβρακιωτῶν ξυνοικησάντων, οἱ δὲ ἄλλοι Ἀμφίλοχοι βάρβαροί εἰσιν. Id eſt: *Pluribus poſtea generationibus in anguſtiis conſtituti, Ambraciotas collimitaneos Amphilochicæ concives adduxerunt, & tunc primum linguam Græcam, qua nunc utuntur, acceperunt ab Ambrachiotis cohabitantibus, alii autem Amphilochi barbari ſunt.* Vicini fuerunt ab altera parte Agræis: nam Strabo lib 10. dixit Acheloum fluere per Agræos Ætolicam gentem & Amphilochos, in loco ſupra citato, in urbis Argos deſcriptione. Olim reges habuiſſe, & Geryonem illum ab Hercule domitum in

eo

co tractu regnaſſe, Hecatæus antiquiſſimus autor ſcripſerat, ut teſtatur Arrianus de expedit Alex. lib. 2. Γηρυόνην, ἐφ᾽ ὅντινα ὁ Ἀργεῖος Ἡρακλῆς ἐστάλη πρὸς Εὐρυσθέως, τὰς βοῦς ἐπελάσαι τὰς Γηρυόνου καὶ ἀπαγαγεῖν ἐς Μυκήνας, οὐδέν τι προσήκειν τῇ γῇ τῶν Ἰβήρων Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει, οὐδὲ ἐπὶ νῆσόν τινα Εὐρύθειαν ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης σταλῆναι Ἡρακλέα, ἀλλὰ τῆς Ἠπείρου, τῆς περὶ Ἀμβρακίαν τε καὶ Ἀμφιλόχους βασιλέα γενέσθαι Γηρυόνην, καὶ ἐκ τῆς Ἠπείρου ταύτης ἀπελάσαι Ἡρακλέα τὰς βοῦς, οὐδὲ τοῦτον φαῦλον ἆθλον τιθέμενον· οἶδα δὲ ἐγὼ τοῦτο ἔτι εὔβοτον καὶ Ἤπειρον ταύτην καὶ βοῦς τρέφουσαν καλλίστας· καὶ ἐς Εὐρυσθέα τῶν μὲν ἐξ Ἠπείρου βοῶν κλέος ἀφῖχθαι. &c. Id eſt: *Geryonem vero, adverſus quem Hercules Argivus ab Euryſtheo miſſus eſt, ut abigeret Geryonis boues, & Mycenas adduceret, nihil ad Iberorum terram pertinere, Hecatæus hiſtoriarum ſcriptor dicit, neque ad inſulam quandam Erythiam, extra in mari magno ſitam, miſſum fuiſſe Herculem. Sed Epiri regem fuiſſe circa Ambraciam & Amphilochos ſiti, & ex ea Epiri regione Herculem boues abduxiſſe, neque parvi pretii laborem ei impoſitum fuiſſe. Scio enim ego & hoc etiam eam Epirum optima paſcua habere, & boues pulcherrimas educare, & ad Euryſtheum gloriam boum ex Epiro fama perveniſſe.* Ultimo hæc clauſula & aliam etiam interpretationem recipere poteſt, nempe *& Euryſtheum ob Epiroticas boues gloriam accepiſſe.* Hunc locum integrum mihi deſcribendum duxi, quoniam ad gloriam populi, de quo agitur, & ad notitiam qualitatis regionis etiam multum facit. Ea regio, quæ ab aliis *Amphilochia* in recto caſu nominatur, à Cæſare (ſi proba eſt lectio) *Amphilochis* dicta eſt Civil. 3. Sed forte mendum eſt, nam nuſquam reperio Ἀμφιλοχίδος vel Ἀμφιλοχίδα in obliquis .... Urbs Argos Amphilochicum dictum, totius Amphilochiæ fuit Metropolis, ſed de qua ſupra fuſe ſatis diximus,

mus, ut etiam de Olpis & ejus parte Metropolis dicta: nullas alias in eo tractu civitates notarunt antiqui, & κωμηδὸν, id eſt, per pagos habitabant Amphilochi, ut pote barbari: locus tamen Κρῆναι dictus, id eſt, *fontes* à Thucydide memoratur, ubi præſidium habebant Amphilochi, ut Eurylochum Spartanum tranſitu arcerent, ne auxilium Ambraciotis ferre poſſet, Olpas tenentibus, ſed is locus ſupra citatus eſt. De fluvio Acheloo, de Thyamo monte, & de alio monte Idomene dicto, prope Olpas, jam ſupra tractavimus, itaque nihil amplius habemus dicendum de Amphilochis.

CAPUT X.

De ÆTOLIÆ Urbibus.

Nunc de Urbibus Ætoliæ dicamus, & primum de iis quæ Homero notæ & memoratæ fuerunt, is igitur Iliad. β. verſu 638.

Αἰτωλῶν δ᾽ ἡγεῖτο Θόας Ἀνδραίμονος υἱός·
Οἳ Πλευρῶν᾽ ἐνέμοντο ϗ Ὤλενον ἠδὲ Πυλήνην
Χαλκίδα τ᾽ ἀγχίαλον, Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν. Id eſt:
Ætolos autem ducebat Thoas Andræmonis filius,
Qui Pleuronem incolebant & Olenum
Chalcidemque littoralem, & Calydonem ſaxoſam.

Et hæc Homeri verba cum noſtro inſtituto concinunt, & geographorum more ab occidentalibus partibus incipiunt.

Olenus igitur fuit urbs Ætoliæ in ea parte, quæ olim Curetis, & poſtea Æolis vocata fuit. Ideo eam cum Pleurone & Calydone recenſet poëta. Sub eodem ducis Thoantis imperio fuit, cum altera urbe Achaïæ cognominis in Peloponneſo. Ideo Apollonii Scholiaſtes ad.

ad hæc verba verſus 202. Λέρνου πῶς Ὠλενίοιο hæc ait: Ὤλενοι τῆς Ἀχαΐας δύο. Id eſt: *Oleni in Achaïa duæ, per* Achaiam univerſam Græciam intelligens, ſecundum ſui ſeculi uſum. De ea urbe Strabo lib. 8. Ὁμώνυμοι δ' εἰσὶ..... τῷδε Ὠλένῳ, τὸ ἐν Αἰτωλίᾳ κτίσμα, καὶ αὐτὸ ἴχνη σῶζον μόνον. Id eſt: *Homonymum autem eſt & Oleno...... Id quod in Ætolia conditum fuit, & id veſtigia tantum urbis ſervans.* Nam Æoles eam funditus deſtruxerant, ut ait idem Strabo lib. 10 ſic: Καὶ Ὤλενον δὲ καὶ Πυλήνην ὀνομάζει πόλεις ὁ ποιητὴς Αἰτωλικάς, ὧν τὸ μὲν Ὤλενον ὁμωνύμως τῇ Ἀχαϊκῇ λεγομένην Αἰολεῖς κατέσκαψαν, πλησίον οὖσαν τῆς νεωτέρας Πλευρῶνος· τῆς δὲ χώρας ἠμφισβήτουν Ἀκαρνᾶνες· τὴν δὲ Πυλήνην μετενέγκαντες εἰς τοὺς ἀνώτερον τόπους ἤλλαξαν αὐτῆς καὶ τοὔνομα, Πρόσχιον καλέσαντες. Id eſt: *Olenum autem & Pylenem nominat urbes Ætolicas poëta, quarum Olenum Achaïcæ cognominem Æoles deſtruxerunt, quæ vicina erat Pleuroni novæ, de cujus ſolo Acarnanes litem moverunt; Pylenem vero altius tranſtulerunt, & mutarunt ejus nomen Proſchium appellantes.* Et rurſus idem Strabo eodem lib. Κατὰ δὲ τὴν Αἰτωλίαν ἦν Ὤλενος, οὗ ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ μέμνηται Ὅμηρος· ἴχνη δ' αὐτῆς λείπεται μόνον ἐγγὺς τῆς Πλευρῶνος ὑπὸ τῷ Ἀρακύνθῳ. Id eſt: *Ad Ætoliam etiam pertinebat Olenus cujus meminit Homerus in Ætolico catalogo, ejus autem veſtigia tantum reſtant prope Pleuronem ſub Aracyntho.* Uno tenore abſolvamus Strabonem, cujus quæ ſequuntur faciunt ad Curetidis ſive Æolidis poſitionem, ſic igitur ſequitur. Ἦν δὲ Λυσιμαχία πλησίον ἠφανισμένη καὶ αὐτή, κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ, τῇ νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ, πρότερον δὲ Ὕδρᾳ, μεταξὺ Πλευρῶνος, καὶ Ἀρσινόης πόλεως· ἡ κώμη μὲν ἦν πρότερον καλουμένη Κωνώπα· κτίσμα δ' ὑπῆρξεν Ἀρσινόης τῆς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου γυναικὸς ἅμα καὶ ἀδελφῆς· εὐφυῶς ἐπικειμένη πως τῇ τοῦ Ἀχελῴου διαβάσει. Παραπλήσιον δὲ τι καὶ ἡ Πυλήνη τῷ Ὠλένῳ πέπονθεν.

πυθιν. Id eſt: *Erat autem Lyſimachia prope* (Pleuronem ſcil.) *quæ etiam non amplius apparet, ſita ad lacum qui nunc Lyſimachia, prius autem hydra inter Pleuronem & Arſinoem urbem, quæ vicus quidem erat prius Conopa nuncupatus, ab Arſinoë condita, Ptolemæi ſecundi uxore ſimul & ſorore, commode ſita fere ad Acheloi trajectum. Pylene autem ſimilem paſſa eſt cum Oleno calamitatem.* Ex hoc ſolo loco totius fere Æolidis partis Ætoliæ maritimæ tabulam poſſet quis delinerare, & ad eum recurrendum erit, quando de iis locis & urbibus agetur, de quibus in hoc loco fit mentio. Hyginus in ejus urbis ſitu corrigendus lib. 2. de poëtica aſtronomia cap. Heniochus, ſic enim apud eum legitur. *Olenum quendam fuiſſe Vulcani filium, ex hoc duas nymphas Æga & Ælicem natas, quæ Jovis fuerunt nutrices. Alii autem ab eis duas urbes quaſdam appellari dixerunt, & Olenum in Aulide, Ælicem autem in Peloponneſo.* Ubi pro *Aulide* legendum procul dubio *Æolide.* De illa urbe intelligebat Seneca in Troade, dum chorum inducit dubitantem, ubi nam locorum Græciæ adducerentur, cum Pleurone enim Olenum conjungit,

Olenos tectis habitata raris
Virginis Pleuron inimica divæ.

Cur Pleuronem dicat inimicam divæ virginis, facile eſt divinare, nempe ob Calydonium aprum à Diana irata in Pleuroniorum & Calydoniorum agros immiſſum, & in eo imitatus eſt Ovidium, qui Metamorph. verſu 401. ait:

Et nondum torvæ Calydon inviſa Dianæ.

Sed cur dicat Olenum raris tectis habitatam non liquet. An putavit Seneca jam tempore Trojani excidii deletam fuiſſe ad Æolibus? de quo nihil certi affirmare poſſum, non enim notant tempus autores, quo Curetes ab Æolibus pulſi fuerunt. Olenum ab Oeneo regnatam videtur

detur facere Statius Thebaïdos I. dum Tydeum Olenium vocat, id tamen ex eo non ſequitur, nam Tydeus fuit Olenius ex matre Peribœa, quam duxit Oeneus poſt Altheæ mortem, quæ quidem Peribœa fuit Hipponoï Olenii filia, quod nos docet Diodorus lib. 3. At majorem ſcrupulum injicit idem Statius, qui eodem libro Pleuronem Meleagriam vocavit, nam Pleuron non videtur fuiſſe Oenei nec Meleagri, quæ Theſtiadum fuerat, qui cum Calydoniis & Meleagro bellum geſſerunt. Sed ut Statius excuſetur, Meleager ex matre Althæa Pleuronius fuit Theſtii filia, nec mirum foret, ſi in tanta antiquitate diverſa aliquando ſentiunt autores. Idem Statius eodem lib. canit

Et præceps Calydon & quæ Jove provocat Idam.
Olenos. ----

Nempe quia Cretenſes in ſuo Ida monte volebant Jovem educatum fuiſſe, quod non concedebant Olenii, & apud ſe nutritum aſſerebant, ut & Arcades etiam, tanta eſt de fabuloſo illo Jove ſententiarum diverſitas. Ad locum Homeri ſupra citatum ſic commentatur Euſtathius de Oleno. Αἰτωλικὴ νῦν πόλις προφερομένη, καὶ θηλυκῶς, καὶ ἀρσενικῶς ..... Αἰολεῖς αὐτὴν κατέσκαψαν πλησίον οὖσαν τῆς νεοτέρας Πλευρῶνος, ὡς ἴχνη μόνα λείπεσθαι αὐτῆς ἐγγὺς Πλευρῶνος ὑπὸ τῷ Ἀρακύνθῳ. Id eſt: *Ætolica urbs nunc in fœminino genere, & maſculino profertur...... Æoles eam diruerunt, quæ vicina erat Pleuroni, adeo ut veſtigia ſola remanſerint ejus prope Pleuronem, quæ eſt ſub Aracyntho.* Quæ verba accepit à Strabone nuper citato.

Vicina Oleno fuit Pleuron ex ſupradictis, ſed cum duæ fuerint urbes eodem nomine, una antiqua, altera nova dicta, & antiqua quidem prope montem Curium, nova vero ſub Aracyntho monte, operæ pretium foret unicuique horum montium ſuum ſitum aſſignare, ut inde

inde ſitus earum urbium cognitio certa colligeretur. Sed de Curio monte nihil aliud invenitur, niſi cum fuiſſe prope Pleuronem, quod ad idem recidit, & plures de Pleurone auctoritates reperientur quam de Curio monte. De Pleurone ſcintilla lucis affulget lib. 10. ubi de Eueno fluvio ſic ait: Ῥεῖ δ' οὐ διὰ τῆς Κουρητικῆς κατ' ἀρχάς, ἥτις ἐστὶν ἡ αὐτὴ τῇ Πλευρωνίᾳ, ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς ἕω μᾶλλον, παρὰ τὴν Χαλκίδα καὶ Καλυδῶνα. Id eſt: *Fluit autem non per Cureticam initio, quæ quidem eadem eſt cum Pleuronia, ſed per orientalem magis plagam, prope Chalcidem & Calydonem.* Ex hoc loco diſcimus, Pleuroniam fuiſſe ad occidentem Calydoniæ, ad Acheloum magis accedentem. Olenus igitur, de qua jam dictum eſt, & Pleuron fuerunt in occidentali Ætoliæ littoralis parte, quæ poſtea Æolis eſt appellata. Ideo quæſtionem movebant de ejus ſolo Acarnanes (ut ait Strabo eodem loco) eo quod erat in eorum vicinia. Et Pleuron antiqua quidem erat ſuppoſita monti Curio, à quo Curetes dictos volebant quidam, ut ſupra ex Strabone didicimus: nova vero ſub Aracyntho condita fuit, de quo quando occaſio ſe præbet nunc dicendum eſt, & pauca quidem habemus de eo monte dicenda, quæ totum aſſenſum mereantur, plura vero, quæ dubitandi anſam præbent. Sunt qui Acarnaniæ eum montem tribuunt, ſunt qui Ætoliæ; nunc eſt etiam Servius, qui Bœotiæ accenſet. Græci fere omnes Ætolicum montem faciunt, Latini contra Acarnanicum, cauſa diſſenſus in varietate temporum. Nam fuit, quando Acarnanes partes etiam orientales Acheloi poſſidebant, uſque ad Euenum, ut ait Strabo lib. 8. Fuit, quando Ætoli ultra Acheloum ipſam Stratum urbem, & aliam dictam Metropolim poſſederunt, ut ſupra docuimus, & ideo idem Strabo Aracynthum Ætolis tribuit, qui procul dubio fuit inter Acheloum & Euenum.

Sic

Sic ſæpe evenit iis, qui ex diverſorum autorum centonibus ſuum peplum conſuunt. Sed ipſius Strabonis verba ponamus, in lib. 8. ſic ait: Ἀπὸ δὲ Ἀχελώου ἐπὶ τὸν Εὔηνον Ἀκαρνᾶνες εἰσὶ, εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ τὸ Ἀντίρριον Αἰτωλοί. Id eſt: *Ab Acheloo autem uſque ad Euenum ſunt Acarnanes, deinde ſequuntur uſque ad Antirrhium Ætoli.* Nihil in eo obſcuritatis, at lib. 10. Κατὰ δὲ τὴν Αἰτωλίαν ἦν Ὤλενος, οὗ ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ μέμνηται Ὅμηρος. ἴχνη δὲ αὐτῆς λείπεται μόνον ἐγγὺς τῆς Πλευρῶνος ὑπὸ τῷ Ἀρακύνθῳ. Id eſt: *Ætoliæ etiam erat Olenus, cujus in Ætolico catalogo meminit Homerus. At veſtigia ejus tantum reſtant prope Pleuronem ſub Aracyntho.* At ſi Ætoliæ fuit Olenus prope Pleuronem ſub Aracyntho, Pleuron vero & Olenus fuerunt Ætoliæ, non fuit eo tempore Aracynthus Acarnaniæ. Sed procul dubio ea regio inter Acheloum & Euenum fuit ambigui juris, & prout invaluit unus aut alter populus, ea terræ portio mutavit dominos. Nam tempore Ageſilai Acarnanes adeo potentes erant, ut ipſam Calydonem totius Ætoliæ primariam urbem, & alias Ætoliæ urbes ſibi ſubjicere ſperarent, quod ne fieret, coacti fuerunt Ætoli Ageſilaum in auxilium evocare, id nos docet Pauſanias in Laconicis: Ἀγεσίλαος δὲ καὶ εἰς Αἰτωλίαν ἐπικουρήσων ἀφίκετο Αἰτωλοῖς, ὑπὸ Ἀκαρνάνων πολέμῳ πιεζομένοις, καὶ Ἀκαρνάνας ἠνάγκασε καταλύσασθαι τὸν πόλεμον, οὐ πολὺ ἀποδέοντας Καλυδῶνα καὶ τὰ ἄλλα Αἰτωλῶν πολίσματα ᾑρηκέναι. Id eſt: *Ageſilaus autem & in Ætoliam ivit, ut auxiliaretur Ætolis ab Acarnanibus bello vexatis, & Acarnanas coëgit bello abſtinere, qui parum aberant, quin Calydonem & alias Ætolorum urbes caperent.* Plutarchus etiam in Ageſilao eam hiſtoriam attingit, ſed breviter. At vice verſa ſæpe etiam Ætoli ultra Acheloum occidentem verſus limites ſuos promoverunt, & Stratum Acarnaniæ caput occupaverunt, & alias

Acárnaniæ urbes ultra Acheloum. Dionyſius Afer verſu 431. poſtquam Dodonem recenſuit, ſic canit:

Τῆς δ' ὑπὲρ ἐς νότον, εἶσιν ὑπὸ σκοπιὴν Ἀρακύνθου
Ἀνδρῶν Αἰτωλῶν πεδίον μέγα· τοῦ διὰ μέσου
Σύρεται ὁλκὸν ἄγων Ἀχελώϊος ἀργυροδίνης. Id eſt:
Supra eam (Dodonem) *ad notum eſt ſub ſpecula Aracynthi*
Virorum Ætolorum amplus ager, per medium cujus trahitur
Sulcum ducens Achelous argenteos vortices habens.

Hi verſus Latine reperiuntur in Catologo Epigrammatum veterum pag. 260. ſic autem incipiunt,

Axe noti tritas ſuper rupes Aracynthi
Gens Ætola colit.

Ad ea Dionyſii verba, ſic commentatur Euſtathius. Αἰτωλικὸν ὄρος ὁ Ἀράκυνθος. Id eſt: *Ætolicus mons Aracynthus.* At inter Latinos primus Virgilius Ecloga 2.

Canto, quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Actæum Aracynthum vocat, id eſt, Acarnanicum ſeu Ætolicum, pro temporum ratione, modo ab Acarnanibus, modo ab Ætolis cultum: nam Acarnania Homero dicta eſt Ἀκτὴ Ἠπίροιο, *Acte Epiri*, ſic à Strabone explicata lib. 10. Καλεῖ δ' αὐτὴν ὁ ποιητὴς Ἀκτὴν Ἠπίροιο, τὴν περαίαν τῆς Ἰθάκης, καὶ Κεφαλληνίας Ἤπειρον καλῶν· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ Ἀκαρνανία. Id eſt: *Vocat autem eam poëta Actam continentis, terram ultra mare oppoſitam Ithacæ & Cephaleniæ, ea autem eſt Acarnania.* Sed & Ætolia dicebatur etiam Acte, & ſic eam vocat Papinius Statius Thebaid. 2. in fine ubi Tydeum inducit Minervæ vota facientem poſt victos quinquaginta Thebanos, & ait ſe ei divæ templum in media Pleurone poſiturum:

Centum

Centum ibi virgineis notæ Calydonides aris
Actæas tibi rite faces, & ab arbore caſta
Nectent purpureas niveo diſcrimine vittas.

Per Actæas nihil aliud poteſt intelligi, quam in Acta, id eſt Ætolia, ubi Calydon & Pleuron natæ. At Servius aliter cenſet, ſic enim ille ad eum locum: *Sane Aracynthus mons eſt Thebanus*. Vellem nos docuiſſet, quo autore nobis id obtrudit, vel qua machina Aracynthus mons ab Acarnania Thebas uſque tranſportatus fuerit, de eo anxius es forte lector, at explana frontem, nam qua machina uſus fuerit te docebo. Audacia grammaticuli id fecit & geographiæ ignorantia: nam in pluribus deprehenditur bonus Servius ἀγεωγραφητός. Quod ſi quis Servii fautor objiciat, Virgilii locum non poſſe de Aracyntho intelligi, quoniam Amphion à Virgilio Dircæus vocatur, at Dirce fons fuit in Thebanorum agro, & nimis longe Amphion habitabat ab Acarnania, ut ibi paſceret, facile foret uti reſponſione obvia, nos ſcilicet non habere hiſtoriam vitæ Amphionis, & potuit in Acarnania etiam habitaſſe, quod notum fuit Virgilio, nobis vero ignotum eſt ob autorum, quos Virgilius habuit, defectum, ſed ea defenſione non utar. Dico igitur, Servium eum Virgilii locum non intellexiſſe, & diſcat à me ejus fautor verum & genuinum ejus loci ſenſum. Is in bucolicis perpetuus eſt Theocriti imitator, & procul dubio hoc loco in animo habuit Theocriti locum Idyllii 4. ubi Corydon ſuas dotes jactans, ait:

---- ἐγὼ δέ τις εἰμὶ μελικτὰς,
Κῆυ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρέομαι, εὖ δ' ᾗ τὰ Πύῤῥω.
Αἰνέω τάν τε Κρότωνα· καλὰ πόλις ἅ τε Ζάκυνθος. Id eſt:

---- *Ego enim & ſum cantor,*
Et bene Glaucæ cantiones ad plectrum cano, &
bene etiam Pyrrhi.

Crotonem laudo: pulchra civitas eſt Zacynthus.
Ea verba, Crotonem laudo, & pulchra civitas eſt Zacynthus, fuerunt principia cantionum, tunc vulgatarum, & in ore cantorum, quas ſe bene canere gloriatur ille Corydon Theocriti. Sic & Corydon Virgilii, qui de ſuo cantu gloriatur, ait ſe bene canere cantilenam, quam ſolitus erat canere Amphion ille eximius cantor, cujus principium erat, *In Actæo Aracyntho.* Sic intelligendo omnia ſunt plana, & intellectu facilia, & Theocritum omnino redolent, quem Virgilius in ſuis bucolicis ſe imitari profitetur, & verſus ſuos Syracuſios vocat. Tum decorum ſervat Virgilius, & paſtorem inducit ſtolide ſe jactantem, & non bene omnia enarrantem, nam Amphionem Dircæum vocat Corydon, at non fuit Dircæus, nec Thebanus natalibus, licet matre Thebana natus, ſed patre Sicyonio: & antequam Thebas advenilſet, domum cum fratre Zetho habebat in Eutreſi pago Theſpienſium, quod ait Strabo lib. 9. Ergo geographus non debet in eo ſequi Virgilium, qui Corydonem inducit male argutantem, ut decorum ſervet. Non eſt enim paſtoris geographiam apprime callere. At objicietur forte nobis Propertii locus, qui lib. 3. Elegia 14. de fabula ceu hiſtoria Amphionis & Zethi & Antiopes eorum matris ſic canit:

Antiope cognoſce Jovem. tibi gloria Dirce
Ducitur in multis mortem habitura locis.
Prata cruentantur Zethi, victorque canebat
Pæana Amphion rupe, Aracynthe, tua.

Quæ verba manifeſte alludunt ad locum Virgilii, cujus bucolica viderat Propertius, & admirabatur, ut abunde teſtatur in Elegia ultima libri 2. quæ incipit *Cur quiſquam* &c. Ideo nihil mirum eſt, ſi bucolica Virgilii imitatus eſt. Sed ex locis poëtarum, quibus quidlibet audendi fa-

di facultas conceditur, raro veritas eruitur. Nam ſi non ad vulgarem vulgi trutinam, ſed ad exactam aurificis ſtateram examinetur ille Propertii locus, quis probabit *Prata cruentantur Zethi.* Nam Zethus antea Thebanis incognitus, & pro notho ab omnibus habitus, prata aut prædia non poterat poſſidere in Thebarum vicinia, ſub Dirces inimicæ imperio: nam Lyco perempto ſtatim ad pœnam Dircem vocarunt, ideo non poterat antea prata poſſidere Zethus in Thebarum ſuburbio. Nec ex fabula, quam tractat Propertius, inquirendum eſt in veritatem ſitus Aracynthi: nam aliud eſt verſus elegantes componere, & Virgilium in iis ſequi, & imitari, aliud veritatem geographicam, & verum ſitum locis urbibus & montibus aſſignare. Itaque vel Virgilius ad imitationem Theocriti initium cantilenæ proponit, ſic incipientis, *In Actæo Aracyntho*, quod omnino credo, vel ex propoſito ſuum Corydonem inducit ruſticum, & ignorantem geographiæ, & veri Aracynthi ſitus, quod etiam quoſdam intellexiſſe notat ipſe Servius ad eum locum. Vel denique, *Actæum* dixit pro *Acarnanico*, vel *Ætolico*, ubi etiam oues duxerat Amphion, quod Virgilio notum fuit, nobis vero ignoratum. Nam & Plinius, qui montes Bœotiæ omnes curioſe enumerat, etiam incelebres, & ab aliis non memoratos, nullam de Aracyntho ibi mentionem fecit, ut nec Strabo, nec Ptolemæus, nec alii. At idem Plinius lib. 4. cap. 1. ait: *In Acarnania Aracynthus*. Sic & Solinus: *Acarnania Aracyntho eminet*. Sic & Marcianus Capella cap. de tertio ſinu: *Mox in Acarnania Aracynthus*. De eo Dominicus Niger ſic ait: *In Acarnania, præter jam dicta loca, in mediterraneo ad Aracynthum montem oppidum in ea maximum Acarnas eſt. Mons ipſe ad Euenum uſque Ætoliæ flumen pertingit, Minervæ ſacer*. Ubinam invenerit ur-

bem eam,totius Acarnaniæ maximam, nomine *Acarnas*, omnibus antiquis ignotam, prorſus ignoro, ut & montem ad Euenum uſque porrectum fuiſſe, quod tamen, ita eſſe, nollem negare: quod vero ait Minervæ ſacrum fuiſſe eum montem, puto eum accepiſſe à Statio Theb. lib. 2. verſu 239. ubi de Diana & Pallade ait:

Illa ſuas Cintho comites agat, hæc Aracyntho.

Nam & Pleuronios coluiſſe præcipue Minervam nos docet Dicæarchus verſu 59. ideo jure dixit Statius eam deam habuiſſe comites ex Aracyntho, ubi ſita erat Pleuron nova. Itaque ex ſupra citatis autoritatibus non liquet, ubi ponenda ſit Pleuron nova & Aracynthus, niſi in regione, quæ Acheloum & Euenum interjacet, ſed ſpacii menſuram uſque ad mare, vel uſque ad Acheloum nemo indicavit.

Aliam Pleuronem in Peloponneſo nobis obtrudit Favorinus in voce πλευρωνίας, ſic ſcribens: πλευρωνίας Ἑλένης· Πλευρὼν γὰρ πόλις Πελοποννήσου, καὶ Θεράπνη ὁμοίως· ὅθεν Ὀρφεὺς, καὶ Τρυφιόδωρος Θεραπναίαν καλοῦσι τὴν Ἑλένην, Λυκοφρὼν δὲ πλευρωνίαν. Id eſt: *Pleuron enim urbs eſt Peloponneſi, ut etiam Therapne ſimiliter. Ideo Orpheus & Tryphiodorus Therapnæam Helenam vocant, Lycophron vero Pleuroniam.* Infirmiſſimo ſane utitur argumento, ut ſuam ſententiam probet, & ne repetam ejus verba, uno verbo dicam, nego conſequentiam: fuit enim Helena Pleuronia non nativitate, ſed origine, fuit enim Theſtii Pleuronii ex Leda neptis, & ideo Lycophron, qui gaudet ſemper in ſua Alexandra ænigmatice loqui, & per ambages res ſignificare, & difficilis intellectus epithetis uti eam, Pleuroniam vocavit, & id nomen ſatis conveniebat, quoniam Pleuron pater fuit Theſtii, & proavus Helenæ. Faceſſat ergo Favorinus cum ſua Pleurone Peloponneſiaca ..... Pleuronem quandam fuiſſe Achæ-

orum

orum reipublicæ participem, diſcimus ex Pauſania, & id poſtea mutatum fuiſſe, ejus verba ſunt: Ἀφίκοντο δὲ ὡς τὸν Γάλλον, καὶ Αἰτωλῶν οἱ Πλευρῶνα οἰκοῦντες· συντελείας τῆς εἰς Ἀχαιοὺς, ἐθέλοντες δὲ ἄφεσιν εὑρέσθαι, καὶ αὐτοῖς ἐπετράπη μὲν ὑπὸ τοῦ Γάλλου πρεσβείαν ὑπὸ (leg. ἀπὸ) τῶν αὐτῶν ἰδίᾳ παρὰ Ῥωμαίους ἀποστεῖλαι, ἐπετράπη δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων συνεδρίου Ἀχαιῶν ἀποστῆναι. Id eſt: *Ad Gallum venerunt & ex Ætolis ii, qui Pleuronem habitabant, & Achæis contribuebant: cum autem vellent ab ea liberari, Gallus iis permiſit, ut mitterent legatos ad Romanos ex ſuo corpore particulariter, & illis Romani conceſſerunt, ut ſepararent ſeſe à concilio Achæorum.* In ea voce corrigendus Ptolemæus in tabula Europæ 10. ubi male legitur Πλευρώνη, & reponendum Πλευρών. Fuit etiam in eo tractu antiqua urbs *Pylene*, de qua Homerus in catalogo:

Οἱ Πλευρῶν' ἐνέμοντο, καὶ Ὤλενον ἠδὲ Πυλήνην·
Qui Pleuronem incolebant & Olenum atque Pylenem.

Ad quæ Euſtathius: Τὴν δὲ Πυλήνην μετῴκισαν εἰς τοὺς ἀνωτέρω τόπους, ἀλλάξαντες καὶ τοὔνομα. Id eſt: *Pylenem autem tranſportaverunt in loca excelſiora, nomen etiam mutantes.* Hæc accepit à Strabone, qui ſic lib. 10. ubi de Æolibus loquitur: Τὴν δὲ Πυλήνην μετοικίσαντες ἐν τοὺς ἀνωτέρω τόπους ἤλλαξαν αὐτῆς καὶ τοὔνομα, Πρόσχιον καλέσαντες. Quæ ſunt ipſiſſima Euſtathii verba, ſed addit Strabo Πρόσχιον καλέσαντες, id eſt, *Proſchion nominantes.* Plin. lib. 4. cap. 2. nullo ordine urbes Ætoliæ recenſet, videtur enim Pylenem ultra Antirrhium ponere, prope Naupactum, peſſime, ita enim ſcribit. *At in ora promontorium Antirrhium, ubi oſtium (Corinthiaci ſinus..... Promontorium, quod contra procedit appellatur Rhium, ſed in Corinthiaco ſinu oppida Ætoliæ Naupactum, Pylene, & in mediterraneo Pleuron, Halicarna.* In eo non eſt credendum

dendum Plinio, qui ſua ſcripta ex aliorum ſcriptis compilavit, & forte aliquis, qui Corinthiacum ſinum ab ore Acheloi incipere intelligebat, ibi Pylenem poſuerat ad initium ſinus Corinthiaci, quod Plinius aliter accepit, initium Corinthiaci ſinus credens fuiſſe in anguſtiis inter Rhium & Antirrhium, & ſic falſus nos falleret, niſi alios autores haberemus; procul enim fuit Pylene à Naupacto. Pylene urbs memoratur à Stephano, & Heſychio, ſed ſine ulla ſitus mentione, dicitur fuiſſe Ætoliæ urbes. Statius Theb. 4. eam ſcopuloſam vocat, unde ſuſpicio eſt, eam ſitam fuiſſe non in campeſtri regione, ſed in montana. Nam quando Proſchium fuit olim Pylene, ſed altius poſitum, videtur ſequi, fuiſſe urbem montanam, & ut ſuſpicio eſt ad Aracynthum non longe à Pleurone nova, de eo Thucydides lib. 3. ubi de Eurylocho, qui in caſſum occupationem Naupacti tentaverat, ſic ait: Εὐρύλοχος δὲ καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ὡς ᾔσθοντο τὴν στρατιὰν εἰσεληλυθυῖαν, καὶ ἀδύνατον ὂν τὴν πόλιν βίᾳ ἑλεῖν, ἀνεχώρησαν οὐκ ἐπὶ Πελοποννήσου, ἀλλ᾽ εἰς τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα, καὶ Πλευρῶνα, καὶ ἐς τὰ ταύτῃ χωρία, καὶ ἐς Πρόσχιον τῆς Αἰτωλίας .... οἱ μὲν οὖν μετ᾽ Εὐρυλόχου Πελοποννήσιοι, ὡς ᾔσθοντο τοὺς ἐν Ὄλπαις Ἀμβρακιώτας ἥκοντας, ἄραντες ἐκ τοῦ Προσχίου ἐβοήθουν κατὰ τάχος, καὶ διαβάντες τὸν Ἀχελῷον ἐχώρουν δι᾽ Ἀκαρνανίας. Id eſt: *Eurylochus autem, & ii qui cum eo erant, ubi cognoverunt admiſſas eſſe copias, & impoſſibile eſſe urbem vi capere, ſe receperunt non in Peloponneſum, ſed in Æolidem, quæ nunc Calydon & Pleuron vocatur, & in alia vicina loca, & in Proſchium Ætoliæ........... Igitur Peloponneſii, qui cum Eurylocho erant, ut audiverunt Ambraciotas Olpas veniſſe, moventes caſtra è Proſchio, cito ad auxilium properabant, & Acheloum trajicientes, per Acarnaniam iter fecerunt.* Ex his Thucydidis locis colligitur, Proſchium ſitum fuiſſe in Æolide non longe ab Acheloo,

Acheloo, quando de nullo alio loco in Proſchium & Acheloum facit mentionem in itinere Eurylochi, ſed motis è Proſchio caſtris, Acheloum trajeciſſe dicitur. De eo procul dubio Athenæus in fine libri 9. ubi ex Nicandro in Oetaïcis ait Herculem in Proſchio templum dedicaſſe puero, quem talitro occiderat. Sed eam vocem bonus Dalecampius interpretatus eſt *in loco umbroſo*, tamquam ſi per κ προσκίῳ ſcriptum fuiſſet.

Fuit & in ripa Acheloi Παιάνιον, *Pæanium*, urbs memorata Polybio lib. 4 & à nullo quem viderim alio, nec mirum: nam ex loco Polybii diſcimus, eam fuiſſe à Philippo Macedone funditus deletam, ſic ſe habet ille locus: Γενομένων δὲ τῷ στρατοπέδῳ πάντων τῶν ἐπιτηδείων, ἦκε πρὸς τοὺς Οἰνιάδας Ἀχαιούς· καταστρατοπεδεύσας δὲ πρὸς τὸ Παιάνιον, τοῦτο πρῶτον ἐξελεῖν ἔκρινε· ποιησάμενος δὲ προσβολὰς συνεχεῖς, εἷλεν αὐτὸ κατὰ κράτος· πόλιν κατὰ μὲν τὸν περίβολον οὐ μεγάλην. ἐλάττων γὰρ ἦν ἑπτὰ σταδίων· κατὰ δὲ σύμπασαν παρασκευὴν οἰκιῶν καὶ τειχῶν καὶ πύργων, οὐδ' ὁποιασοῦν ἥττω, ταύτης δὲ τὸ μὲν τεῖχος κατέσκαψε πᾶν εἰς ἔδαφος· τὰς δὲ οἰκήσεις διαλύων, τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον εἰς σχεδίας καθήρμοζε, τῷ ποταμῷ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας εἰς τοὺς Οἰνιάδας. Id eſt: *Poſtquam exercitus habuit res neceſſarias, duxit Achæos ſecum ad Oeniadas.* (Jam ſupra docui legendum ἦγε, non ἦκε) *cum autem caſtra poſuiſſet contra Pæanium, id primum expugnare decrevit, &, continuis aſſultibus uſus, cepit per vim locum: urbem quidem, quod ad ambitum, non magnam, erat enim minus ſeptem ſtadiis, ſed quod ad ornatum ædium murorum, turrium, nullæ alteri cedens, ejus quidem murum totam deſtruxit, uſque ad ſolum: ædes vero demolitur, ligna & regulas in rates diſponens, fluvio cum multa cura immiſit verſus Oeniadas.* Ex hoc loco colligitur, Pæanium fuiſſe ſitum in ripa Acheloi, altius quam Oeniadæ, & ad ſiniſtram decurſus ejus fluvii.

CAPUT XI.

De ITHORIA & CONOPA.

De *Ithoria* etiam oppido mentionem facit ſolus Polybius, jam citato libro: ὁ δὲ Φίλιππος διαβὰς τῷ στρατεύματι, καὶ πορθήσας ἀδεῶς, καὶ..... τὴν Ἰθωρίαν· τοῦτο δ' ἐστὶ χωρίον ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς παρόδου κυρίως, ὀχυρότητι δὲ φυσικῇ καὶ χειροποιήτῳ διαφέρει· συνεγγίζοντος δὲ αὐτοῦ, καταπλαγέντες οἱ φυλάττοντες, ἐξέλιπον τὸν τόπον· ὁ δὲ βασιλεὺς κυριεύσας τοῦ τόπου ἐς ἔδαφος καθεῖλε. Id eſt: *Philippus autem cum copias traduxiſſet & impune populatus eſt.... ..Ithoriam: Locus eſt autem in ipſa via, natura & arte munitiſſimus, cum autem apropinquaret, qui loci cuſtodiam habebant timore perculſi, locum dereliquerunt. Rex autem dominus factus loci, eum funditus evertit.* Ex præcedentibus & ſequentibus inducitur, Ithoriam ſitam fuiſſe, inter Conopam & Pæanium, de quo ſupra, nec plura de eo loco dicenda habemus.

Altius ſita fuit Κωνώπη *Conopa*, à fluvio Acheloo diſtans ſtadiis 20. quod ait Polybius lib. 4. ubi de eodem Philippo Strato diſcedens, &, ut Ætoliam ultra Acheloum vaſtaret, iter faciens, ſic ait: Αὐτὸς δ' ἀναζεύξας προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν, ὡς ἐπὶ Μητροπόλεως καὶ Κωνώπης· οἱ δὲ Αἰτωλοὶ τὴν μὲν ἄκραν τῆς Μητροπόλεως κατεῖχον, τὴν δ' πόλιν ἐξέλιπον· ὁ δὲ Φίλιππος ἐμπρήσας τὴν Μητρόπολιν, προῆγε κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπὶ τὴν Κωνώπην, τῶν δὲ Αἰτωλῶν ἱππέων ἀθροισθέντων, καὶ τολμησάντων ἀπαντᾶν πρὸς τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν, ἣ κεῖται πρὸ τῆς πόλεως εἴκοσι στάδια διέχουσα. Id eſt: *Ille autem cum caſtra moviſſet proceſſit, iter faciens verſus Metropolim & Conopam, Ætoli vero arcem quidem Metropolin retinuerunt, urbem vero dereliquerunt. At Philippus*

lippus cum incendiſſet Metropolim, iter ſuum continuavit verſus Conopam; Ætoli autem equites coadunati, cum auſi fuiſſent ſeſe opponere ad fluvii tranſitum, qui ab urbe diſtat ſtadiis viginti. Ex hoc loco conſtat, Conopam fuiſſe in Ætolia ultra Acheloum, Metropolim vero citra Acheloum in Acarnania, & quidem Conopam inferius ſecundum Acheloi decurſum, ibi vadabilis. Idem Polybius lib. 5. rurſus de eadem Conopa meminit, dum narrat ejuſdem Philippi iter, qui per Acarnaniam ad Acheloum & inde verſus Thermum feſtinans tendebat, & ſic ait: Διαβὰς δὲ τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, προῆγε συντόνως ὡς ἐπὶ τὸ Θέρμον. ἅμα δὲ προάγων ἐδῄου καὶ κατέφθειρε τὴν χώραν· παρῄει δὲ ἐκ μὲν εὐωνύμων ἀπολιπὼν Στρατὸν, Ἀγρίνιον, Θεστιεῖς, ἐκ δεξιῶν δὲ Κωνώπην, Λυσιμαχίαν, Τριχώνιον, Φοίτεον. Id eſt: *Trajecto autem Acheloo fluvio, duxit ſine mora verſus Thermum, & quacunque iter faciebat expilabat & vaſtabat regionem. Procedebat autem ad ſiniſtram relinquens Stratum, Agrinium, Theſtienſes, ad dextram Conopam, Lyſimachiam, Trichonium, Phœteum.* Strabo, lib. 10. Conopam vocat Κονώπην, per ο in prima ſyllaba. Facit etiam aliquid is locus Strabonis ad cognoſcendam ejus ſitum, poſtquam enim de Oleno, & Pleurone ſub Aracyntho verba fecit & de Lyſimachia, ſic ait: Μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως ἡ κώμη μὲν ἦν πρότερον καλουμένη Κόνωπα, κτίσμα δ' ὑπῆρξεν Ἀρσινόης, τῆς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου γυναικὸς ἅμα καὶ ἀδελφῆς, ἐπικειμένη πως τῇ τοῦ Ἀχελώου διαβάσει. Id eſt: *Inter Pleuronem, & Arſinoëm urbem, quæ primum pagus erat Conopa vocatus, conditas ab Arſinoe Ptolemæi, ſecundi uxore ſimul & ſorore, ſita fere in ipſo Acheloi tranſitu.* (De Lyſimachia autem loquitur, ſita inter Pleuronem & Arſinoëm, de qua mox dicendum erit) Stephanus ex Polybio, Κωνώπην habet & Acarnaniæ tribuit, latius ſcilicet exten-

dens Acarnanum limites ultra Acheloum, de ea ſilent alii autores.

CAPUT XII.

De Lyſimachia, Trichonio, Phœteo, Metapa, Pamphia & Thermo.

Lyſimacha in eo tractu etiam fuit de qua Strabo, ante locum nuper citatum, lib. 10: Ἦν δὲ καὶ Λυσιμαχία πλησίον· ἠφανισμένη καὶ αὕτη· κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ, νῦν μὲν Λυσιμαχία, πρότερον δὲ Ὕδρα· μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης. Id eſt: *Erat autem & Lyſimachia prope, deleta etiam ipſa: ſita ad lacum qui nunc Lyſimachia vocatur, prius autem Hydra, inter Pleuronem & Arſinoem.* &c. De ea Polybius lib. 5. in loco paulo ſupra citato, in itinere Philippi ubi ait, eam fuiſſe ad dextram Philippi ab Acheloo Thermum verſus tendenti. T. Livius lib. 36. Lyſimachiam ponit in itinere, quo itur Naupacto Stratum his verbis, ubi de Antiocho loquitur. *Ipſe Delphis ſacrificio Apollini facto Naupactum proceſſit, concilio principum Ætoliæ habito, via quæ præter Chalcidem & Lyſimachiam fert ad Stratum ſuis, qui per Meliacum ſinum veniebant, occurrit.* Plura de ea teſtimonia non habemus, quæ utilia ſint. In itinere Philippi ad dextram ponit Polybius Trichonium Τριχώνιον, inter Lyſimachiam & Phœteum. Supra Strabonem in ea voce emendavimus & legendum docuimus pro Τερχίνιον, Τριχώνιον, ubi Strabo eam urbem antiquæ Ætoliæ fuiſſe docet & optimi ſoli. Præter locum Polybii citatum, idem autor lib. 4. de Dorymacho quodam Trichonienſi meminit, ubi male legitur Δορύμαχος ὁ Τριχωνεὺς pro Τριχωνιεὺς, quæ vox legitur apud Stephanum & Pauſaniam. Stephanus:

nus: Τριχώνιον, πόλις Αἰτωλίας· ὁ πολίτης Τριχωνιεύς. Pauſanias etiam in Corinthiacis de quodam Ariphrone ait: Τὸ μὲν ἀνέκαθεν Τριχωνιεὺς τῆς ἐν Αἰτωλίᾳ. Id eſt: *Origine quidem Trichonienſis ab Ætolia*: & ſic analogia requirit. Sed male etiam apud Pauſaniam Τρικωνιεὺς per κ legitur, ſcribendum enim per χ, Τριχωνιεὺς, ut ex Polybio, Strabone & Stephano patet. Juxta eam urbem lacus erat ſatis magnus, ut qui triginta ſtadia longus erat, à Metapa uſque ad Pamphiam, ſed quando non à Metapa, ſed à Trichonio nomen accipiebat, colligitur eum lacum Trichonium etiam attigiſſe & multo longiorem fuiſſe, de eo Polybius lib. 5. ubi de Metapa ait: Κεῖται μὲν ἐπ' αὐτῆς τῆς Τριχωνίδος λίμνης, καὶ τῆς παρὰ ταύτῃ στενῶν. Id eſt: *Sita eſt ad ipſum Trichonidem lacum, & ad anguſtias quæ ad eum ſunt.* Et paulo poſt de itinere copiarum: Τὴν μὲν γὰρ ἐκ τῶν εὐωνύμων ἐπιφάνειαν τῆς πορείας ἠσφαλίζετο λίμνη σχεδὸν ἐπὶ λʹ στάδια. Id eſt: *Nam ſiniſtrum inceſſus copiarum latus ſecurum præſtabat lacus per triginta cirriter ſtadia.* Ex quibus verbis non ſequitur, eum lacum habuiſſe tantum triginta ſtadia in longitudine, ſed tantum Philippi exercitum per triginta ſtadia habuiſſe lacum ad ſiniſtram, dum Thermum verſus iter faciebat. De Trichonio urbe plura non ſuppetunt.

Poſt Trichonium, in itinere Philippi verſus Thermum ad orientem tendentis, fuit φοίτιον *Phœteum*, ſed Stephanus videtur legiſſe φύταιον ſic enim habet: Φύταιον, πόλις Αἰτωλίας· Πολύβιος ἑνδεκάτῳ· τὸ ἐθνικὸν, Φυταιεύς. Locum quidem Polybii unde hoc ſumpſit non habemus, ſed quando ipſe Stephanus non habet φοίτιον, ſed habet Φοιτίαι πόλις Ἀκαρνανίας, credo eum legiſſe etiam in loco lib. 5. ſupra citato φύταιον, ſed de loco libri XI ſolum meminiſſe, eo quod plura de eo loco forte dixerat Polybius libro XI, cum ſolum nomen protulerit in libro 5. vel

potius credo, Stephanum ſcripſiſſe etiam Φοίτιον, ut eſt apud Thucydidem, ſed corruptum fuiſſe eum locum ob iotaciſmum recentiorum Græcorum: nam inter ſonum τοῦ Φοίτιον & τοῦ Φύταιον, ſecundum hodiernam pronuntiationem nulla eſt differentia, itaque exſcriptor ex ore dictantis tam bene potuit intelligere Φύταιον quam Φοίτιον, de eo loco nihil eſt quod amplius dicamus, fuit inter Trichonium & Metapam ad dextrum latus lacus verſus Thermum tendendo.

Sequitur apud Polybium Μέταπα *Metapa*, de quo ſic ait: Κεῖται μὲν ἐπ' αὐτῆς Τριχωνίδος λίμνης, καὶ τῶν παρὰ ταύτης στενῶν. ἀπέχει δὲ σχεδὸν ἑξήκοντα στάδια τοῦ προαγορευομένου Θέρμου. Id eſt: *Sita quidem eſt ad ipſum Trichonidem lacum & anguſtias quæ ſunt ad eum, diſtat autem à ſupradicto Thermo ſexagiuta circiter ſtadia.* Paulo poſt eas anguſtias ſic deſcribit: Ἐστὶ γὰρ πᾶς ὁ παρὰ τὴν λίμνην τόπος ὀρεινὸς, καὶ τραχὺς συνηγμένος ταῖς ὕλαις, διὸ καὶ παντελῶς στενὴν καὶ δυσδίοδον ἔχει τὴν πάροδον. Id eſt: *Eſt enim totus prope lacum locus montoſus & aſper ſylvis coarctatus, idcirco & omnino arctam & difficilem tranſitum habet.* Et paulo poſt: Ἀνύσας δὲ τοὺς προειρημένους τόπους, καὶ παραγινόμενος πρὸς τὴν καλουμένην κώμην Παμφίαν..... προέβαινε πρὸς τὸ Θέρμον ὁδὸν οὐ μόνον προσάντη καὶ τραχεῖαν διαφερόντως, ἀλλὰ καὶ κρημνοὺς ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους ἔχουσαν βαθεῖς· τῆς πάσης ἀναβάσεως οὔσης σχεδὸν ἐπὶ τριάκοντα στάδια. Id eſt: *Per ea loca finito itinere, & uſque ad vicum Pamphiam vocatam progreſſus ..... verſus Thermum proceſſit, per viam non ſolum arduam & aſperam valde, ſed & præcipitia profunda ex utroque latere habentem ...... toto aſcenſu triginta circiter ſtadia longo.* Ex hoc loco nobis ante oculos poſuit totum illius itineris tractum, oblitus eſt tamen Polybius notare ſpacium inter Trichonium & Metapam: longe tamen inter alios hiſtoricos excellit Polybius, eo quod

quod cum multa cura locos & tempora notat, quod neglexerunt omnes inferioris ſeculi, qui hiſtoriam ſcripſerunt. O ſi Polybium integrnm haberemus, quanta lux in Græciæ deſcriptione nobis affulſiſſet! ſed ad cætera.

A Metapa Pamphiam vel Pamphium acceſſit Philippus, varie enim legitur apud Polybium, qui loco nuper citato τὴν καλουμένην κώμην Παμφίαν habet. Id eſt: *Pagum vocatum Pamphiam.* At in regreſſu Philippi ait: οἱ περὶ τὴν οὐραγίαν ἐμπρήσαντες τὸ Πάμφιον. Et credo τὸ Πάμφιον *Pamphium* verum fuiſſe nomen ob articulum τὸ additum, & Παμφίαν, male ab exſcriptore in fœminino genere expreſſam ob præcedentes voces καλουμένην κώμην. Fuit, ut colligitur ex itinere Philippi, ad extremitatem orientalem lacus Trichonidis, inter Metapam & Thermum: nec de ea plura ſuppetunt.

Tandem Thermum uſque pervenit Philippus, ejus nomen neutraliter expreſſit Polybius lib. 5. Προέβαινε πρὸς τὸ Θέρμον, & rurſus paulo poſt: Ἧκε πολλῆς ὥρας ἐπὶ τὸ Θέρμον. Id eſt: *Thermum venit cum multum diei ſupereſſet.* Sed in fragmentis à Valeſio publicatis maſculine protulit γενόμενος εἰς τὸν Θέρμον, ubi forte ν redundat & legendum τὸ Θέρμον, ut hoc loco. Locus fuit in tota Ætolia celebris, eo quod ibi fiebant Ætolorum conventus ad magiſtratus creandos & negotia publica totius gentis procuranda, ſic de eo loco (non enim urbs vocabatur & ſine muris erat) poſtquam dixit, Philippum milites ſuos ad prædandos agros immiſiſſe, addit: Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς οἰκίας τὰς ἐν αὐτῷ τῷ Θέρμῳ διαρπάζειν, οὔσας πλήρεις οὐ μόνον σίτου, καὶ τῆς τοιαύτης χορηγίας, ἀλλὰ καὶ κατασκευῆς διαφερούσης τῆς παρ' Αἰτωλῶν. καθ' ἕκαστον γὰρ ἔτος ἀγοράς τε καὶ πανηγύρεις ἐπιφανεστάτας, ἔτι δὲ καὶ τὰς τῶν ἀρχαιρεσίων καταστάσεις ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ συντελούντων αὐτῶν, ἕκαστοι πρὸς τὰς ὑποδοχὰς, καὶ τὰς εἰς ταῦτα παρασκευὰς τὰ πολυτελέστατα τῶν ἐν τοῖς βίοις ὑπαρ-

ὑπαρχόντων εἰς τοῦτον ἀπετίθεντο τὸν τόπον, χωρὶς δὲ τῆς χρείας, καὶ τὴν ἀσφάλειαν ἤλπιζον ἐνταυθοῖ βεβαιοτάτην αὐτοῖς ὑπάρχειν, διὰ τὸ μήτε πολέμιον τετολμηκέναι μηδένα πώποτε εἰς τοὺς τόπους τούτους ἐμβαλεῖν· εἶναι δὲ τῇ φύσει τοιούτους, ὥστε τῆς συμπάσης Αἰτωλίας οἷον ἀκροπόλεως ἔχειν τάξιν. Id eſt: *Similiter & domus quæ in Thermo erant diripere, plenas non ſolum frumento & omni commeatu tali, ſed etiam excellenti ſuppellectili ſecundum Ætolicum morem. Nam quotannis mercatus & celebritates ſplendidas agitabant, & magiſtratuum electiones in eo loco faciebant, & unuſquiſque ad hoſpitia præparanda, pretioſiſſima quæque quæ ad uſum habebant in eum locũ deponebant, nam præter quam quod ſic iis utebantur, ſecuritatem in eo loco firmiſſimam ſibi fore ſperabant, eo quod nullus umquam hoſtis auſus fuerat ea loca invadere, & natura talia eſſe, ut totius Ætoliæ arcis haberent dignitatem.* Pluraliter ejus loci nomen expreſſit Strabo lib. 10. ubi de epigrammate ſeu inſcriptione quadam loquitur: Τὸ μὲν ἐν Θερμοῖς τῆς Αἰτωλίας ὅπου τὰς ἀρχαιρεσίας ποιεῖσθαι πατρῷον αὐτοῖς ἐστί. Id eſt: *Unum quidem in Thermis Ætoliæ ubi comitia magiſtratibus creandis agere ſecundum morem ſolent.* Polybius rurſus in Excerptis Legationibus cap. 74. ubi de C. Popilio & Cn. Octavio, legatis miſſis ab A. Hoſtilio ad Græciæ urbes agit, ſic ait: Ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Αἰτωλίαν, καὶ πάλιν ἐκεῖ συναχθείσης αὐτοῖς τῆς ἐκκλησίας εἰς Θέρμον, παρελθόντες εἰς τοὺς πολλοὺς παρακλητικοὺς, καὶ φιλανθρώπους διετίθεντο λόγους. Id eſt: *Navigarunt in Ætoliam, & cum propter eos convocaſſent Ætoli concilium Thermo, multitudinem populi accedentes exhortatorios & amicos ſermones expoſuerunt.* Et rurſus idem Polybius in Fragmens à Valeſio publicatis lib. XI. nos docens de ſecunda Philippi in Ætolia irruptione ait: Ὅτι Φίλιππος πορευθεὶς ἐπὶ τὴν Τριχωνίδα λίμνην, καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν (lego τὸ) Θέρμον ἔνθα

μεν, ἔνθα ἦν ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ὅσα πρότερον ἀπέλειπε τῶν ἀναθημάτων, τότε πάλιν ἅπαντα διελωβήσατο· κακῶς μὲν πρότερον, κακῶς δὲ τότε χρώμενος τῷ θυμῷ. Id eſt: *Quod Philippus ad Trichonidem lacum progreſſus, & Thermum adveniens, ubi erat templum Apollinis, quotquot ex donariis prius reliquerat, tunc denuo omnia mutilavit, male quidem prius, male etiam tunc ira ſua abuſus.* Ejus loci nomen male acceptum & intellectum fuit à T. Livio, & poſt eum à Caſaubono, qui Thermopylas interpretati ſunt, ſed cum de eo in noſtris Criticis Exercitationibus ſatis exacte & abunde egerimus, non eſt animus ea repetere. De Thermo illo Ætolico nihil amplius habemus dicendum, & ex locis allegatis imaginem & poſitionem loci ſatis exactam habere poſſumus.

CAPUT XIII.

De AGRINIO, & THESTIENSIBUS.

Nunc de iis locis dicendum, quæ ad ſiniſtram habebat Philippus in ſuo ad Thermum itinere, dicit Polybius: Ἐκ μὲν εὐωνύμων ἀπολιπὼν Στρατὸν, Ἀγρίνιον, Θεστιεῖς. Id eſt: *A læva cum relinquiſſet Stratum, Arginium, Theſtienſes.* Et de Strato quidem abunde diximus in Acarnania, ſequitur, ut ſi quid de Agrinio invenitur, id nunc proferamus. Unicum locum habemus ex Diodoro, ſed qui nihil de ſitu nos docet, is eſt libri 19. ubi Caſſandrum inducit Acarnanibus conſilium dantem, ut ex pluribus & parvis urbibus & caſtellis in paucas numero urbes & munitiſſimas migrarent, quod conſilium ſequuti ſunt Acarnanes: Οἱ πλεῖστοι μὲν εἰς Στράτον πόλιν (ſic lego) συνῴκησαν ὀχυρωτάτην οὖσαν καὶ μεγίστην. Οἰνιάδαι δὲ καί τινες ἄλλοι συνῆλθον ἐπὶ Σαυρίαν, Δεριεῖς δὲ μεθ' ἑτέρων εἰς Ἀ-

χείνιον. Id eſt: *Plures quidem Stratum urbem migrarunt, munitiſſimam & maximam, Oeniadæ vero & quidam alii convenerunt Sauriæ, Derienſes vero cum aliis Agrinium incoluerunt.* In hoc loco licet deflere litterarum calamitatem & autorum defectum. Nam de illa Sauria, quæ debuit eſſe urbs munita ſatis & magna, alibi nihil legitur, ut nec de Derienſibus ullibi præter in hoc loco non fit mentio; de Agrinio etiam alibi ἐδὲ γρῦ, ubi ſilent autores, & nobis ſilere neceſſe eſt.

Addit Polybius Philippum ad lævam reliquiſſe Theſtienſes Θεστιεῖς, de qua urbe, vel loco, vel populo, nihil proferri poteſt præter nudum nomen ex hoc Polybii loco unico. Id ſolum ex conjectura dicendum ſuppetit, nomen accepiſſe eum locum à Theſtio Agenoris filio & Parthaonis fratre, antiquo Ætoliæ dynaſta.

CAPUT XIV.

De quibuſdam Ætoliæ locis incertæ poſitionis.

In littore Ætoliæ poſt Acheloi oſtium notat Ptolemæus lib. 3. cap. 15. in tabula Europæ 10 Peninſulam cum urbe ejuſdem nominis: Μετὰ τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, ὅς ἐστιν ὅριον τῆς Ἠπείρου ἐν τῷ Ἀδριατικῷ πελάγει

Αἰτωλίας χερρονήσου ἄκρον,
Εὐήνου ποταμοῦ ἐκβολαί. Id eſt:
Ætoliæ peninſulæ extremum,
Eueni fluvii ejectiones.

Et Mercator, qui tabulas ad numeros Ptolemæi concinnavit, peninſulam eo loci depingit, & in ea urbem nomine Cherroneſus, neſcio quam bene, imo ſcio quod male. Nam præter quam quod nihil de ea urbe invenitur, quod numquam evenit de urbibus ad littus maris ſitis,

ſitis, mirum certe foret Strabonem, qui id littus tam exacte deſcripſit & in eo tres lacus notavit, quorum unus effluxum in mare habebat, de illo promontorio & urbe cognomine nobilitato tacuiſſe. Id certe credere non poſſum, & omnino inclinat animus ad rejiciendum Ptolemæi Ægyptii autoritatem, quod etiam fecit Samſonius in ſua Græciæ antiquæ tabula, ubi nec promontorium illud nec urbem notavit. Agremones locum Ætoliæ habet Heſychius, de quo nihil alibi invenitur. Ægitium nominat Thucydides libro 3. ubi de Demoſthenis ducis Athenienſis in Ætolos expeditione, quam Meſſeniorum Naupactum incolentium ſuaſu ſuſceperat, agit, ejus ſitum ita deſcribit: Ἐχώρει ἐπὶ Αἰγίτιον, καὶ κατὰ κράτος αἱρεῖ ἐπιών, ὑπέφευγον γὰρ οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐκάθηντο ἐπὶ τῶν λόφων τῶν ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἦν γὰρ ἐφ' ὑψηλῶν χωρίων, ἀπέχουσα τῆς θαλάσσης ὀγδοήκοντα σταδίους μάλιστα. Id eſt: *Contra Ægitium vadit, & per vim cepit, aufugerunt enim homines, & inſedebant montes urbi imminentes, erat enim urbs ſita in excelſis locis, diſtans à mari ſtadia octuaginta ut plurimum.* Narrat deinde magnam cladem, quam acceperunt Athenienſes, & eorum ſocii, & addit: Μόλις δὲ ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὸν Οἰνεῶνα τῆς Λοκρίδος (ὅθεν περ καὶ ὡρμήθησαν) οἱ περιγενόμενοι κατέφυγον. Id eſt: *Superſtites vero vix ad mare uſque & Oeneonem (unde profecti fuerant) Locridis aufugerunt.* Ex his Thucydidis locis colligitur, Ægitium fuiſſe ſitum in parte Ætoliæ orientali, & Locris vicina, non longe à mari in loco aſpero, quod etiam nomen ſignificat, ſcilicet, capris idoneum locum, quæ per abrupta montium paſcere gaudent.

Idem Thucydides dum eandem expeditionem narrat tres urbes vel caſtella nominat. Αὐλισάμενος δὲ ξὺν τῷ στρατῷ ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου ἱερῷ...... ἅμα τῇ ἕω ἄρας ἐπορεύετο ἐς τὴν Αἰτωλίαν, καὶ αἱρεῖ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ Ποτιδανίαν,

καὶ τῇ δευτέρᾳ Κροκύλιον, καὶ τῇ τρίτῃ Τίχιον, ἔμμενέ τε αὐτοῦ, καὶ τὴν λείαν ἐς Εὐπόλιον τῆς Λοκρίδος ἀπέπεμψε. Id eſt: *Cum autem pernoctaviſſet cum exercitu in templo Jovis Nemei, ſummo mane motis caſtris in Ætoliam venit, & primo die Potidaniam capit, ſecundo Crocylium, tertia Tichium, ibi vero manſit & prædam in Eupolium Locridis miſit.* Potidania igitur prima occurrebat Locride maritima Ozolarum venientibus, & orientalior vel meridionalior erat cæteris. De ea etiam T. Livius lib. 28. ubi Philippi excenſionem narrat, ſic ait: *Profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupolium ſunt, excenſionem fecit. Haud fefellit Ætolos: nam hominum quot aut in agris aut in propinquis caſtellis Potidaniæ aut Apolloniæ fuit, in ſylvas monteſque refugit.* Eam urbem tantum nominat Stephanus, & Ætoliæ dicit fuiſſe, de ea nihil addit.

Poſt Potidaniam Crocylium recenſet Thucydides, quod ſecunda die cepit Demoſthenes, fuit igitur Potidaniæ vicinum, & ut ſuſpicor magis ad occidentem & ſeptentrionem ſitum. Nam à Locris, qui Ætoliæ ad orientem ſiti erant, & à mari, quod littus meridionale alluebat, procedebat cum exercitu ille dux, de eo oppido (credo) mentionem fecerat Homerus Iliad. β, verſ. 633.

Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον. ----

Καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο. ----

Et ſic putabat Strabo, qui ſic ait de eo loco: Τὰ δὲ ἐν ἠπείρῳ τῇ νήσοις συμφράζει, οἵ ῥ' Ἰθάκην, &c. τὰ γὰρ Κροκύλεια ἐν τοῖς Ἀκαρνᾶσι. Id eſt: *Quæ ſunt in continenti inſulis accenſet, nam Crocylia ſunt Acarnaniæ.* Ætolis debebat dicere, nemo enim de Crocyliis Acarnaniæ meminit, at Euſtathius ad eos Homeri verſus hæc ait: Τὰ Κροκύλεια δὲ ἑνικῶς εὕρηται τὸ Κροκύλειον ..... μέμνηται δὲ τῆς νήσου ταύτης Θουκυδίδης. Id eſt: *Et ſingulariter invenitur hoc Crocy-*

lium

lium......meminit autem ejus inſulæ Thucydides. Sed lapſus memoria Euſtathius hoc ſcripſit, fiſus, ut puto, Stephano, qui ſic: Κροκύλιον, νῆσος Ἰθάκης, Θουκυδίδης τρίτῳ. Id eſt: *Crocylium inſula Ithacæ, Thucydides tertio.* Sed bene eſt, quod Thucydidem habemus, ex cujus libro 3. nullus colligere potuiſſet Crocylium fuiſſe inſulam, Thucydidis igitur & Strabonis autoritas prævaleat.

Tertio loco *Tichium* Τίχιον ponit Thucydides, de quo ſilent omnes alii, qui extant autores, nec Strabo, nec Stephanus de eo meminerunt, ex nomine conjicio fuiſſe exiguum caſtellum. Nam puto debere ſcribi Τείχιον, quod Græcum magis redolet, & eſſe diminutivum vocis τεῖχος, quæ caſtellum ſignificat, niſi aliunde lux affulgeat, nihil aliud de eo diſcere à nobis poteris erudite lector.

In eo tractu ad maris littus, portum vel plagam ad excenſionem è navibus aptam nobis indicat Livius nomine *Erythræ*, libro ſcilicet 28. ubi de Philippo: *Anticyram trajecit, inde quinque triremibus, ſeptem & lembis* 20. *amplius, quos ut adjungeret Carthaginenſium claſſi miſerat in Corinthium ſinum, profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupolium ſunt, excenſionem fecit. Haud feſellit Ætolos.* &c. Quæ paulo ſupra tum citata ſunt, ex hoc loco, quem ſolum habemus, liquet Erythras fuiſſe plagam maritimam aut portum ultimum Ætoliæ verſus Locros Ozolas, & orientem, & non longe fuiſſe à Potidania, de qua ſupra, & forte fuit ejus navale.

Apollonia etiam memoratur à Livio, ut Potidaniæ & Erythris vicina, de qua alibi nihil inveni.

Acragas etiam urbs Ætoliæ nominatur à Stephano, tamquam ex Polybio, & ait: Ποταμὸν δὲ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς χώρας ὠνομάσθαι Ἀκράγης, διὰ τὸ εὔγεον. Id eſt: *Fluvium & urbem ſic vocari à regione, quæ ob ſoli bonitatem dicebatur,* ἄκρα γῆς *ſoli excellentia*, ubinam fuerit in Ætolia ignoratur

ratur, & forte nullibi in Ætolia fuit, & in Sicilia quærenda eſt.

Sed Ἄκραι urbs Polybio memoratur lib. 5. ubi de reditu Philippi poſt Thermi direptionem narrat: Καταϛκάψας τὴν Μετάπαν, προῆγε καὶ παρενέβαλε περὶ τὴν πόλιν καλουμένην Ἄκρας, τῇ δ' ἑξῆς ἅμα προάγων ἐπόρθει τὴν χώραν, καὶ καταϛρατοπέδευσεν περὶ Κωνώπην, ἐπέμεινε τὴν ἐχομένην ἡμέραν. Id eſt: *Metapa diruta progreſſus eſt, & caſtra metatus eſt circa urbem vocatam Acras, & poſtridie continuans iter, regionem populatus eſt, & caſtra metatus eſt circa Conopam, & ibi manſit die ſequenti.* Ex accuſativo caſu Ἄκρας fecerunt, ut puto, Ἀκραγας, de quo ſupra.

CAPUT XV.

De CALYDONE.

Jam nobis *Calydon* memoranda, totius Ætoliæ urbs primaria, de ea plures autores meminerunt, & Scylax eam primam in Ætolia nominat, tamquam digniſſimam, quæ primatum obtineat, & poſt eum Etymologicum in voce Αἰτωλοί· Καλυδὼν ἡ πρώτη πόλις Αἰτωλίας. Id eſt: *Calydon prima urbs Ætoliæ.* Sed Homerus multo antiquior bis de ea urbe meminit, ſcilicet in Iliad. β. verſu 640.

Χαλκίδα τ' ἀγχίαλον, Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν. Id eſt: *Chalcidem littoralem, & Calydonem lapidoſam.*

Ad quem locum Euſtathius: Ἀπὸ Καλυδῶνος κληθῆναι λέγεται Ἐνδυμίωνος υἱοῦ, ἢ Αἰτωλοῦ· δοκεῖ δ' ἐν Καλυδῶνι κατοικεῖν Οἰνεύς· τὴν δ' ἐνδοξότητα τῆς Πλευρῶνος, καὶ τῆς Καλυδῶνος δηλοῖ, καὶ τὸ, Καλυδὼν καὶ Πλευρὼν πρόσχημά ποτε τῆς Ἑλλάδος ἦν. Id eſt: *A Calydone vocatam fuiſſe dicitur Endymionis vel Ætoli filii: gloriam vero Pleuronis & Calydonis*

nis indicat, id quòd dictum, Calydon & Pleuron olim decus Græciæ erant. Plura deinde addit ex Strabone, cujus ſunt hæc ultima verba. Et idem Euſtathius ad primum catalogi verſum, Βοιωτῶν μὲν &c. Sic ait: Καὶ πόλεις ἀμφισβητοῦσαι Ὁμηρικοῖς ἔπεσιν ἐχρήσαντο πρὸς λύσιν ἐρίδος. Καλυδῶνα μὲν γὰρ φασὶν ὁ ποιητὴς Αἰτωλοῖς ἐχαρίσατο ἀμφισβητοῦσι πρὸς Αἰολέας, μνησθεὶς αὐτῆς ἐν Αἰτωλῶν καταλόγῳ. Id eſt: *Et urbes inter ſe litigantes verſibus Homericis uſæ ſunt ad dirimendam litem. Nam Calydonem, ut ajunt, Ætolis attribuit, qui de ea lite agebant cum Æolibus, eo quod de ea urbe in Ætolorum catalogo meminerat.* Sed non ſolum in catalogo Calydonem Ætolis tribuerat poëta, ſed & Iliad. τ. verſu 217. id declarat, ubi de Thoante Andræmonis filio ait:

Ὃς πάσῃ Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι
Αἰτωλοῖσιν ἄνασσε. Id eſt:
Qui Pleuroni toti, & excelſæ Calydoni
Ætolis imperabat.

Lis tamen, quam de ea urbe movebant Æoles, ſuadet, eam non fuiſſe longe à mari, nam in altam & montanam Ætoliam non penetraverant Æoles. Ex Plutarcho etiam licet ſuſpicari, eam non fuiſſe à littote multum remotam, nam in Arato ait: Ἄρατος αἱρεθεὶς στρατηγὸς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, τὴν ἀντιπέρας Λοκρίδα καὶ Καλυδωνίαν ἐπόρθησε. Id eſt: *Aratus primum dux Achæorum exercitus electus Locridem & Calydoniam, quæ ultra mare Achaiæ oppoſitæ ſunt, populatus eſt.* Et id expreſſe firmat Plinius lib. 4. cap. 2. *Ætoliæ oppidum Calydon* (ait) *eſt* VII. *mille D. paſſus à mari juxta Euenum amnem.* Si addidiſſet in quo Eueni latere, an orientem verſus, an occidentem, vel meridiem, vel Arcton, nihil dubii nobis reliquiſſet, quod adhuc remanet, nam ex hiſtoria Herculis, qui Neſſum Centaurum occidit, patet, eum Calydone profectum,

ctum, & Trachiniam vadentem, Euenum trajeciſſe, ſed ex eo nihilo certiores ſumus, nam cum Euenus in Ophienſibus ortus magnum reflexum verſus occidentem & Calydonem fecerit, & inde meridiem verſus fluens illabatur mari, ut diſcemus ex Strabone lib. 10. nihil in eo eſt certi, nam ſi in eo reflexu ad orientem ſita fuerit Calydon, debuit Hercules à ſiniſtra ripa ad dextram trajicere, ut lucri faceret multum viæ & totum ejus fluvii ambitum. Lucanus ſane lib.6. verſu 365. dixit. *Euenos Calydona ſecat*, ſed intellexit Lucanus regionem, quam etiam Calydonam vocatam fuiſſe ſupra ex pluribus locis a nobis citatis colligitur, & male Sulpicius Lucani enarrator intellexit,dum ipſam urbem putat ab Eueno ſeparatam fuiſſe, aliter non eguiſſet Hercules Neſſi auxilio ad trajiciendum Euenum, quem in ipſa urbe vel ponte vel ſcapha facilius trajeciſſet. Ad numeros Ptolemæi ſi recurrimus,non multum nos juvabunt.Mercator qui tabulas ſuas ad Ptolemæi numeros adaptavit, Calydonem urbem depingit ad ipſum Euenum occidentem verſus,nomen notat in oppoſita fluvii parte.Tabulæ certe Peutingerianæ Calydonem manifeſte ponunt ad orientem Eueni, turbam tamen faciunt, quod alium fluvium ad orientem inter Calydonem & Naupactum ponunt ſine nomine, de quo nulli autores meminerunt. Strabo vero infra laudabitur, qui Calydonem ad orientem cum tabulis ponit, quod ut puto verius eſt. De ea urbe Onomacritus ſub nomine Orphei meminit in Argonauticis verſu 156.

Ἐκ δὲ λιπὼν Καλυδῶνα θοὸς Μελέαγρος ἔβαινεν
Οἰνεὺς τὸν ῥ' ἐλόχευσε καὶ Ἀλθαίη ῥοδόπηχυς. Id eſt:
Calydonem autem relinquens citus Meleager incedebat,
Quem Oeneus genuerat & Althæa roſeos cubitus habens.

Pleuro-

Pleuronem non dicitur reliquiſſe, quam Statius tamen Meleagriam vocat lib. 4. & ut credo male, nam Calydone regnabat Meleager, & tantum aberat à Pleuronis dominatu, ut Curetes, qui Pleuronem incolebant, Calydonenſibus bellum inferrent ducibus Theſtii filiis, quod narrat Apollodorus lib. 1. Meleager vero, qui Calydone erat, Theſtii filios, matris ſuæ fratres, Pleuroniorum ductores occidit, & ipſe in defenſione Calydoniæ occubuit, quam hiſtoriam narrat Apollodorus lib. 1. Antoninus Liberalis Metamorph. 2. Diodorus, Ovidius, & alii. De ea pugna, ut puto, intellexit Homerus, ubi ait Curetas & Ætolos pugnaſſe circa Calydonem Iliad. 1. verſu 525. ſupra citato, ubi de Curetibus egi. De ea urbe Xenophon Hellenicorum 4. Μετὰ δὲ τοῦτο Ἀχαιοὶ ἔχοντες Καλυδῶνα, ἣ τὸ πάλαιον Αἰτώλια ἦν, καὶ πολίτας ποιούμενοι τοὺς Καλυδωνίους φρουρεῖν ἠναγκάζοντο ἐν αὐτῇ· οἱ γὰρ Ἀκαρνᾶνες ἐπεστράτευον, καὶ τῶν Ἀθηναίων τε καὶ Βοιωτῶν συμπαρῆσάν τινες αὐτοῖς. Id eſt: *Poſtea Achæi, qui Calydonem tenebant (quæ olim erat Ætolia,) & concives ſuos fecerant Calydonios, cogebantur ibi præſidium alere. Nam Acarnanes bellum inferebant, & Athenienſium quidam & Bœotorum iis aderant.* De ea urbe Strabo lib. 10: Αἰτωλῶν δ' εἰσὶ Καλυδών τε καὶ Πλευρών, νῦν μὲν τεταπεινωμέναι, τὸ δὲ πάλαιον πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος ἦν ταῦτα τὰ κτίσματα. Id eſt: *Ætolorum ſunt Calydon & Pleuron, nunc quidem in humili ſtatu, olim vero decus erant Græciæ eæ civitates.* Idem Strabo eodem libro rurſus de Calydone loquitur: Μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον τὸ ὄρος ἡ Χαλκὶς, ἣν Χάλκειαν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος, εἶθ' ἡ Πλευρὼν, εἶθ' ἡ Λυκίρνα κώμη, ἧς ὑπέρκειται Καλυδὼν ἐν τῇ μεσογαίᾳ σταδίους τριάκοντα. περὶ δὲ τὴν Καλυδῶνά ἐστι τὸ τοῦ Λαθραίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν, εἶθ' ὁ Ταφίασος τὸ ὄρος, εἶτα Μακυνία πόλις, εἶτα Μολύκρεια, καὶ πλησίον τὸ Ἀντίρριον τὸ τῆς Αἰτωλίας ὅριον καὶ τῆς Λοκρίδος, εἰς

Ooo ὁ ἀπὸ

ὁ ἀπὸ Εὐήνου στάδιοι περὶ ρ΄ εἴκοσι. *Poſt Euenum autem mons Chalcis, quem Chalciam vocat Artemidorus, poſtea Pleuron, deinde Lucirna pagus, cui ſuperjacet Calydon in mediterraneo ad ſtadia triginta: prope Calydonem autem eſt templum Apollinis Lathræi* (ceu clandeſtini,) *deinde Taphiaſus mons, deinde urbs Macynia, poſtea Molycria, & in propinquo Antirrhium Ætoliæ & Locridis terminus, ad quod ab Eueno ſtadii circiter centum viginti.* In loco Strabonis hoc eſt notandum, quod ponit Pleuronem ultra Euenum fluvium verſus orientem fluvii & Calydonem: quod credo intelligendum eſſe de antiqua Pleurone, quæ ſita erat non longe à Calydone. Nam nova Pleuron ſita erat ad Aracynthum montem, Aracynthus vero, qui à pluribus Acarnaniæ accenſebatur, non potuit eſſe ad Eueni orientem, ubi numquam intelligitur ſe extendiſſe Acarnaniam. Patet etiam ex hoc loco & multis aliis, Strabonem non fuiſſe αὐτόπτην, nec vidiſſe ea loca, de quibus ſcribit, ſed omnia accepiſſe ab Artemidoro, Calliſthene & aliis, quos ſæpe citat. In eo loco etiam pro Λαθραίου Ἀπόλλωνος legendum puto melius Λαφραίου, & Caſaubonus quidam nos monet in margine manuſcripti adſcriptum fuiſſe Λαφριαίου. Sed puto Strabonem fratrem pro ſorore ſuppoſuiſſe, & legendum potius Λαφρίας Ἀρτέμιδος. Nam Pauſanias curioſiſſimus talium indagator ſic nos putare facit, ita enim ille in Achaïcis: Πατρεῦσι δὲ ἐν ἄκρα τῇ πόλει Λαφρίας ἱερὸν ἐστιν Ἀρτέμιδος, ξενικὸν μὲν τῇ θεῷ τὸ ὄνομα, ἐσηγμένον δὲ ἑτέρωθεν τὸ ἄγαλμα, Καλυδῶνος γὰρ καὶ Αἰτωλίας τῆς ἄλλης ὑπὸ Αὐγούστου τοῦ βασιλέως ἐρημωθείσης .... οὕτω τὸ ἄγαλμα τῆς Λαφρίας οἱ Πατρεῖς ἔσχον........... Πατρεῦσι δὲ ὁ Αὔγουστος ἄλλα τε πολλὰ τῶν ἐκ Καλυδῶνος λαφύρων, καὶ δὴ καὶ τῆς Λαφρίας ἔδωκε τὸ ἄγαλμα· ὃ δὴ καὶ ἐπ᾽ ἐμοῦ ἔτι ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν Πατρέων εἶχε τιμάς. Id eſt: *Patrenſibus autem erat in arce urbis Laphriæ Dianæ tem-*

templum, peregrinum certe Deæ eſt nomen, & ſimulachrum aliunde invectum, nam Calydone & cætera Ætolia ab Auguſto deſolata .... ſic ſtatuam Laphriæ Dianæ Patrenſes habuerunt .... Patrenſibus etiam Auguſtus alia ex Calydonenſi præda, tum etiam Laphriæ donavit ſignum, quod & uſque ad mea tempora in Patrenſium arce colitur. Narrat deinde tale nomen habuiſſe à quodam Laphrio Phocenſi, filio Caſtalii, qui id dedicaverat, & fuiſſe ex ebore & auro, & ſculptorem etiam nominat, unde patet fuiſſe celebre ſignum, & ideo puto etiam Strabonem de eo feciſſe mentionem, qui pro ſorore, memoria labaſcente, nomen Apollinis fratris ſuppoſuit, niſi fuerit exſcriptoris error, Pauſaniæ certe major fides in talibus adhibenda eſt. Ex Xenophonte diſcimus eam urbem ſub Achæis fuiſſe, & præſidium Achæorum habuiſſe, ſed non duravit Achæorum in ea urbe imperium, aut ſocietatis fœdus. Nam ſic de ea re Diodorus lib. 15. ad annum 3. Olymp. 103: Ἐπαμινώνδας δὲ ὁ Θηβαῖος μετὰ δυνάμεως ἐμβαλὼν εἰς Πελοπόννησον τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τινὰς ἄλλας πόλεις προσηγάγετο· Δύμην τε καὶ Ναύπακτον, καὶ Καλυδῶνα φρουρουμένην ὑπ' Ἀχαιῶν, ἠλευθέρωσεν. Id eſt: *Epaminondas autem Thebanus cum exercitu Peloponneſum invadens, Achæos & quaſdam alias urbes ſibi adjunxit: Dymen vero & Naupactum & Calydonem, quæ præſidium Achæorum acceperat, liberavit.* Calydon etiam tempore Cæſaris urbs erat Ætoliæ primaria. Nam lib. 3. de bello civili ſic ait: *Calviſius primo adventu ſumma omnium Ætolorum receptus voluntate, præſidiis adverſariorum Calydone & Naupacto ejectis, omni Ætolia potitus eſt.* Eam urbem Virgilius *antiquam* vocavit Æneid. 7 *pulchram* Æneid. XI. Ovidius Metamorph. 8. cum Homero *altam*, Statius Theb. 7. *veterem* & lib. 8. *tumidam*, Silius Italicus *triſtem Dianæ*,

Ooo 2 id eſt,

id eſt *inviſam*, vocarunt. Nunc, ne quis in errorem inducatur ex loco Euripidis à Luciano citato in *Convivio* ceu *Lapithis*, & credat fuiſſe aliam Calydonem in Peloponneſo, examinandus is eſt Euripidis locus, qui ſic habet:

> Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίης χθονὸς,
> Ἐν ἀντιπορθμοῖς πεδί᾽ ἔχουσ᾽ εὐδαίμονα. Id eſt:

Secundum Eraſmi verſionem:

> *Calydon quidem hæc Pelopeii regio ſoli*
> *Qua parte ſævum ſpectat adverſa fretum*
> *Agros habens, tum divites tum fertiles.*

Hæc verſio ſenſum exhibet falſum, ſcilicet Calydonem fuiſſe Pelopeii ſoli, id eſt, fuiſſe in Peloponneſo, & à mala diſtinctione verſuum Euripidis, falſa ſententia manavit, quæ comma ponit poſt χθονὸς in fine verſus primi, quod comma tollendum eſt, inde & transferendum poſt vocem ἀντιπορθμοῖς in ſecundo verſu, & ſic vertendus is locus in proſa oratione: *Hæc terra quidem eſt Calydon, quæ felices agros habet in littoribus oppoſitis Pelopejo ſolo.* Sic cum rei veritate concinet Euripidis locus, & notandum eſt, hos verſus ab Ariſtotele citatos fuiſſe tamquam Sophoclis, nec eſt abſurdum putare, apud utrumque poëtam lectos fuiſſe olim, nam & Sophocles & Euripides fabulam ſcripſerant, cui nomen *Meleager*, ex qua jure ſuſpicor, hos verſus citaſſe Ariſtotelem ex Sophocle, Lucianum ex Euripide. Ariſtoteles quidem damnat eos verſus, utpote in quibus ſententia non terminatur cum periodo, ſic igitur Ariſtoteles: Δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τῇ διανοίᾳ τετελεῶσθαι, καὶ μὴ διακόπτεσθαι ὥσπερ τὰ Σοφοκλέους ἰαμβεῖα

> Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας χθονὸς

Τουναντίον γὰρ ἐστὶν ὑπολαβεῖν τῷ διῃρῆσθαι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ εἰρημένου τὸ Καλυδῶνα εἶναι τῆς Πελοποννήσου. Id eſt: *Opportet*

tet autem ſententiam cum periodo terminari, & non abrumpi, ut Sophoclis Jambi:

Calydon quidem eſt terra Pelopeji ſoli
In littoribus adverſis fœlices agros habens.

Nam contrarium licet concipere ob diviſionem, tamquam ſi dictum fuiſſet Calydonem eſſe Peloponneſi. Vides, erudite Ariſtotelem, tantis ante nos ſeculis, notaſſe malam eorum verſuum diſtinctionem, quæ inducere poterat in errorem, tamquam ſi Calydon eſſet in Peloponneſo, Calydon ergo nulla alia fuit, quam ea, de qua tractavimus. In ejus vicinia, ſaltem in regione, quæ Calydonia ab ea urbe vocabatur, fuit oppidum vel caſtellum nomine Ἔλαιος *Elæus*, de quo Polybius lib. 4. ubi de Philippo loquitur: Ὁ δὲ βασιλεὺς (ait) παραλαβὼν καὶ ταύτην τὴν πόλιν, (Oeniadas ſcilicet) ἐξ αὐτῆς προελθὼν κατεστρατοπέδευσε τῆς Καλυδωνίας πρός τι χωρίον ὄχυρον, ὃ καλεῖται μὲν Ἔλαιος, ἠσφάλισται δὲ τείχεσι, καὶ ταῖς λοιπαῖς παρασκευαῖς διαφερόντως, Ἀττάλου τὴν περὶ αὐτὸ παρασκευὴν ἀναδεξαμένου τοῖς Αἰτωλοῖς. Id eſt: *Rex autem cum eam urbem cepiſſet,* (Oeniadas ſcil.) *inde procedens caſtra metatus eſt contra locum quendam munitum, qui vocatur Elæus, muris munitus & cætero apparatu eximius. Nam Attalus in ſe receperat ejus muniendi curam in Ætolorum favorem.* Ex hoc loco ſuſpicor eum ſitum fuiſſe non longe à littore, nam Attalus, qui Pergami regnabat in Aſia, non poterat eum locum adire & munire ſine claſſe, & navibus miſſis ſine dubio res neceſſarias intulit.

CAPUT XVI.

De LYCIRNA & CHALCIDE.

A Calydone diſtabat triginta ſtadia verſus mare Lycirna, de qua ſolus Strabo loquitur lib. 10. his verbis:

bis: Μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον τὸ ὄρος ἡ Χαλκὶς, ἣν Χαλκίαν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος· εἶθ' ἡ Πλευρὼν, εἶθ' ἡ Λυκίρνα κώμη, ἧς ὑπέρκειται Καλυδὼν ἐν τῇ μεσογαίᾳ σταδίοις τριάκοντα. Id eſt: *Poſt Euenum autem mons Chalcis, quem Chalciam vocavit Artemidorus, deinde Pleuron, poſtea pagus Lycirna, ſupra quem ad ſtadia triginta in mediterraneo ſita eſt Calydon.*

In eo tractu fuit *Chalcis*, de qua Homerus in catalogo Iliad. β verſu 640.

Χαλκίδα τ' ἀγχίαλον Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν. Id eſt:
Chalcidem etiam littoralem & Calydonem ſaxoſam,

Thucydides lib. 2. nos docet, eam fuiſſe prope Eueni os, ubi de pugna navali inter Corinthios & Phormionem, Athenienſem nauarchum, ſic ait: Κατῖδον τοὺς Ἀθηναίους ἀπὸ τῆς Χαλκίδος καὶ τοῦ Εὐήνου ποταμοῦ παραπλέοντας σφίσι. Id eſt: *Viderunt* (Corinthii) *Athenienſes qui à Chalcide & Eueno verſus eos navigabant.* Et ex hoc loco videtur, colligi poſſe, portum Chalcidis fuiſſe ipſum Eueni os. Nec obſtare debet Ptolemæi autoritas, qui Chalcidem inter mediterranea recenſet, invito Homero, Thucydide & aliis. Nam multa ſupine in ea regione deſcribenda nobis obtrudit, ut Cherroneſum promontorium, & urbem in eo celebrem cognominem, omnibus aliis incognitam, ſed ut eum hoc loco à lata culpa liberemus, dicendum, eum de altera Chalcide quæ ſupra Molycriam, intellexiſſe, quæ in mediterraneo ſita fuit, de quo Strabo ex Apollodoro lib. 10. verba facit, ubi ait, Artemidorum Chalcidem montem, vel Chalciam poſuiſſe inter Acheloum & Pleuronem, Apollodorum vero ſupra Molycriam poſuiſſe Chalcidem, & Taphiaſſum, & Calydonem fuiſſe inter Pleuronem & Chalcidem, ſed in eo loco Strabonis ſuſpicor, vocem *Acheloum,* male locum obtinere vocis *Euenum.* Nam ibi non

agitur

agitur de locis circa Acheloum, & in eo loco fluctuat Strabo, & dubitat, an idem fuerit mons, quem *Chalciam* vocat Artemidorus, cum eo, quem *Chalcidem* vocat Apollodorus, an vero diverſi fuerint, unus prope Pleuronem, alius ſupra Molycriam, quod ultimum verum puto, & de eo agemus paulo poſt: & autoritas Thucydidis ſupra citati, qui Chalcidem ad os Eueni locat, nos omnino perſuadet, ut legatur apud Strabonem pro Ἀχελώου, Εὐήνου, error tamen eſt potius Artemidori quam Strabonis: nam is error Strabone videtur antiquior, quando ſequutus eſt illum errorem Dionyſius, dum ſic canit:

> Νήσων τ' ἀλλάων, ὅσας τ' ἀπὸ Χαλκίδος ἕρπων
> Δίνης ἀργυρέης Ἀχελώϊος ἀμφὶς ἑλίσσει. Id eſt:
> *Et inſularum aliarum quotquot è Chalcide labens,*
> *Vorticibus argenteis Achelous circumfluit.*

Sed Thucydidis autoritas omnino prævalere debet cum Homero conjuncta, qui Chalcidem littoralem cum Calydone conjungit. Et ipſe Strabo lib. 10. non fluctuat, dum ait in deſcriptione littoris Ætolici: Πάντα δ' εὐλίμενα τὰ μεταξὺ, εἶτ' Οἰνιάδαι καὶ ὁ Ἀχελῷος, εἶτα λίμνη τῶν Οἰνιάδων Μελίτη .... εἶθ' ὁ Εὔηνος ..... μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον ἡ Χαλκὶς τὸ ὄρος, ἣν Χαλκείαν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος. Id eſt: *Omnia autem bonos portus habentia quæ inter ea ſunt, deinde Oeniadæ & Achelous, deinde lacus Oeniadorum Melite .... deinde Euenus ..... poſt Euenum autem mons Chalcis, quem Chalciam vocavit Artemidorus.* Vides lector erudite in deſcriptione littoris illius Ætolici ſatis exacta, ab Acheloo uſque ad Euenum, nullam de Chalcide factam mentionem, ſed ultra Euenum, & ſtatim ab Eueno orientem verſus montem Chalcidem, ſeu Chalciam poſitum fuiſſe, unde ſequitur noſtram emendationem neceſſariam eſſe, & legendum eſſe apud Strabonem vel Artemidorum pro

Ἀχε-

Ἀχελώου, Εὐήνου. Nec moror Euſtathium, qui Dionyſii Periegetis autoritatem in eo ſequitur, & Chalcidem ſemper ad Acheloum ponit, quoties de ea loquitur, & Dionyſium etiam ſequitur Stephanus, & eum citat, ut & Priſcianus, ſed ego non credulus illis, & mihi centum Euſtathiis, & Stephanis, & Priſcianis, & Dionyſiis etiam in rebus Græciæ antiquæ potior eſt Thucydidis autoritas. De hac Chalcide littorali intellexit Seneca, dum ait, urbes Ætoliæ recenſens,

---- Joniis & fluctibus hoſpita portu
Chalcis: ----

In eo Thucydidi & Straboni concors.

CAPUT XVII.

De ANTIQUA PLEURONE.

Poſt Chalciam Strabo Pleuronem ponit, quod de antiqua intelligendum eſt, de qua jam aliquid muſſitavimus ſupra, ubi de nova Pleurone egimus, eam cum Calydone fuiſſe quondam decus & tutamen Græciæ aſſerit Strabo: Νῦν μὲν τεταπεινωμέναι, τὸ δὲ παλαιὸν πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος. Id eſt: *Nunc quidem humiles olim vero Græciæ decus.* Et quidem eo tempore antiquorum Curetum erat domicilium, ut teſtatur Strabo lib. 10. Κούριον δὲ τῆς παλαιᾶς Πλευρῶνος πλησίον, ἀφ' οὗ τοὺς Πλευρωνίους Κουρῆτας ὀνομασθῆναι τινες ὑπέλαβον. Id eſt: *Curium autem prope antiquam Pleuronem, à quo Pleuronios Curetas vocatos fuiſſe quidam opinati ſunt.* Ex hoc Strabonis loco procul dubio ſumpſit Euſtathius, quæ commentatus eſt ad Iliad. β, verſu 638. Πλευρὼν οἰκητήριον γέγονε φασὶ Κουρήτων ...... περὶ ἣν καὶ Κούριον ὄρος, ὅθεν οἱ Κουρῆτες ὀνομασθῆναι δοκοῦσι, Πλευρώνιοι ὄντες. Id eſt: *Pleuron fuit, ut ajunt*

ut ajunt, domicilium Curetum ..... circa quam erat Curium, à quo denominatos fuiſſe Curetas videtur, qui Pleuronii erant. Plinius lib. 4. cap. 2. eam urbem in mediterraneo ponit. Sane non videtur fuiſſe in littore, ut nec nova, de qua Plinius potius loquitur, quam de antiqua, quæ pridem deſierat eſſe: licet autem prope fuerit Curium mons, videtur tamen in plano ſitu fuiſſe, nam paulo poſt Strabo de Eueni fluxu. Ῥεῖ δ' οὐ διὰ τῆς Κουρητικῆς κατ' ἀρχάς, ἥτις ἐστὶ ἡ αὐτὴ τῇ Πλευρωνίᾳ, ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς ἕω μᾶλλον παρὰ τὴν Χαλκίδα καὶ Καλυδῶνα, εἶτα ἀνακάμψας ἐπὶ τὰ τῆς Πλευρῶνος πεδία τῆς παλαιᾶς, καὶ παραλλάξας εἰς δύσιν, ἐπιστρέφει πρὸς τὰς ἐκβολὰς καὶ τὴν μεσημβρίαν. Id eſt: *Fluit autem initio non per Cureticam, quæ eadem cum Pleuronia, ſed magis orientem verſus per Chalcidem & Calydonem, deinde poſtquam flexit ſe ad Pleuronis antiquæ campos, & mutavit curſum verſus occidentem, convertit ſe ad effluxum ſuum in mare & ad meridiem.* Ex hoc Strabonis loco multa diſcimus, primo Pleuronem fuiſſe in campeſtri regione, ut diximus, ſecundo Pleuronem fuiſſe ad occidentem Calydoniæ, tertio fuiſſe & Chalcidem mediterraneam aliam ab ea, quæ fuit ad os Eueni, de qua mediterranea jam Strabo mentionem fecerat eodem libro Apollodorum laudans, de qua mox dicendum erit. Pleuronem non longe diſſitam fuiſſe à mari præbet ſuſpicari Statius Thebaïdos 2. ubi Tydeum ſic dicentem inducit:

---- At ſi patriis Parthaonis arvis
Inferar, & reduci pateat mihi Martia Pleuron,
Aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo
Collibus: Ionias qua deſpectare procellas
Dulce ſit, & flavo tollens ubi vertice pontum
Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.

Si bene locum novit Statius, & verſibus ſuis adhibenda

ſit fides, neceſſe eſt cogitare, Curium montem, prope quem ſita erat Pleuron vetus, non fuiſſe ad meridiem urbis, nam proſpectum maris abſtuliſſet urbi, ſed quoniam de Acheloo loquitur, ſuſpicor, cum de Pleurone antiqua dixiſſe, quæ novæ, quæ tempore ſuo extabat, conveniebant: nam inter Pleuronem antiquam, unde Tydeus oriundus erat, & Acheloum intercedebat Eueni fluvii curſus, de quo potius loqui debebat, quam de Acheloo remoto. Idem Statius lib. 4. Thebaid. erraviſſe videtur, dum Pleuronem Meleagriam vocat: nam Meleagro infeſta erat Pleuron, & bellum intulit Calydoni & Meleagro; qui tamen ex Althæa Pleuronia natus erat, ſed ea ratio non ſufficit ad excuſandum poëtam.

CAPUT XVIII.

De Lycrina pago, Taphiaſo monte.

Poſt Pleuronem in ordine verſus orientem ponit Strabo Lycirnam pagum: Μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον τὸ ὄρος ἡ Χαλκίς...... εἶθ' ἡ Πλευρὼν, εἶθ' ἡ Λυκίρνα κώμη, ἧς ὑπέρκειται Καλυδὼν ἐν τῇ μεσογαίᾳ σταδίοις τριάκοντα. Id eſt: *Poſt Euenum mons Chalcis...... deinde Pleuron, deinde Lycirna pagus, ſupra quem ſita eſt Calydon in mediterraneo ad triginta ſtadia.* Solus eſt Strabo, qui de ea mentionem fecerit, niſi apud Plinium legatur pro *Halycarna*, *Lycirna*, quod credo debere fieri, ſed ex hoc loco Strabonis diſcimus, eum pagum ſitum fuiſſe in plano inter Calydonem & mare, longe à littore circiter quinquaginta ſtadia, deducendo ſcilicet ſpacium triginta ſtadiorum, & quo diſtabat à Calydone, quæ (ut ſupra Plinius nos docuit) diſtabat à mari VII. mill. D paſſus, quod ſpacium explet circiter octuaginta ſtadia, unde dedu-

deducendo triginta ſtadia, reſtat ſpacium quinquaginta ſtadiorum.

Sequitur Ταφίασος τὸ ὄρος, *Taphiaſus mons* apud Strabonem, qui de eo ter loquitur, ſcilicet lib. 9. ſic: Ὑποκάτω Καλυδῶνος αὐτοῦ δέ ἐστιν ὁ Ταφίασσος λόφος, ἐν ᾧ ἐστι τὸ Νέσσου μνῆμα, καὶ τῶν ἄλλων Κενταύρων, ὧν ἀπὸ τῆς σηπεδόνος φασὶ τὸ ὑπὸ τῇ ῥίζῃ τοῦ λόφου προχεόμενον δυσῶδες καὶ θρόμβους ἔχον ὕδωρ ῥεῖν· διὰ δὲ τοῦτο καὶ Ὀζόλας καλεῖσθαι τὸ ἔθνος. Id eſt: *Sub Calydone ibi autem eſt Taphiaſſus collis, in quo ſepulchrum Neſſi fuit, & aliorum Centaurorum, quorum à putredine ajunt fluere fœtidam & grumoſam aquam in radice collis, & propterea gentem vocatam fuiſſe Ozolæ, id eſt olentes.* Et lib. 10. Ὑπὲρ δὲ τῆς Μολυκρείας Ταφίασσον, καὶ Χαλκίδα ὄρη ἱκανῶς ὑψηλά, ἐφ᾽ οἷς πολίχνια ἵδρυται Μακυνία τε καὶ Χαλκὶς ὁμώνυμος τῷ ὄρει. Id eſt: *Supra Molycriam, Taphiaſſum & Chalcidem montes ſatis excelſos in quibus ſita ſunt oppidula Macynia, & Chalcis monti cognominis.* Et iterum eodem libro: Ἀπολλόδωρος, ὡς πρότερον εἶπον, ὑπὲρ τῆς Μολυκρείας, καὶ τὴν Χαλκίδα, καὶ τὴν Ταφίασσον, καὶ τὴν Καλυδῶνά φησιν ἱδρῦσθαι μεταξὺ τῆς τε Πλευρῶνος, καὶ τῆς Χαλκίδος. Id eſt: *Apollodorus, ut ſupra dixi, ſupra Molycriam ponit Taphiaſſum, & Chalcidem, & Calydonem ait ſitam eſſe inter Pleuronem & Chalcidem.* De eo monte Antigonus in paradoxis ſic meminit. Μύρσιλος ὁ Λέσβιος Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας τῆς ἐπιδημίου (ſic lego) ἐπωνυμίας τετυχέναι· ὅτι τῆς χώρας τῆς αὐτῶν ὄζει, καὶ μάλιστα τοῦ Ταφίου καλουμένου ὄρους, καὶ ῥεῖν αὐτόθεν εἰς θάλασσαν, ὥσπερ πύον· τετάφθαι δὲ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ Νέσσον τὸν Κένταυρον, ὃν Ἡρακλῆς ἀπέκτεινεν. Id eſt: *Myrſilus Lesbius Locros Ozolas commune nomen habuiſſe, quod eorum terra male oleat, & præcipue mons Taphius cognominatus, & inde fluere in mare, veluti virus: ſepultum autem fuiſſe in eo monte Neſſum Centaurum, quem Hercules occidit.* Plinius etiam

lib. 4. cap. 2. eum montem nominat, ſic *Molycria, cujus à tergo Chalcis & mons Taphiaſſus.* Ex his locis colligitur Taphiaſſum montem ſitum fuiſſe prope Ozolarum regionem ad orientem Chalcidis, & in eo Macyniam urbem ſitam fuiſſe, de qua jam dicendum eſt.

CAPUT XIX.

De Macynia, Chalcide, & urbe Molycria.

Macynia Ætoliæ Epicteti urbs ſita ad Taphiaſſum montem memoratur Straboni, Plinio, Plutarcho & Stephano, qui Μακρυνείαν vocat, unde cenſet Caſaubonus legendum apud Strabonem Μαρκυνεία: ego vero potius ex Strabone & Plinio emendari debere Stephanum, nam & Plinius lib. 4. cap. 2. ſic habet *Macynia, Molycria*, forte & in anthologia lib. 1. cap. 5. εἰς Ἀνδρείαν, ubi legitur Μακυνοῦ τείχη de hac urbe intelligendum eſt, nam & Strabo Μακύνιον etiam habet, & pluries alibi Μακυνίαν nominat, unde colligo exulare debere τὸ ρ ab eo nomine. Eam urbem conditam fuiſſe poſt Heraclidarum in Peloponneſum reditum aſſerit Strabo lib. 10. & in eo Hellanicum reprehendit his verbis: Τὰς δ' ὕστερον, καὶ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου κτισθείσας Μακύνιον καὶ Μολυκρείαν ἐν ταῖς ἀρχαίαις καταλέγει, πλείστην εὐχέρειαν ἐπιδεικνύμενος ἐν πάσῃ σχεδόν τι τῇ γραφῇ. Id eſt: *Eas autem, quæ poſt Heraclidarum reditum fundatæ ſunt, Macynium & Molycriam in antiquarum numero recenſet, plurimam levitatem uſurpans in tota fere hiſtoria.* Ad Taphiaſſum montem ſitam fuiſſe ſupra jam probavimus: ideo ea non repetenda ſunt, ut nec is Strabonis locus, qui ſupra Molycriam eam ponit, cum quo conſentit Plinius, qui cum Molycria conjungit loco nuper citato. Eam urbem

Archi-

Architas Amphiſſæus Locris Ozolis tribuebat, teſte Plutarcho in quæſtionibus Græcis, & cum floribus odoriferis abundaret, ideo Locros Ὀζόλας dictos, quaſi Odoros, vel bene olentes, nec mirum ſi Amphiſſæus Locrus Locris ſuis eam attribuit. A Philippo captam fuiſſe videtur innuere Alcæus Meſſenius in epigrammate, quod extat in anthologia lib. 1. cap. 5.

Μακύνου τείχη Ζεῦς Ὀλύμπιε ῥέξε Φίλιππος. Id eſt:

Macyni muros o Jupiter Olympie fregit Philippus.

Mirum eſt Polybium de eo tacuiſſe.

Non longe à Macynia fuit *Chalcis* mons cum oppido cognomine, diverſa ab alia Chalcide littorali, de qua ſupra diximus, de hac Strabo loco ſupra citato lib. 10. ubi eam ſub monte cognomine ſitam fuiſſe ait, & ideo à quibuſdam vocatam fuiſſe Ὑποχαλκίδα, de ſitu ejus jam locum Strabonis ſupra adduximus, ubi ait ex Apollodoro: Ὑπὲρ τῆς Μολυκρείας ἢ τὴν Χαλκίδα ἢ τὴν Ταφίασσον, καὶ τὴν Καλυδῶνα μεταξὺ ἱδρυσθαί φησι τῆς τε Πλευρῶνος ἢ τῆς Χαλκίδος. Id eſt: *Super Molycriam Chalcidem & Taphiaſſum, & Calydonem ait ſitam fuiſſe inter Pleuronem & Chalcidem.* Fuit ergo ea Chalcis mediterranea ſita ſupra Molycriam, id eſt, ad ſeptentrionem Molycriæ, quæ fuit ad littus maris meridionalis, & inter Calydonem & Taphiaſſum montem, Calydone ſcilicet orientalior, Taphiaſſo vero occidentalior. De ea procul dubio T. Livius loquitur, dum Antiochi expeditionem in Acarnaniam, & ejus iter deſcribit his verbis: *Ipſe* (Antiochus) *Delphis ſacrificio Apollini facto Naupactum proceſſit conſilio principum Ætoliæ habito, via, quæ præter Chalcidem & Lyſimachiam fert, ad Stratum, ſuis, qui per Maliacum ſinum veniebant, occurrit.* De ea urbe plura non reperiuntur.

De Molycria vel Molycrio quædam etiam dicenda ſun

ſunt. Urbs fuit, quæ infra Chalcidem & Taphiaſſum ad littus maris Jonici, vel ſinus Corinthiaci ſita fuit, de ea Thucydides lib. 2. ubi de Phormionis Athenienſis navarchi victoriis agit, plura dixit, ex cujus narratione quoniam prolixior eſt, quam ut hic inſeri poſſit, patet, Molycriam fuiſſe urbem littoralem cum portu in Ætolia orientali, quæ Epictetus dicebatur, ſitam, non longe à promontorio, quod Ἀντίρριον nominabatur, & quod promontorio Achaïco, quod *Rhium* Ῥίον dicebatur, oppoſitum os ſinus Corinthiaci in fretum anguſtum contrahebat. Fuit autem Corinthiorum colonia, ut ait idem Thucydides lib. 3. ubi de Eurylochi Spartani in Naupactum expeditione loquitur: Γενόμενοι δὲ ἐν τῇ Ναυπακτίᾳ, καὶ οἱ Αἰτωλοὶ ἅμα ἤδη προσβεβοηθηκότες ἐδῄουν τὴν γῆν, καὶ τὸ προάστειον ἀτείχιστον ὂν εἷλον, ἐπί τε Μαλύκρειον ἐλθόντες τὴν Κορινθίων μὲν ἀποικίαν Ἀθηναίων δὲ ὑπήκοον αἱροῦσι. Id eſt: *Ut in Naupactiam venere, & Ætoli auxiliares affuerunt, regionem vaſtarunt, & ſuburbium muris non clauſum ceperunt, ad Molycrium vero accedentes Corinthiorum quidem coloniam, ſed Athenienſibus ſubjectam, id ceperunt.* Eam urbem in fœminino genere Molycriam ſemper vocat Strabo, lib. 9: Καὶ ἡ Μολυκρεία ἐστὶ κατὰ τὸ Ἀντίρριον Αἰτωλικὸν πολίχνιον. Id eſt: *Molycreia eſt oppidulum prope Antirrhium Ætolicum.* Et lib. 10. ſine diphthongo: ὑπὲρ δὲ τῆς Μολυκρίας Ταφίασον, καὶ Χαλκίδα. Id eſt: *Supra Molycriam, Saphiaſſum & Chalcidem.* Stephanus etiam ait Euphorionem eam in fœminino genere expreſſiſſe Μολυκρίαν. Eam Pauſanias bis nominat in Heliacis, & in Bœoticis. Diodorus lib. 12. narrat eam urbem, cum Athenienſium eſſet, captam fuiſſe ab Ætolis in bello, quod cum iis gerebat Demoſthenes Athenienſis, ſcilicet oppidulum erat, quod facile ab iis occupabatur, quorum copiæ in regione prævalebant. Plutarchus in convivio

nivio ſeptem ſapientum innuit, Molycrium & Antirrhium parum ab invicem diſtaſſe, ſic enim ait de Heſiodi cadavere, quod Delphines advehebant: Τὸ δὲ Ἡσιόδου νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα Δελφίνων ἀγέλη, πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμιζε καὶ τὴν Μολυκρείαν. Id eſt: *Heſiodi autem cadaver ſtatim terra ſuſcipiens Delphinorum turba ad Rhium & Molycriam deportabat.* Sed puto Plutarchum ſcripſiſſe κατὰ τὴν Μολυκρείαν. Id eſt: *Ad Rhium, quod eſt prope Molycriam.* Nam cum eſſent duo promontoria, quorum unum quodque Rhium dicebatur, neceſſe fuit differentiam addere, ne intelligeretur de altero Rhio Achaiæ, & aliter aliquid haberet abſurdi Plutarchi ſententia, nam ſi Rhium deportaverunt cadaver Delphines, & ibi depoſuerunt, non deportarunt Molycriam, nam licet vicina ſint ea loca, non ſunt tamen unum & idem. De Molycria etiam Scylax meminit ſolo nomine denotato. Ptolemæus Ozolis attribuit, ſi bene diſtinxit Bertius capita, de quo dubito, nam plerique Antirrhium faciunt limitem communem inter Ozolas & Ætolos, ut infra demonſtrabitur.

CAPUT XX.

De ANTIRRHIO promontorio.

Nunc ut Ætoliæ littus abſolvamus, ejus eſt finis Ἀντίρριον promontorium celebre, quod notaverunt, Thucydides, Polybius, Scymnus, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Ariſtides, Pauſanias, Helladius, Ptolemæus, Græci, ex Latinis T. Livius, Mela, Plinius, Niger. Thucydides quidem in narratione pugnæ navalis inter Phormionem Athenienſem Navarchum, & Corinthios, ait Athenienſes poſt victoriam partam Molycrium

crium rediiſſe: οἱ δὲ Ἀθηναῖοι (ait) καταδιώξαντες, καὶ ναῦς δώδεκα λαβόντες, τοὺς τε ἄνδρας ἐξ αὐτῶν τοὺς πλείστους ἀνελόμενοι, ἐς Μολύκρειον ἀπέπλεον, καὶ τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῷ Ῥίῳ, καὶ ναῦν ἀναθέντες τῷ Ποσειδῶνι, ἀνεχώρησαν ἐς Ναύπακτον. Id eſt: *Athenienſes vero eos perſequentes, & duodecim naves cum cepiſſent, & pleroſque viros, qui in iis erant, occidiſſent, Molycrium retro adnavigarunt, & cum tropæum ſtatuiſſent in promontorio, quod Rhium vocatur, & navem Neptuno dedicaſſent, Naupactum reverſi ſunt.* De templo ibi ſito loquitur Scylax in cap. Ætolia, cujus locum aſcribam, eo quod caſtigatione eget: Μετὰ δὲ Ἀκαρνανίαν Αἰτωλία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Καλυδὼν, Μύκαρνα (leg. Λύκιρνα) Μολύκρεια, καὶ ὁ Δελφικὸς κόλπος· στόμα δὲ τοῦ κόλπου τούτου ἐστὶ στάδια I. καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἱερόν. Id eſt: *Poſt Acarnaniam eſt Ætolia gens, & urbes in ea ſunt hæ, Calydon, Mycarna* (leg. Λύκιρνα) *Molycria & Delphicus ſinus: os autem illius ſinus eſt ſtadiorum decem, & ibi eſt templum.* Rurſus Thucydides paulo poſt locum citatum alteram pugnam navalem narrat inter eundem Phormionem, & Cnemum, & Braſidam Lacedæmonios, & ſic ait: Παρέπλευσε καὶ ὁ Φορμίων ἐπὶ τὸ Ῥίον τὸ Μολυκρικὸν, καὶ ὡρμίσατο ἔξω αὐτοῦ ναυσὶν εἴκοσι, αἷσπερ καὶ ἐναυμάχησεν· ἦν δὲ τοῦτο μὲν τὸ Ῥίον φίλιον τοῖς Ἀθηναίοις, τὸ δὲ ἕτερον Ῥίον ἐστὶν ἀντιπέρας, τὸ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ διεχέτον δὲ ἀπ' ἀλλήλων σταδίους μάλιστα ἑπτὰ τῆς θαλάσσης, τοῦ δὲ Κρισαίου κόλπου στόμα τοῦτο ἐστίν. Id eſt: *Claſſe petiit Phormio Rhium Molycricum, & extra illud ſtationem habuit cum viginti navibus quibus uſus erat in pugna, erat autem illud Rhium Athenienſibus amicum, alterum autem eſt ultra fretum in littore Peloponneſi, diſtant enim hæc duo ab invicem per mare ſtadia ut plurimum ſeptem, & id ſpatium eſt os Criſſæi ſinus.* Hic Thucydidis locus graphice depingit, ea duo promon-

toria

toria, utinam omnes hiſtorici tam curioſe deſcripſiſſent loca, ubi notabilia negotia tranſacta ſunt, magno labore nos levaſſent. Per eas anguſtias facilis & brevis erat trajectus ex Ætolia in Peloponneſum, & contra, ut & Polybius docet lib. 4. ubi de expeditione Ætolorum in Meſſeniam agit, ſic autem ait de Dorymacho & Scopa Ætolorum ducibus: Συναθροίσαντες πανδημεὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἐπὶ τὸ Ῥίον, καὶ παρασκευασάμενοι πορθμεῖα, καὶ τὰς Κεφαλλήνων ἑτοιμάσαντες ναῦς, διεβίβασαν τοὺς ἄνδρας εἰς Πελοπόννησον. Id eſt: *Cum univerſam Ætolorum multitudinem convenire feciſſent Rhium, & trajectoriis navibus præparatis, cum Cephalenienſium navibus trajecerunt, & tranſportaverunt viros in Peloponneſum.* Diodorus de prima pugna navali quando Phormio victor tropæum ſtatuit, omnia ex Thucydide habet: Αὐτὴ ἡ ναυμαχία (ait) συνέστη περὶ τὸ Ῥίον καλούμενον· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τρόπαιον στήσαντες, καὶ τῷ Ποσειδῶνι περὶ τὸν ἰσθμὸν ναῦν καθιερώσαντες, ἀπέπλευσαν εἰς πόλιν συμμαχίδα Ναύπακτον. Id eſt: *Hæc naumachia facta eſt cira locum qui Rhium vocatur. Athenienſes autem cum tropæum ſtatuiſſent, & Neptuno prope iſthmum navem conſecraſſent, in urbem ſociam Naupactum cum claſſe ſe receperunt.* Hunc locum apponendum judicavi, non quod nos doceat aliquid, quod Thucydides non dixerit, ſed ob vocem ἰσθμὸν *iſthmum*, qua videtur abuti, pro voce πορθμόν. Nam iſthmus eſt terra utrinque à mari in anguſtias redacta, πορθμὸς vero fretum anguſtum inter duas terras, quale eſt illud, de quo agitur inter duo illa promontoria. Itaque ſi non abuſus eſt ea voce Diodorus, dicendum eſt, Rhium Ætolicum habuiſſe quoddam collum terræ inter ſinum Criſſæum, & mare Jonium, exterius anguſtum, antequam extremum promontorii finem protenderet, quod non abhorret à veriſimili, & ibi fuiſſe illud Neptuni templum,

proſpectum habens in ſinum, & in exterum mare. Videant illic loci inſpectores, utrum verius ſit. De eodem loco T. Livius lib. 27. ita tractat: *Eadem æſtate & Philippus implorantibus Achæis auxilium tulit, quos .. .. Ætoli navibus per fretum, quod Naupactum & Patras interfluit, Rhium incolæ vocant, exercitu trajecto, vaſtaverant.* Ecce & in hoc Livii loco altera improprietas. Nam incolæ fretum illud inter Naupactum & Patras Rhium non vocabant, ſed ſic vocabatur unumquodque ex duobus promontoriis, qui fretum illud coërcebant, & in anguſtum ſpacium coarctabant. Multo melius Plinius lib. 4. cap. 2. *At in ore promontorium Antirrhium, ubi oſtium Corinthiaci ſinus minus mille paſſ. latitudine influentis, Ætoloſque dirimentis à Peloponneſo. Promontorium, quod contra procedit, appellatur Rhium.* Et in eo ſequutus eſt Græcos, & Strabonem imprimis qui lib. 8. ſic ſcribit: Ὁ δὲ Κορινθιακὸς κόλπος ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Εὐήνου (τινὲς δέ φασιν Ἀχελώου τοῦ ὁρίζοντος Ἀκαρνᾶνας καὶ Αἰτωλοὺς) καὶ Ἀράξου· ἐνταῦθα γὰρ πρῶτον ἀξιόλογον συναγωγὴν λαμβάνουσι πρὸς ἀλλήλας αἱ ἑκατέρωθεν ἀκταί. προϊοῦσαι δὲ πλέον, τελέως συμπίπτουσι κατὰ τὸ Ῥίον, καὶ Ἀντίρριον, ὅσον δὴ πέντε σταδίων ἀπολείπουσαι πορθμόν. Ἔστι δὲ τὸ μὲν Ῥίον τῶν Ἀχαιῶν ἁλιτενὴς ἄκρα, δρεπανοειδῆ τινα ἐπιστροφὴν εἰς τὸ ἐντὸς ἔχουσα· καὶ δὴ καὶ καλεῖται Δρέπανον· κεῖται δὲ μεταξὺ Πατρῶν καὶ Αἰγίου, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα. Τὸ δὲ Ἀντίρριον ἐν μεθορίοις τῆς Αἰτωλίας καὶ τῆς Λοκρίδος ἵδρυται. καλοῦσι δὲ Μολύκρειον Ῥίον. Id eſt: *Corinthiacus autem ſinus incipit ab effluxu Eueni (quidam vero dicunt Achelοi, qui dirimit Acarnanas & Ætolos,) & Araxi oſtio. Ibi enim primum utraque littora notabiliter in ſe invicem inflectuntur. Ulterius vero procedentes omnino concurrunt prope Rhium & Antirrhium, fretum relinquentes inter ſe quinque ſtadiorum. Eſt autem Rhium Achæorum promontorium*

rium in longum extenſum, & in falcis ſpeciem introrſum curuatum, & ideo Drepanum (id eſt, falx meſſoria) *vocatum. Situm eſt autem inter Patras & Ægium, templum Neptuni habens: Antirrhium vero ſitum eſt in confinio Ætoliæ & Locridis, id autem vocant Molycrium Rhium.* Hic locus eximius nos docet eximie de topotheſia ejus freti & anguſtiis. Sed ſcrupulum injicit, quod prius dixerat templum Neptuni fuiſſe in Antirrhio, nunc vero in Rhio Achajæ eum ponit, colebatur igitur Neptuni numen in utroque promontorio, quod ſatis convenit: promontoria enim in mare, quod eſt proprium Neptuni imperium, extenduntur. Poſſet etiam aliter ſolui id dubium, nam forte tropæum voluit ſtatuere Phormio in hoſtili ſolo ad majorem ſuam gloriam, & hoſtium deſpectum, & ea ἀλιπενὴς ἄκρα, quæ curuabatur in falcis figuram, Iſthmus fuit, de quo Diodorus nuper laudatus loquutus eſt, in eo nihil decerno, de eo judicet lector. Spacium quod eſt inter Patras & id fretum notat Strabo lib. 8. Μετὰ δὲ τούτοις Πάτραι πόλις ἀξιόλογος· μεταξὺ δὲ τὸ Ρίον καὶ τὸ Αντίρριον ἀπέχον Πατρῶν σταδία τετταράκοντα. Id eſt: *Poſtea Patræ urbs memoratu digna, & intercedunt Rhium & Antirrhium, quod diſtat à Patris ſtadia quadraginta.* In quo loco Strabonis ſuſpicor, eas voces καὶ τὸ Αντίρριον eſſe à mala manu, & ſcioli additamentum: nulla enim ratio movebat Strabonem, qui jam de Antirrhio plura dixerat, & hoc loco de Achajæ locis tractat, ut de Antirrhio rurſus verba faceret, quod non erat inter Rupas & Patras, de quibus agit Strabo: ſed tantum convenit Rhio Ἀχαικῷ, tum vox ſingulariter expreſſa ἀπέχον indicat, eum de uno tantum Rhio, non de duobus loqui voluiſſe. Ideo ſi quid in eo video, exulare debent ex Strabonis textu hæc verba καὶ τὸ Αντίρριον, Mela etiam corrigendus eſt in ejus loci deſcriptio-

ne lib. 2. cap. 2. ubi ſic habet. *Rhium deinde (maris id nomen eſt) anguſte & velut freto, lacus ore frequenti incidens inter Ætolos & Peloponneſiacos uſque ad Iſthmum irrumpit.* Quæ verba profecto corupta, & quæ nullum commodum ſenſum exhibent, tentabam ſic in melius reſtituere. *Rhium deinde (montis id nomen eſt, anguſta velut falce latus maris ſecantis) quod incidens inter Ætolos.* &c. Locum Plutarchi in ſeptem ſapientum convivio, ubi de Molycria & Rhio loquitur, ſupra appoſuimus, inde non videtur hoc loco repetendus. De Rhio etiam meminit initio libri de virtute & fortuna Alexandri, ſed id tantum nominat. Pauſanias in Phocicis etiam in ea voce corrigendus eſt, ſic autem habet: Γενέσθαι δὲ ἀπὸ τῶν ναυμαχιῶν τούτων καὶ θυσίαν Θησεῖ καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἐπὶ τῷ ὀνομαζομένῳ Ὠ'ρίῳ· καί μοι φαίνεται τὸ ἐπίγραμμα εἰς Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου ἐστὶ, καὶ εἰς τοῦ Φορμίωνος τὰ ἔργα. Id eſt: *Ex his navalibus præliis Theſeo & Neptuno ſacra facta ſunt in loco vocato Orio, & mihi videtur inſcriptio ad Phormionem Aſopichi pertinere, & ad ejus opera.* Male repetitum eſt τὸ ω ex fine vocis præcedentis, ut ſæpe fit, & reſcribendum ἐν τῷ ὀνομαζομένῳ Ῥίῳ. Id eſt: *In loco qui Rhium appellatur.* Ea duo promontoria jam à tempore Heraclidarum, qui Peloponneſum armis invaſerunt, celebria fuere, & commoda exiſtimata ad transfretationem copiarum: nam eo trajectu uſi ſunt Heraclidæ, quod teſtatur Ariſtides Rhetor in ſecunda Platonica, ubi ſic Platonem compellat: Τί οὖν οὐ καὶ τοὺς Ἡρακλείδας, ὦ βέλτιστε, ᾐτιάσω, διότι οὐ κατὰ γῆν εἰς Πελοπόννησον εἰσῆλθον, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ῥίου πρὸς τὸ Ῥίον περαιωθέντες, &c. Id eſt: *Quare igitur, o! bone, non etiam Heraclidas reprehendiſti, eo quod non terreſtri itinere Peloponneſum ingreſſi ſunt, ſed à Rhio cum trajeciſſent ad Rhium.* &c. Id promontorium non longe fuiſſe à Naupacto ex pluribus locis

ſupra.

ſupra citatis liquet, & ex ejus vicinia Naupactum notat Scymnus verſu 477. Πρὸς τῷ Ῥίῳ κεῖται δὲ Ναύπακτος πόλις. Id eſt: *Prope Rhium ſita eſt Naupactus civitas.* Plerique τὸ Ῥίον de Achaïco potius intelligunt, & Ætolicum Ἀντίῤῥιον *Antirrhium* vocant, contra tamen Helladius apud Photium ſic ait: Καὶ Ῥίον γὰρ (φησὶ) λέγομεν ἅπαν ὄρυς ἀκρωτήριον, ἰδίως δὲ τὸ Μολύκριον. Id eſt: *Et Rhium enim dicimus* (ait) *omnem montis ſummitatem excelſam, ſed proprie tamen Molycrium.* Utrum fuerit eo loci oppidulum, vel pagus ex ſupra adductis non liquet, loci commoditas ad trajectum me ſuadet, eum locum non fuiſſe omnino deſertum ſine habitatoribus, ſaltem nautis & ſcapharum ductoribus cum caſulis, de eo tamen omnes tacent, & Ptolemæus in recenſione littoris Locridis ſic habet: Μολυκρία, Ἀντίῤῥιον ἄκρον, Ναύπακτος. Id eſt: *Molycria, Antirrhium promontorium, Naupactus.* Illud additamentum ἄκρον innuit, oppidum ibi non fuiſſe, aliter addidiſſet ἄκρον καὶ πόλις, ut ſæpe facit. Sic in Chalcidica poſuit Ἄθωσσα ἄκρον καὶ πόλις, & in Corcyra, Κασσιώπη, πόλις καὶ ἄκρα. Id eſt: *Athoſſa promontorium & urbs, & Caſſiope urbs & promontorium*, & ſic ſæpe. Sed non opus fuit magnopere habitatoribus aut diverſoriis in littore ejus promontorii, eo quod vicinia Naupacti ſupplebat eum defectum, in ea enim, ut puto, urbe, & in ejus ſuburbiis habebant nautæ ſua tuguria & ſcaphas trajectorias in ejus portu. De nomine hodierno autores non conſentiunt, Dominicus Niger ſic de eo cenſet lib. XI. *Ad mare Antirrhium promontorium eſt, quod nunc accolæ Galata vocant, in cujus radice Molycria oppidulum fuit.* Sed ego non credulus illi, nam uno conſenſu omnes Pinacographi *Galata* urbem magnam depingunt in Ætoliæ littore inter Acheloum & Euenum. Antirrhium vero Caſtal-

dus in ſua mappa notat cum nomine *Cabo di Sant Andrea.* Bertius vero in ſuo Ptolemæo, voce hybrida ex Italico & Turcico mixta id vocat *Cabo Scanderi.* Hieroſolymitanos equites audivi, duo ea adverſa promontoria, quæ ſinum Criſſæum claudunt, qui illis *Golpho di Lepanto* dicitur, Rhium ſcilicet & Antirrhium vocantes *Dardanelli*, quod nomen καθ' ἐξοχὴν Helleſpontiacis anguſtiis tribuitur. Sed ob ſimilitudinem ſitus id nomen mutuantur omnia promontoria, fretum maris coarctantia, nam ſic etiam *Dardanellos* vocant latera freti anguſti, quod in ſinum Ambracicum ducit, ubi Turcæ munitiones erexerunt.

CAPUT XXI.

De NAUPACTO.

Poſt Antirrhium promontorium, & non longe ab illo in littore Criſſæi ſinus civitas ſita eſt *Naupactus*, à quibuſdam Locris Ozolis, ab aliis Ætolis attributa, ut Scylaci in Periplo: tempore vero Thucydidis Locrorum erat, ſic enim de ea lib. 1. ubi de Meſſeniis loquitur, qui ſedes mutabant ab Lacedæmoniis pulſi patria: Ἐξῆλθον δ' αὐτοὶ καὶ παῖδες, καὶ γυναῖκες, καὶ αὐτοὺς Ἀθηναῖοι δεξάμενοι, καθ' ἔχθος ἤδη τῶν Λακηδαιμονίων ἐς Ναύπακτον κατῴκισαν, ἣν ἔτυχον ᾑρηκότες, νεωστὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν ἐχόντων. Id eſt: *Exceſſerunt illi cum liberis & uxoribus, & eos cum recepiſſent Athenienſes, in odium Lacedæmoniorum collocaverunt in Naupacto, quam civitatem nuper ceperant, quam Ozolæ antea habebant.* Locris etiam tribuerat Dicæarchus ſuo tempore, ſic enim ille in Helladis deſcriptione verſu 64. poſtquam de Ætolia dixit:

Εἶτα

Εἶτα μετὰ ταύτην ἡ Λοκρὶς καλουμένη,
Ἐν ᾗ πόλις Ναύπακτος. - - - - Id eſt:
Deinde poſt eam ea, quæ Locris vocatur,
In qua urbs Naupactus.

Sic & Diodorus lib. 14. de Meſſeniis: Ὧν οἱ μὲν ἐν Κεφαλληνίᾳ φρούριόν τι κατῴκησαν, οἱ δὲ Ναύπακτον ἐν τοῖς προσεσπερίοις καλουμένοις Λοκροῖς. Id eſt: *Quorum alii in Cephalenia caſtrum quoddam inhabitarunt, alii vero Naupactum in Locris occidentalibus vocatis.* Poſt Locros igitur, & iis pulſis ab Athenienſibus Meſſenii ibi collocati ſunt & eam tenuerunt, & ſemper amicitiam cum Athenienſibus coluerunt, & utebantur Athenienſes Naupacto, & ejus portu tamquam ſuo, & inde per totum Criſſæum ſinum dominabantur, ſic enim idem Thucydides lib. 2. Ἀθηναῖοι ναῦς εἴκοσι μὲν ἔστειλαν περὶ Πελοπόννησον, καὶ Φορμίωνα στρατηγὸν, ὃς ὁρμώμενος ἐκ Ναυπάκτου φυλακὴν εἶχε, μήτ᾽ ἐκπλεῖν ἐκ Κορίνθου, καὶ τοῦ Κρισσαίου κόλπου μηδένα, μήτ᾽ ἐσπλεῖν. Id eſt: *Athenienſes quidem viginti naves miſerunt circa Peloponneſum, & Phormionem ducem, qui Naupacto exiens vetabat, ne quis poſſet ex Corintho & ſinu Criſſæo nave exire, nec eum introire.* Et rurſus idem lib. 2. de Lacedæmoniis: Ἠναγκάσθησαν περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τῆς ἐν Στράτῳ μάχης ναυμαχῆσαι πρὸς Φορμίωνα, καὶ τὰς εἴκοσι ναῦς τῶν Ἀθηναίων, αἳ ἐφρούρουν ἐν Ναυπάκτῳ. Id eſt: *Coacti ſunt iiſdem diebus, quibus pugna ad Stratum commiſſa fuit, pugnam navalem committere contra Phormionem, & naves viginti, quæ Naupacti cuſtodiam agebant.* At tempore Polybii Ætoliæ accenſebatur, ſic enim ille apud Suidam in voce κατίσχον, ὁ δὲ Πούβλιος κατίσχε τῆς Αἰτωλίας εἰς Ναύπακτον. Diodorus tamen, qui poſt Polybium ſcripſit, Thucydidem maluit ſequi, bene, quoniam de rebus multo ante Polybii tempora hæc ſcribit ipſiſſimis Thucydidis verbis de Meſſe-

Meſſeniis: Οἱ μὲν ἐν Κεφαλληνίᾳ φρούριόν τι κατῴκησαν· οἱ δὲ Ναύπακτον ἐν τοῖς προσεσπερίοις Λοκροῖς, δόντων Ἀθηναίων. Id eſt: *Alii Cephaleniæ quoddam caſtellum inhabitarunt, alii vero Naupactum incoluerunt in occidentalibus Locris, quod eis dederunt Athenienſes.* Suffragium etiam ſuum addit Strabo lib. 9. ubi ſic: Τῶν γε μὲν ἑσπερίων Λοκρῶν Ὅμηρος οὐ μέμνηται ...... πόλεις δὲ ἔσχον Ἄμφισσάν τε καὶ Ναύπακτον, ὧν ἡ Ναύπακτος συμμένει τοῦ Ἀντιρρίου πλησίον· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς ναυπηγίας τῆς ἐκεῖ γενομένης εἴτε τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων τὸν στόλον, εἴθ' (ὡς Ἔφορός φησι) Λοκρῶν ἔτι πρότερον παρεσκευασάντων. Id eſt: *Et occidentalium Locrorum Homerus non meminit ...... urbes autem habuerunt Amphiſſam & Naupactum, quarum Naupactus durat prope Antirrhium. Sic autem vocata eſt à navium fabricatione ibi facta, ſive ab Heraclidis, qui ibi claſſem fabricaverant, ſive ut (Ephorus ait) quod jam antea Locri ibi naves præparaſſent.* Addit Strabo: Ἔστι δὲ νῦν Αἰτωλῶν Φιλίππου προσκρίναντος. Id eſt: *Nunc vero Ætolorum eſt Philippo iis adjudicante.* Phlegon Trallianus teſtatur cum Strabone ſuo tempore Ætolorum eſſe cenſeri, ſic: Παρεγένοντο ἐπὶ Ναύπακτον τῆς Αἰτωλίας, ὃ ἐστὶν ἱερὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων, διετρεπίζοντες θυσίας δημοτελεῖς. Id eſt: *Naupactum Ætoliæ advenerunt, qui locus omnibus Græcis eſt commune templum, & publica ſacra ibi præparaverunt.* At Ptolemæus rurſus Locris adjudicat, ſi bene locatus eſt titulus.

ΛΟΚΡΩΝ ΟΖΟΛΩΝ.

Μολυκρία.	*Molycria.*
Ἀντίρριον ἄκρον.	*Antirrhium promontorium.*
Ναύπακτος.	*Naupactus.*
Εὐανθία. Id eſt:	*Euanthia.*

Sed in eo fidem non meretur Ptolemæus, qui Molycriam, quæ omnium antiquorum conſenſu erat Ætolorum

rum

rum Ozolis tribuit, & Antirrhium etiam, qui limes communis erat inter Ætolos & Ozolas, ut omnes antiqui cenſebant. Suidas rurſus Ætolis annumerat: Ναύπακτος πόλις Αἰτωλική, ἀπὸ τῆς ἐκεῖ ναυπηγίας τῶν Ἡρακλειδῶν, πρὶν ἢ καταχεῖν τὴν Πελοπόννησον. Id eſt: *Naupactus urbs Ætolica à fabricatione navium Heraclidarum ſic dicta, antequam Peloponneſum poſſiderent.* Ab utriſque recedit Cantacuzenus lib. 2. qui Acarnanibus tribuit his verbis: πλὴν εἰ μὴ ὧν αὐτοῖς ἑκόντες οἱ Ἀκαρνανίας ἄρχοντες παρεχώρησαν Βοντίζης καὶ Ναυπάκτου. Id eſt: *Niſi quæ ſponte illis conceſſerant Acarnaniæ magiſtratus Bontitzem & Naupactum*, &c. Sed eo loco manifeſtum eſt nomen Acarnaniæ latiſſime ſumptum fuiſſe, quando Buthrotum etiam in Epiro comprehendebat, ut ſtatim addit, ita forte Cantacuzeni tempore obtinebat. Inter Latinos Cicero in Piſonem, Ætolicam urbem eſſe ait: Mela conſentit, qui habet *in Ætolia Naupactos*. De ejus conditu, præter Strabonem & Suidam ſupra laudatos loquitur Apollodorus lib. 2. Ταῦτα Τήμενος ἀκούσας ἡτοίμαζε τὴν στρατιὰν, καὶ ναῦς ἐπήξατο ἐν τῷ Αἰτωλίας τόπῳ, ἔνθα νῦν ἀπ' ἐκείνου ὁ τόπος Ναύπακτος λέγεται. Id eſt: *Quæ cum audiviſſet Temenus, copias paravit, & naves fabricavit in Ætoliæ loco, ubi nunc ab ea re locus Naupactus vocatur.* Eandem ſententiam prodit Pauſanias in Phocicis: Ἐπεὶ ἐπὶ Ναυπάκτῳ οἶδα εἰρημένον, ὡς Δωριεῖς ὁμοῦ τοῖς Ἀριστομάχου παισὶ τὰ πλοῖα αὐτόθι ἐποιήσαντο, οἷς ἐς Πελοπόννησον ἐπεραιώθησαν, καὶ ἀντὶ τούτου γενέσθαι τὸ ὄνομα τῷ χωρίῳ φασίν. Id eſt: *De Naupacto ſcio quod dicitur, quod Dores cum Ariſtomachi filiis ibi naves fabricavere, quibus in Peloponneſum trajecerunt, & ex eo factum nomen loco.* Et in Heliacor. 1. idem repetit, ſed Creſphonti ducatum tribuit, non Temeno, ut Apollodorus: Ἐπὶ Ἠλείου (ait) βασιλεύοντος ἐν Ἤλιδι, τηνικαῦτα ὁ Δωριέων στόλος

σὺν τοῖς Ἀριστομάχου παισὶν ἠθροίζετο, ἐπὶ καθόδῳ ἐς Πελοπόννησον, γίνεται δὲ τοῖς βασιλεῦσιν αὐτῶν λόγιον τόδε· ἡγεμόνα τῆς καθόδου ποιεῖσθαι τὸν τριόφθαλμον· ἀπορουσι δὲ σφίσιν, ὅ τι ὁ χρησμὸς ἐθέλει, συνέτυχεν ἐλαύνων ἀνὴρ ἡμίονον· ὁ δὲ ἕτερος διέφθαρτο τῷ ἡμιόνῳ τῶν ὀφθαλμῶν· Κρεσφόντου δὲ συμφρονήσαντος, ὡς ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα ἔχοι τὸ μάντευμα, οὕτως ᾠκειώσαντο αὐτὸν οἱ Δωριεῖς, ὁ δὲ σφᾶς ναυσὶν ἐκέλευε ἐς Πελοπόννησον κατιέναι, μηδὲ στράτῳ πεζῷ διὰ ἰσθμοῦ πειρᾶσθαι· ταῦτα δὲ παρῄνεσε, καὶ ἅμα τῆς ἐς Μολύκρειον ἐκ Ναυπάκτου πλοῦ καθηγήσατο αὐτοῖς. Id eſt: *Helio in Elide regnante, Dorienſium claſſis cum Ariſtomachi filiis adunabatur, ut Peloponneſum redirent. Oraculum autem iis regibus datum eſt tale, ut ducem reditus facerent trioculum, & dubitantibus iis quid ſibi vellet oraculum, occurrit vir mulo vectus, cui oculus deerat: Creſphonte igitur cenſente, quod ad eum virum pertinebat oraculum, Dores eum ſibi ſocium aſciverunt: ille vero eos jubebat navibus in Peloponneſum deſcendere, non autem per iſthmum exercitu pedeſtri reditum tentare, hæc quidem ſuaſit; & ſimul dux navigationis ex Naupacto ad Molycrium factus eſt.* Sic ſonant verba Græca Pauſaniæ, quæ multa habent non bene inter ſe cohærentia. Primum enim, ut ſenſus ſibi conſtet pro Δωριέων στόλος ſcribere debebat στρατός. Nam ſi nondum decreverant uti navibus ad reditum, ſed demum, poſtquam ex oraculi monitu à trioculo illo perſuaſi fuerunt ut ita fieret, ſequitur illos non claſſem, ſed exercitum pedeſtrem habuiſſe: ergo legendum στράτος *exercitus*, non vero στόλος *claſſis*. Et quid ſibi volunt hæc τὴν ἐς Μολύκρειον ἐκ Ναυπάκτου πλοῦ καθηγήσατο αὐτοῖς. Id eſt: *Dux navigationis ex Naupacto ad Molycrium factus eſt.* Nam ut Peloponneſum adirent, non erat illis opus ex Naupacto, Molycrium petere, profecto non concoquo ea verba, nec credo Pauſaniam ita ſcripſiſſe. Plura occurrunt

runt reponenda ex veriſimili conjectura, ſic forte: τὴν ἐς Μολύκρειον καὶ Ναύπακτον ὁδὸν καθηγήσατο αὐτοῖς. Id eſt: *Dux fuit viæ ad Molycrium & Naupactum.* Quod melius congrueret, nam poſtquam eis perſuaſit conſilium mutare, & non per iſthmum exercitum ducere, tunc eos duxit verſus littus maris & Antirrhium, unde breviſſimus in Peloponneſum tranſitus, & exercitum locavit in duobus illis oppidis vicinis Antirrhio, ubi fabricandæ erant illis naves ad tranſitum. Is qui mutaverat vocem ςράτος in ςόλος, mutavit etiam ὁδὸν in πλοῦν, ut ſuum ſenſum expleret: vel ſi quis retineri vult vocem πλοῦν, ſic legendum foret: Τὸν ἐς Ῥίον ἐκ Ναυπάκτου, quod optimum ſenſum exhiberet, & fieri poteſt, ut ſciolus, qui ignorabat, quid eſſet Ῥίον, eam vocem in Μολύκρειον mutaverit, quod ſi quis velit Pauſaniam ſcripſiſſe ἐς Μολύκρειον Ῥίον, & illud Ῥίον tamquam ex præcedenti voce male repetitum expunctum fuiſſe à ſciolo, non repugnabo, & ea lectio non incommodum ſenſum exhibebit. Etymologicum eandem ſententiam de nominis etymo habet, quam Apollodorus ſupra citatus, nimirum à fabricatione navium dictum fuiſſe Ναύπακτον. De ejus ſitu præter ea, quæ ſupra adduximus, etiam Scymnus Chius nos docet:

Πρὸς τῷ Ῥίῳ δὲ κεῖται Ναύπακτος πόλις,
Ἣν Δωριεῖς κτίζουσι οἱ σὺν Τιμένῳ. Id eſt:
Prope Rhium ſita eſt Naupactus civitas,
Quam Dores condunt, qui cum Timeſo:

Ubi palam eſt legendum Τημένῳ, ex Strabone & aliis. Ptolemæi locum ſupra adduximus, ubi eam locat inter *Rhium* & *Euanthiam.* Pauſanias pro Εὐάνθιαν *Euanthiam*, Οἰανθείαν *Oeanthiam* habet, ſic enim ait in Phocicis: Ἐπὶ θαλάσσης δὲ Οἰάνθεια, καὶ ταύτῃ ὁμοροῦσά ἐστι Ναύπακτος. Id eſt: *Ad mare eſt Oeanthia, & ei collimitanea*

eſt Naupactus. Nicandri Scholiaſtes ad Theriaca verſu 14. ait Nicandrum dixiſſe de quibuſdam qui in Ætoliam venerant:

Ὄνθιδα τ᾽ ἀμφὶ λίμνην στείχοντες ἴσαν Ναύπακτον. Id eſt:

Onthidem lacum accedentes Naupactum iverunt.

Unde colligitur lacum quendam Onthidem nomine fuiſſe non longe à Naupacto. Tabulæ eam urbem ponunt ad mare prope Euanthiam occidentem verſus, Benjam. Tudelenſis à *Patris* urbe Peloponneſi *Lepanto*, diſtare dicit itinere maritimo dimidii diei: *Lepanto* vero & Naupactum idem eſſe infra docebitur, & ea omnia concordant cum ſitu hodierno urbis & portus, qui *Lepanto* vel *Lepando* dicitur. De *Onthide* lacu præter in Nicandri loco non fit mentio apud antiquos, ſi Strabonem emendatum excipias, nam firmiter credo eum de eo Onthide lacu meminiſſe lib. 10. ubi de Ætolia & Calydone tractat, & ſic ait: Ἐστὶ δέ τις καὶ πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη καὶ εὔοψος, ἣν ἔχουσιν οἱ ἐν Πάτραις Ῥωμαῖοι. Id eſt ut legitur. *Eſt autem quidam & prope Calydonem lacus magnus & piſcoſus, quem habent Romani, qui Patras incolunt.* Quæ verba fateor optimum ſenſum exhibere, ſed quoniam eum lacum magnum & piſcoſum dicit, fuit procul dubio ob piſcium abundantiam celebris, nec poſſum credere Strabonem, qui ſupra paulo alios Ætoliæ lacus, Melitem, Cuniam & Uriam, multo minores proprio nomine indigitavit, hunc tam magnum & celebrem proprio nomine indicare inſuper habuiſſe, & non ſine veriſimili valde conjectura puto, eum ſcripſiſſe ἐστὶ δ᾽ Ὄνθις καὶ πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη. Id eſt: *Eſt autem Onthis prope Calydonem lacus magnus.* Quam vocem exſcriptor non intelligens decurtavit, & pro Ὄνθις poſuit τὶς, de eo judicet lector. Idem credo fuit, qui & Calydonius dictus eſt, eo quod fuit in Calydonis,

donis regione. Ad Naupactum fuit portus ſatis commodus & celebris, de quo Thucydides pluribus locis loquitur, ut lib. 2. de Timocrate Lacone: Ἔσφαξεν ἑαυτὸν (ait) καὶ ἐξέπεσεν ἐς τ̃ Ναυπακτίων λιμένα. Id eſt: *Seſe occidit, & in Naupactiorum portum delatus eſt.* Et Athenienſium naves, quæ ibi ſub Phormione & aliis ducibus ſtationem habuerunt, probant, portum ibi fuiſſe commodum & frequentatum. Eam urbem olim & antiquam cum Heraclidæ ibi naves fabricaſſent, *Palmyriam* nominatam fuiſſe, aſſerit Dominicus Niger: prædes dabit aut idoneos teſtes antequam aſſenſum noſtrum habeat, id nomen nullibi inveni, credo eum à tripode id, ut alia multa accepiſſe, quæ ſine autore nobis identidem obtrudit. Cicero *Neopactum* vocat in oratione in L. Piſonem. Nunc eum vocari *Lepanto* Maginus aſſerit, & cum eo omnes Hieroſolomitani equites, qui ea loca ſæpius adeunt, & ita jam olim vocatam aſſerit Benjaminus Tudelenſis, & in tabula Sophiani eo nomine notatur, & ſic ab Italis & Europæis omnibus nunc vocari, teſtis eſt inſignis victoria non procul ab ea urbe parta de claſſi Turſica à claſſe Chriſtianorum anno ſalutis 1573.

Leunclavius vero ait à Turcis nunc vocari *ſenibacti*, quaſi diceres *nova Naupactus*, forte eo quod ab iis fuit inſtaurata. Olim fuiſſe munitiſſimam, & gerendo bello aptam nos docet T. Livius lib. 36. his verbis: *M. Acilius vendita aut conceſſa militibus circa Heracleam præda. Poſtquam nec Hypatæ pacata eſſe conſilia, & Naupacto concurriſſe Ætolos, ut inde totum impetum belli ſuſtinerent, audivit.* Primariam & ad bellum magni momenti urbem fuiſſe declarat Cæſar lib. 3. de bello civili: *Calviſius* (ait) *primo adventu ſumma omnium Ætolorum receptus voluntate, præſidiis adverſariorum Calydone & Naupacto rejectis omni Ætolia potitus eſt.* Ejus

dignitatem idem Livius nos ignorare non patitur, qui lib. 31. Macedonem ita dicentem inducit in Ætolorum conſilio: *Scilicet ſicut vos Naupacti legious veſtris per magiſtratus à nobis creatos conſilium habetis, ſocium hoſtemque libere, quem vultis lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri veſtro, ſic* &c. Varia fortuna uſa eſt ea civitas, & dominos ſæpe mutavit. Nam ex ſuperius dictis patet, primum eam habuiſſe Ozolas, & pepuliſſe eos domo Athenienſes, & ibi Meſſenios ab Athenienſibus collocatos, quod factum fuiſſe Tolmide duce nos docet Diodorus XI. ubi de eo duce ait: Καὶ κατῆρεν εἰς Ναύπακτον, ὁμοίως ἢ ϛ ταύτην ἐξ ἐφόδου λαβὼν, κατῴκισεν εἰς ταύτην Μεσσηνίων τοὺς ἐπισήμους, ὑποσπόνδους ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀφεθέντας. Id eſt: *Naupactum init, & cum ſimiliter eam primo impetu cepiſſet, in ea collocavit Meſſeniorum præcipuos, quos Lacedæmonii ex fœdere dimiſerant.* Ideo ea urbe, dum in Meſſeniorum poteſtate fuit, utebantur Athenienſes tamquam ſua, ut jam diximus. Bellum & vaſtationem regionis paſſi ſunt Naupactii, à Lacedemoniis eorum perpetuis hoſtibus, Eurylocho duce, qui ſuburbia incendit muris carentia, urbe non ſunt potiti ob Acarnanum præſidium introductum, quod narrat Thucydides lib. 3. & poſt eum Diodorus lib. 12. locis jam ſupra citatis. Sub Achæorum republica fuerunt etiam aliquandiu, & Achæis Philippus Macedo eam abſtulit, ſic enim Demoſthenes in oratione de Cherronneſo de Philippo: Οὐκ Ἀχαιῶν Ναύπακτον ἀφελόμενος ὀμώμοκεν Αἰτωλοῖς παραδώσειν. Id eſt: *Nonne & Achæis cum abſtuliſſet Naupactum jurabat ſe Ætolis reſtituturum?* reſtituit tamen, ut puto, Ætolis eam urbem Philippus: nam rurſus Ætoli eam poſſidebant, quando Manius Attilius obſidione eam preſſit, quam ſoluit Quintius Manilum deprecatus, & tempus iis datum mittendi Ro-

mam

mam legatos, quod narrat Plutarchus in T. Quintio. Tandem Ætoli inter ſe ſeditionibus per mutuas cædes graſſantes, Romanis facti ſunt ſubditi, & Romanorum jugo aſſuevere, de quo videndus T. Livius. Id oppidum durante bello civili inter Pompejum & Cæſarem initio à Pompejanis occupatum fuerat; Cæſar vero, miſſo Calviſio legato, Pompejanis id abſtulit, ut jam ſupra diximus. Graviſſimam calamitatem paſſa eſt ea urbs Juſtiniano imperante terræ motu non concuſſa ſolum, ſed prorſus deleta, quod narrat Procopius lib. 3. de bello Gotthorum: inſtaurata tamen fuit, nam Baſilio imperante Georgius quidam Morogeorgius dictus eam civitatem exactionibus diverſis vexavit, qui tamen, ſeditione exorta, à civibus interfectus fuit, cujus cædis autores morte multati ſunt imperatoris juſſu, & ejus pontifici oculos erui curavit, quod narrat Cedrenus in hiſtoriæ compendio. Imperante Alexio erat ſub imperio Michaëlis Epiri & circumjacentium regionum dynaſtæ, quod ait Georgius Acropolita hiſt. cap. 8. Tandem in poteſtatem Turcarum devenit anno ſal. 1499. quod nos docet Ducas in brevi Chronico, & ſic uſque ad noſtra tempora durat.

Ad orientem Naupacti in eodem littore *Erythræ* portus fuit, vel littus ad excenſionem commodum, de quo T. Livius lib. 28. ubi de Philippo loquitur: *Profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium ſunt excenſionem fecit.* De eo loco tacent alii, nec de eo loco plura habeo quæ tibi impartiri poſſim.

CAPUT

CAPUT XXII.

De Septentrionali Ætoliæ parte.

Hactenus de urbibus & pagis Ætoliæ, de quibus aliquid certi dici poteſt, ceteræ Ætoliæ partes ſeptentrionales & montoſæ urbes paucas & incelebres, forte & nullas habebant & *κωμηδὸν*, id eſt, per pagos & rura habitabant. Βωμιεῖς tamen nominat Thucydides lib. 3. tamquam à quodam loco, vel pago, vel monte, cui Βῶμος vel Βῶμοι nomen. Stephanus certe id nomen habet, & vult eſſe λόφους Αἰτωλίας, id eſt, *colles Ætoliæ*, ſed ſitus incertus eſt.

Καλλιεῖς etiam Callienſes eidem autori memorantur eodem libro & loco, & eos Thucydides cum Bomienſibus conjungit, & ait utroſque populos fuiſſe ultimos Ophionenſium, qui ad Melienſem uſque ſinum pertingunt, Stephanus habet: Καλλίαι, πόλις μία τῆς ἐν Αἰτωλίᾳ τριπόλεως. Id eſt: *Calliæ urbs Tripoliæ, quæ eſt in Ætolia.* De ea Tripolide & ejus urbibus alii non meminerunt. Sed Callienſes ex loco Pauſaniæ videntur urbem habuiſſe vel pagum populoſum, ſic enim ille in Phocicis de Gallorum irruptione in Ætoliam, ubi de Breenno loquitur:. Ἀπολέξας οὖν τῆς στρατιᾶς μυριάδας τοὺς πεζοὺς τέσσαρας καὶ ὅσον ὀκτακοσίους ἱππέας, Ὀρεστόριον τε αὐτοῖς καὶ Κομβούτην ἐφίστησιν ἄρχοντας, οἱ ὀπίσω κατὰ τοῦ Σπερχειοῦ τὰς γεφύρας, καὶ αὖθις διὰ Θεσσαλίας ὁδεύσαντες ἐμβάλλουσιν εἰς τὴν Αἰτωλίαν, καὶ τὰ ἐς Καλλιέας Κομβούτης οἱ ἐργασάμενοι καὶ Ὀρεστόριος ἦσαν. Id eſt: *Cum autem elegiſſet* (Brennus) *in exercitu quadraginta peditum millia, & octingentos equites, Oriſtorium & Combutin eis duces impoſuit, qui retro per Sperchii pontes, & Theſſaliam progreſſi Ætoliam invaſere, &*

& ea quæ Callienſibus acciderunt Combutis & Oreſtorius fecerunt. Narrat deinde diverſa ſcelera crudelitatis & libidinis plena, quæ Callienſes illi paſſi ſunt: & quod Callienſium urbem incenderunt Galli: Καὶ πῦρ ἐς τὸ Καλλίον ἐνέντες, ἐκομίζοντο τὴν αὐτήν. Id eſt: *Et ignem in Callium immittentes eadem via reverſi ſunt.* Ex hoc loco colligo, Callium fuiſſe in ipſo Ætoliæ ingreſſu, & primum ſe obtuliſſe à Theſſalia venientibus, ubi Ophienſes ſinui Melienſi appropinquabant.

Oechaliam etiam Strabo nominat Ætoliæ περὶ τοὺς Εὐρυτᾶνας, id eſt, *circa Eurytanes*, nec aliquid de ea urbe vel oppido vel loco præter nudum nomen nobis indicat, ideo de ea nihil à nobis expectes lector.

Ætolia ſeptentrionalis atollitur monte, qui Corax olim dicebatur, excelſo, aſpero admodum, & tranſitu dificili. Hunc montem Ætolicum vocat Strabo lib. 9: Τῶν δὲ πλευρῶν τοῦ Παρνασσοῦ τὸ μὲν ἑσπέριον νέμονται Λοκροί τε οἱ Ὀζόλαι, καὶ τινὲς τῶν Δωριέων, καὶ Αἰτωλοὶ κατὰ τὸν Κόρακα προσαγορευόμενον Αἰτωλικὸν ὄρος. Id eſt: *Ex Parnaſſi lateribus occidentalem partem colunt Locri Ozolæ, & Dorienſium quidam, & Ætoli juxta Coracem dictum montem Ætolicum.* Et rurſus idem Strabo lib. 10: Ἔχει δὲ ἡ Αἰτωλία μέγιστον μὲν ὄρος τὸν Κόρακα, συνάπτοντα τῇ Οἴτῃ. Id eſt: *Habet autem Ætolia maximum montem Coracem, qui Oetam attingit.* T. Livius lib. 36. ubi de M. Acilio Ætoliam invadente, & Naupactum tendente loquitur, eum montem locat inter *Callipolim* & *Naupactum*, ejus ſunt hæc verba: *Inde toto exercitu profectus, relinquum iter ſatis expedito agmine fecit: Ut ad Coracem eſt ventum, (mons eſt altiſſimus inter Callipolim & Naupactum) ibi & jumenta multa ex agmine præcipitata cum ipſis oneribus ſunt, & homines vexati, & facile apparebat, quam cum inerti hoſte res eſſet, qui tam*

impeditum ſaltum nullo præſidio, ut clauderet tranſitum, impediſſet. Situm montis notat inter Callipolim & Naupactum, & hoc habet ex Polybio, cujus apud Stephanum extant verba: Κόραξ ὄρος (ait Stephanus) μεταξὺ Καλλιπόλεως καὶ Ναυπάκτου· Πολύβιος εἰκοστῷ. Id eſt: *Corax mons inter Callipolim & Naupactum, ut Polybius in vigeſimo libro.* Sed cum de illa Collipoli tacuerint omnes antiqui, & ipſe etiam Stephanus in voce Καλλίπολις, qui quatuor urbes ejus nominis recenſet, nullam de hac Ætolica fecerit mentionem, Ætolicam vero urbem Καλλίαι recenſeat, valde fallor, ni ex Livio corrupto, vel in eo nomine errante corruptus fuerit Stephanus, lego igitur apud Stephanum Polybium citantem, μεταξὺ Καλλίου πόλεως καὶ Ναυπάκτου. Nam populi Ætoliæ (quem vocat Thucydides Καλλίης, Attice pro communi Καλλιεῖς, urbem vocat Pauſanias in Phocicis Καλλίον, at nihil fuit facilius exſcriptori, quam ex Καλλίου πόλεως una voce facere Καλλιπόλεως, & præferre nomen notum, ut pote pluribus civitatibus proprium, nomini ignoto, & non frequentato, ego ſic debere legi omnino perſuaſus ſum, an tibi etiam lector perſuadere poſſim, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

A Naupacto verſus Ætoliæ mediterranea tendendo ſita erat *Potidania*, de qua Thucydides lib. 3. ubi de irruptione Demoſthenis ducis Athenienſis in Ætoliam loquitur hæc ait: Ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰτωλοὺς, ὡρμᾶτο δ' ἐξ Οἰνεῶνος τῆς Λοκρίδος...... αὐλισάμενος τῷ στρατῷ ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου τῷ ἱερῷ.... ἅμα τῇ ἕῳ ἄρας ἐπορεύετο ἐς τὴν Αἰτωλίαν, καὶ αἱρεῖ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ Ποτιδανίαν, καὶ τῇ δευτέρᾳ Κροκύλειον, καὶ τῇ τρίτῃ Τείχιον, ἔμενέ τε αὐτοῦ, καὶ τὴν λείαν εἰς Εὐπάλιον τῆς Λοκρίδος ἀπέπεμψε. Id eſt: *Bellum intulit Ætolis profectus ex Oeneone Locridis...... & cum ſtativa ad Nemei Jovis templum habuiſſet.... ſub auroram motis*

tis caſtris in Ætoliam pergit, ac prima die Potidaniam expugnat, ſecunda Crocylium, tertia Tichium. Titus Livius etiam lib. 28. de ea urbe mentionem fecit, ubi de Philippi 2. Macedonum rege expeditione in Ætoliam agit, his verbis: *Profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium ſunt, excenſionem fecit: haud fefellit Ætolos. Nam hominum quotquot in agris, aut in propinquis Potidaniæ aut Apolloniæ fuit in ſylvas monteſque refugit.* Stephanus etiam ejus meminit: Ποτιδανία, πόλις Αἰτωλίας. τὸ ἐθνικὸν Ποτιδανιάτης. Id eſt: *Potidania urbs Ætoliæ. Gentile Potidaniates.* Ex Thucydidis loco ſupra citato & Livio colligitur, eam urbem ſitam fuiſſe non in littore, ſed in mediterraneo, non longe tamen à mari & Erythris & Oeneone, nec plura de ea inveniuntur.

Apollonia fuit etiam in eo tractu, de qua Livius loco nuper citato, vicina procul dubio Potidaniæ, ſed ut opinor occidentalior, quando eam non attigit Demoſthenes in expeditione, quam narrat Thucydides loco, quem paulo ſupra adduximus. Sed Oeneone venienti ab oriente & meridie prior occurrebat Potidania. Eam omiſit nominare in catalogo urbium ejus nominis Stephanus, licet uſque ad viginti quinque numeret, ideo puto fuiſſe exiguum oppidulum & incelebre, de quo nullus præter T. Livium meminit.

De *Crocylio* Ætoliæ, de quo Thucydides loco ſupra notato libri 3. etiam credo Strabonem mentionem feciſſe, ſed Κροκύλεια τὰ neutraliter nominat, & in Acarnania ponit, ſed jam ſupra diximus Strabonis tempore nomen Acarnaniæ multum ſe extendiſſe, & magnam Ætoliæ partem occupaſſe. Sed quod putat Strabo Homerum in catalogo verſu 632.

Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον, καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον,
Καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν. Id eſt:

 Qui

Qui Ithacam habebant, & Neritum frondoſum
Et Crocylia incolebant, & Ægilipa aſperam.

De Crocylio Ætoliæ intellexiſſe, in eo non eſt ſequendus: nam de loco Ithacæ inſulæ ſic vocato Homerum intellexiſſe, liquet ex eo, quod de locis Ithacæ in eo loco facit recenſionem, nam Neritum fuit Ithacę & Ægilips; imo & ſtatim Ætolos ſub Thoante Andræmonis filio ponit, non ſub Ulyſſe, ſub quo Ithacam & Crocylia ponit. Hæc ſcripſeram cum Stephanum adii, ubi leguntur hæc in voce Κροκύλειον· Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκου τετραμερῆ φησι τὴν Ἰθάκην, ἧς τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ μεσημβρίαν καὶ θαλάσσην, καὶ τὸ δεύτερον Νήϊον, καὶ τὸ τρίτον Κροκύλειον, τὸ τέταρτον Αἰγιρῆα. Id eſt: *Heracleon Glauci quadripartitam ait fuiſſe Ithacam, cujus prima pars verſus meridiem & mare.... ..ſecunda Nejum, tertia Crocylium, quarta Ægireus.* Hiatum notavi, deeſt enim proprium nomen primæ partis, quod puto fuiſſe Neritum, quem locum ſive montem & ſylvam Ithacæ Homerus & plures poſt eum nominarunt. Didymus putat Crocylia & Ægilipa fuiſſe Cephaleniæ urbes, quod ab aliis non firmatur. Plura loca ſic nominata, ut in Attica Κροκύλειον δῆμος, in Ætolia urbs, in Cephallenia etiam, ſi Didymo fides, me inducunt, ut credam, nomen illud ſignificativum eſſe & à natura ſoli inditum, plures calculos & arenam littorali ſimilem habentis. Nam κρόκαι Euſtathio ſunt παραθαλάσσιοι ψῆφοι, quod habet ex Ariſtotele, qui κρόκας στρογγύλας fuiſſe ait lapides rotundatos ex teſtis marinis, ideo ex κρόκη & ὕλη, quod ſylvam ſignificat, ſed etiam aliquando ſolum & omne corpus, facta videtur ea vox, & nomen Crocylium locis datum ob lapideum ſolum. Notandum eſt in hoc nomine, lapſum fuiſſe Euſtathium ad locum Homeri in catalogo verſ. 632. nuper citato, ait enim: Μέμνηται δὲ τῆς νήσου ταύτης Θουκυδίδης. Id eſt: *Memi-*

Meminit autem ejus inſulæ Thucydides. At Thucydides vadimonium deſerit, non enim inſulæ ejus nominis meminit, ſed urbis vel caſtri mediterranei, ſed in eo ſequutus eſt Stephani errorem ſine examine, qui ſic: Κροκύλιον νῆσος Ἰθάκης. Θουκυδίδης τρίτῃ. Id eſt: *Crocylium inſula Ithacæ. Thucydides tertio.* Neglexit Euſtathius ipſum Thucydidem conſulere, inde error. Ex Thucydide igitur & Heracleone colligitur, Strabonem erraſſe, & Homerum de Crocylio Ætoliæ non meminiſſe: fuit igitur oppidulum vel caſtellum Ætoliæ, Potidaniæ vicinum verſus Ætoliæ interiora, id eſt, ad Potidaniæ orientem vel ſeptentrionem.

CAPUT XXIII.

De Inſulis Acarnaniæ & Ætoliæ oppoſitis, inter quas ITHACA.

Nunc de inſulis, littori Acarnaniæ, & Ætoliæ oppoſitis & vicinis, nobis dicendum eſt, de iis ſcilicet, quæ celebres fuere, & quorum nomina nota & ab antiquis memorata ſunt. Earum prima occurrit *Ithaca*, Ulyſſis patria, Homero & aliis celebrata. Eam, poſtquam Dulichium & Echinadas recenſuit Homerus, in catalogo ponit:

> Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον,
> Καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν. Id eſt:
> *Qui Ithacam habebant & Neritum frondoſum,*
> *Et Crocylia incolebant & Ægilipa aſperam.*

Eam idem Homerus Odyſſ. γ, verſ. 80. vocat ὑπονήιον, ubi Didymus ait: Τῆς ὑπὸ τὸ Νήιον ὄρος κειμένης. Id eſt: *Sub Neio monte ſitæ. Nejum* autem, ut ſupra ex Heracleone docuimus, fuit pars quædam Ithacæ, & ex hoc

loco

loco excelſam & montanam inſulæ partem fuiſſe patet. Eam inſulam deſcribit Telemachus Odyſſ. δ, verſu 605. his verbis:

> Ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἂρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών,
> Αἰγίβοτος, καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο·
> Οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ' εὐλείμων
> Αἵ θ' ἁλὶ κεκλίαται, Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πασέων. Id eſt:
> *In Ithaca autem neque curricula lata neque ullum pratum,*
> *Capris paſcendis apta, eſt & magis amabilis*
> *Quam ea, quæ paſcendis equis apta foret, nulla enim inſularum,*
> *Quæ ad mare inclinantur agendis equis apta eſt,*
> *Ithaca vero ſupra omnes.*

Sic vero referens nomen αἰγίβοτος non ad λείμων, quod facit vulgatus interpres, ſed ad ipſam inſulam cum Scholiaſte. Cæterum in hoc Homeri loco οὐ γάρ τις νήσων intelligendum eſt de inſulis, quæ circa Ithacam ſub imperio Telemachi & Ithacenſium erant, de quibus agebatur, non de omnibus: falſum enim foret. Quod autem plures erant inſulæ circa Ithacam, idem poëta dicentem Ulyſſem inducit, Odyſſ. ι. verſu 22. de Itahaca:

> - - - - ἀμφὶ δὲ νῆσοι
> Πολλαὶ ναιετάουσι μάλα σχεδὸν ἀλλήλῃσι. Id eſt:
> *Circa autem multæ inſulæ inhabitantur valde prope inter ſe invicem.*

Eam idem poëta κραναὴν vocat Odyſſ. π. verſ. 124. quod epithetum aſperam & ſcopuloſam ſignificat. Alio loco Odyſſ. Jota verſ. 21. eam εὐδείελον nominat, quod Scholiaſtes interpretatur πρὸς δύσιν τῶν ἄλλων κειμένην. Id eſt: *Ad occaſum aliarum ſitam*, & eſt quidem ad occaſum Dulichii & Oxiæ, ſed credo Homerum reſpexiſſe ad Peloponneſi & totius fere Græciæ ſitum, ad occiden-

cidentem ſitæ. Nomen accepit à quodam Ithaco heroë, aſſerente Euſtathio ad locum Homeri, ex catalogo jam bis ſupra citato: Ἰθάκη δὲ ἐκλήθη (ait) ἀπὸ Ἰθάκου ἥρωος, οὗ καὶ Ὅμηρος μέμνηται. Id eſt: *Ithaca vocata eſt ab Ithaco Heroë, cujus & Homerus meminit.* Extat is Homeri locus (quem non citat Euſtathius) Odyſſ. ρ, verſu 207. ubi de fonte Callirrhoë loquitur:

Τὴν ποίησ' Ἴθακος καὶ Νήριτος ἠδὲ Πολύκτωρ. Id eſt:
Quam fecit Ithacus & Neritus atque Polyctor.

De ejus inſulæ ſitu Polybius apud Strabonem lib. 2. dixit ſpacium, inter Corcyram & Ithacam eſſe nongentorum ſtadiorum, in eo Eratoſthenem falſi arguens, qui trecentorum tantum ſtadiorum id ſpacium eſſe dixerat, & eam Eratoſthenis correctionem probat Strabo. Plinius lib. 4. cap. 12, poſtquam de Cephallenia tractavit, ſic ait: *Ab ea Ithaca* XII. *Mill. diſtat, in qua mons Neritus.* De ejus inſulæ magnitudine non concordant autores. Dicæarchus ſic habet: Ἰθάκη δὲ σταδίων ὀγδοήκοντα στενή. Id eſt: *Ithaca autem ſtadiorum octuaginta anguſta.* Illud στενὴ non refero ad ſtadiorum octuaginta, ſed abſolute & per ſe intelligo, ſcilicet ſententia eſt, eam habere in longitudine ſtadia octuaginta, latam vero non eſſe, ſed anguſtam, adeo ut punctum ponendum ſit poſt ὀγδοήκοντα. Strabo lib. 10. videtur minorem facere, dum ait: κύκλος δὲ τῆς Ἰθάκης ἐστὶν ὡς ὀγδοήκοντα σταδίων. Id eſt: *Circuitus Ithacæ eſt circiter octuaginta ſtadiorum.* Sed credo Strabonem aliter percepiſſe Dicæarchi mentem, quam par erat, & de toto inſulæ circuitu accepiſſe, quæ de longitudine tantum intelligenda erant, & forte apud Strabonem vox κύκλος pro μῆκος irrepſit, nam autores inferioris ſeculi, quibus nota magis debuit eſſe, quam Aſiatico Straboni, multo majorem faciunt, ecce enim Buondelmontius nondum editus, qui eam inſulam adiit, &

iit, & eam curioſe luſtravit & deſcripſit, ſic de ea, quam male putat Dulichium fuiſſe vocatam. *Nunc ad Dulichium tranſimus, quæ olim Ithaca, & nunc valde compare nominatur, altis rupibus circumſepta, quæ montuoſa & inutilis, niſi in medio exiguus planus aliquibus arboribus & ſatis culta habetur, & circum circa portuoſa ſatis. De oriente ad occidentem* XXX. *& in latitudine* III. *milliaria ampliatur, cujus quidem duo extremi in duobus aperiuntur cornibus, nautis in nocte periculoſis.* Ecce quantum differt numerus à Strabone notatus, à Buondelmontii, qui eam inſulam luſtravit, numero. Strabo in circuitu ſtadia octuaginta numerat, Buondelmontius in longitudine milliaria triginta, quæ plus quam ſexaginta in circuitu faciunt, imo 240. ſtadia & plus explere poſſunt. Dominicus Niger ab utriſque recedit, & circuitum inſulæ XL. mille paſſ. facit. Plinius ab iis omnibus abit, ſic enim: *Ab ea* (Cephallenia) *Ithaca* XII. *mill. diſtat, in qua mons Neritus, tota vero in circuitu patet* XXV. *M. paſſus.* In tanta ſententiarum varietate quibus credendum? Ea diverſitas à ſterilitate inſulæ oritur, pauci enim eam accedunt, non tam ob aditus difficiles, quam eo quod nihil lucri facere in ea poſſunt mercatores. De hac inſula Homeri verſus 25. Odyſſ. 5. crucem figit interpretibus, ſic autem habet:

Αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται.

Quem verſum interpres vulgatus partim ex mente Strabonis reddit, partim ab eo recedit, ſic enim reddit: *Ipſa autem terræ continenti finitima ſupereminens in mari jacet.* Et primum quidem membrum, ſcilicet χθαμαλὴ, per *continenti finitima* vult reddi Strabo, πανυπερτάτη vero non vult reddi *ſupereminens*, ſed *ultima omnium ad ſeptentrionem.* Quam interpretationem autoritas Strabonis ſuadet probare magis, quam verborum ſonus

ſonus & ratio, nam ſi ultima foret verſus meridiem in alto mari, melius cum Strabone ageretur, nam reſpectu continentis ultima foret in mari, & πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ melius diceretur. At cum ſit terræ vicinior Cephallenia, potius πρώτη εἰν ἁλὶ, *prima in mari*, quam *ultima* πανυπερτάτη dici deberet, tum plures inſulæ, quas Plinius recenſet, ſitæ ſunt inter Ithacam & continentem, ideo non poteſt dici ultima ad ſeptentrionem ſecundum mentem Strabonis. Itaque rem confici, & difficultatem ſolvi, melius & facilius putarem, ſi χθαμαλῇ cum ι ſubſcripto legeretur, & ad ἁλὶ referretur id epithetum, & ſic verteretur is verſus: *ipſa vero omnino excelſa in depreſſo mari ſita eſt.* Nam quoties mare tranquillum eſt, jacet depreſſum, & inſulæ excelſiores apparent. Urbem cognominem habuiſſe tempore Homeri ex eo colligi poſſe videtur, primum ex Odyſſ. γ verſu 80, ubi Telemachus Neſtori reſpondet:

Ἡμεῖς ἐξ Ἰθάκης ὑπονηΐου εἰλήλουθμεν. Id eſt:
Nos ex Ithaca ſub Nejum ſita venimus.

Quod de tota inſula minus proprie dici poteſt, optime vero de inſulæ quadam parte, vel loco, vel urbe, ſed expreſſius Odyſſ. ρ, verſu 182.

---- Τοὶ δ' ἐξ ἀγροῖο πόλιν δὲ
Ὤτρυνον Ὀδυσσεύς τ' ἰέναι, καὶ δῖος ὑφορβός. Id eſt:
Ulyſſes autem & divinus ſubulcus properabant ex agro ad urbem ire.

Et eod. libro verſu 204. de iiſdem.

Ἄστεος ἐγγὺς ἦσαν, καὶ ἐπὶ κρήνην ἀφίκοντο
Τυκτὴν καλλίρροον, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται. Id eſt:
Prope urbem erant & ad fonten venerunt,
Manu factum pulchre fluentem, unde aquam hauriebant cives.

Longum foret, ſi omnes locos Homeri compilare vel-

lem, quibus aſtruitur urbem fuiſſe in Ithaca, non incelebrem eo tempore, nam ἄϛυ περίκλυτον vocat Odyſſ. π. De nomine urbis tacuit, unde conjicio urbem fuiſſe inſulæ cognominem: tacuit ſcilicet his ultimis locis, at cum dixit Ἰθάκης ὑπονηΐου, *Ithacæ ſub Nejo poſitæ*, contendere non ſine ratione quis poſſet, nomen urbis expreſſiſſe. Scylax certe urbem cognominem fuiſſe innuit: Καὶ τὰ ταῦτα νῆσος ἐϛὶν Ἰθάκη, καὶ πόλις, καὶ λιμήν. Id eſt: *Poſt hæc inſula eſt Ithaca, & urbs, & portus.* Plutarchus tamen aliud nomen habuiſſe putat lib. de Quæſtionibus Græcis, Quæſt. 43. ubi ait: Πόθεν ἡ τῶν Ἰθακησίων πόλις Ἀλαλκομεναὶ προσηγορεύθη; Id eſt: *Quare Ithacenſium urbs Alalcomenæ appellata eſt?* Putarem nomen urbi mutatum fuiſſe poſt Homeri tempora, & Plutarchi ſeculo aliud nomen habuiſſe, & forte ita eſt: ſed Ptolemæus, qui poſt Plutarchum vixit, in tabulis ſuis ponit: Καὶ ἡ Ἰθάκη ἐν ᾗ ὁμώνυμος πόλις. Id eſt: *Et Ithaca in qua urbs cognominis.* Et Plutarchus jam à tempore Laërtis & Anticliæ ſic vocatam eam urbem ait, eo quod Anticlia Ulyſſem Alalcomenis Bœotiæ peperiſſet, fuit ergo vel epithetum ſolum Ithacæ urbis, vel nomen non frequentatum & paucis cognitum. Quadrifariam diviſam fuiſſe docuimus ſupra ex Heracleone quodam apud Stephanum, ubi de Crocylio egimus, ejus verba nunc repetenda & curioſius conſideranda ſunt: Ἡρακλέων ὁ τοῦ Γλαύκου τετραμερῆ φησὶ τὴν Ἰθάκην, ἧς τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ μεσημβρίαν, καὶ θαλάσσην....... καὶ τὸ δεύτερον Νήϊον, καὶ τὸ τρίτον Κροκύλειον, τὸ τέταρτον Αἰγιρέα. Id eſt: *Heracleon Glauci quadripartitam dicit Ithacam, cujus prima pars ad meridiem & mare....... & ſecunda Nejum, & tertia Crocylium, quarta Ægireus.* Deeſt nomen proprium primæ partis, quam procul dubio Heracleon ille proprio nomine indigitaverat, quod ſi conjecturæ locus foret, putarem lacu-

lacunam debere impleri de nomine Νήριτον, nam Homerus in catalogo loco jam pluries citato:

Οἱ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον,

Καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν.

Ecce Νήϊον non nominat, quod habet Heracleon, Νήριτον vero habet, quod omiſit Heracleon, vel ejus exſcriptor. Ex Homero igitur & Heracleone licet quatuor partium nomina colligere, Neritum, Neïum, Crocylium & Ægilips ceu Ægireus. Hiatus in loco Heracleonis etiam tempore Euſtathii eum locum inſederat, ſic enim eum citat, ut eſt apud Stephanum, ex quo accepit. Neritus vel Neritum mons erat ſylva veſtitus, Homerus 1. verſ. 21.

---- Ἐν δ' ὄρος αὐτῇ

Νήριτον εἰνοσίφυλλον ἀριπρεπές. ---- Id eſt:

In ipſa autem mons Neritum & frondoſus eximius.

Et Odyſſ. γ. verſ. 351. dicitur ὄρος καταειμένον ὕλῃ. Id eſt: *Mons ſylva veſtitus.* Et ad hunc locum Scholiaſtes: Νήριτον ὄρος τῆς Ἰθάκης τῆς Ἠπείρου. Id eſt: *Neritum mons Ithacæ è regione Epiri,* ceu *Continentis,* quod melius, ſed ex Scholiaſtis verbis non ſumus inſtructiores de loco Ithacæ, ubi locandus ſit ille mons, nam Ithaca duos Epiros ceu continentes ſpectat, ad boream ſcilicet Ætoliæ littus vel Acarnaniæ, ad orientem Peloponneſum & Achaïæ littora, ubi Patræ, ſed & pars etiam inſulæ meridionalis Epirum Nigram ſpectabat, nam ſic Cephallenia vocabatur, ut infra docebimus, idcirco ex Scholiaſte nihil diſcimus de ſitu Neriti. Euſtathius Νήριτον dictum vult: οἷον ἀνέριστον διὰ τὸ δασὺ τῆς ὕλης. Id eſt: *Tamquam de quo non eſt contentio propter ſylvæ denſitatem.* Quaſi nunc incomparabilis: id ait ad Iliad. θ. verſ. 488. Eum montem Strabo vocat ὄρος ἐπιφανές. Id eſt: *Montem inſignem.* De eo Lycophron in Alexandra, ubi de Ulyſſe:

Ἥξει γὰρ ἥξει ναύλοχον Ῥείθρου σκέπας,

Καὶ Νηρίτου πρηῶνας. Id eſt:

Veniet, namque veniet ad naves excipiens Rhithri munimen,

Et Neriti eminentias.

Ubi nihil Scholiaſtes, quam Νήριτον ὄρος Ἰθάκης. Id eſt: *Neritum mons Ithacæ.* Jejune etiam Plinius lib. 4. c. 12. *Ithaca, in qua mons Neritus.* Maximus Tyrius ſermone 35. eum tantum nominat εὔφυλλον. Id eſt: *Frondoſum*, Heſychius ipſa verba Didymi ad Homerum repetit, & nihil de ſuo addit. Ex tot autoribus mirum eſt, nullum notaſſe, in qua parte inſulæ diſtricte & ſine dubio, fuerit ſitus ille mons celebris. Buondelmontius non editus eam inſulam delineavit cum duobus cornubus ad orientem verſis, quorum majus altero ad Ætoliam & Naupactum tendit, alter multo minus verſus Peloponneſum: id me inducit, majus illud cornu, in quo depinguntur arbores, fuiſſe olim Neritum ſylvoſum montem, qui Græcis magis in conſpectu, & ideo illis notior. Fuit & alius in ea inſula mons Νήιον nomine, de quo Homerus Odyſſ. α, verſu 186.

Ἐν λιμένι Ῥείθρῳ ὑπὸ Νηΐῳ ὑλήεντι. Id eſt:

In portu Rhithro ſub Nejo ſylvoſo.

Ad quæ Scholiaſtes: Ὄνομα τοῦ ἐν Ἰθάκῃ λιμένος τὸ Ῥεῖθρον, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ἐπειδὴ ἔκρουν ἔχει, ἢ ἀπὸ τοῦ συῤῥεῖν εἰς αὐτὸν χειμάῤῥους ἀπὸ τοῦ Νηΐου ὄρους. Id eſt: *Nomen portus in Ithaca Rhithrum ab accidente, quoniam effluxum habet, vel quod confluunt in eum torrentes à Nejo monte.* Plura ad eum locum notavit Euſtathius, quæ hic tranſcribenda puto, ait igitur: Φασὶν οἱ παλαιοὶ Ῥεῖθρον κατὰ κύριόν τι ὄνομα καλεῖσθαι τὸν ἐν Ἰθάκῃ λιμένα, διὰ τὸ ἐκ τοῦ Νηΐου εἰς αὐτὸν καταῤῥέοντα χείμαῤῥον· τὸ δὲ Νήιον ὄρος Ἰθάκης νεῶν δεκτικόν· ὅθεν καὶ τὴν Ἰθάκην ὑπονήιον ἐρεῖ ἐν τοῖς ἑξῆς·

τῷ δὲ

τῷ δὲ Νηΐῳ τούτῳ ὑποκεῖσθαι τὸν λιμένα λέγουσιν· ἔχει γὰρ ἡ ἱστορία οὕτως· Νήιον ὄρος Ἰθάκης κάθυγρον, ὅπερ εἰς τὸν ὑποκείμενον λιμένα ἀποῤῥέον ἐκ τοῦ συμβαίνοντος τῷ λιμένι, Ῥεῖθρον προσαγορεύεται· καὶ σημείωσαι, ὅτι κατὰ ταύτην ἱστορίαν, καὶ τὸ ὑπερκείμενον τοῦ λιμένος Ῥεῖθρον λέγεται, καὶ οὐ μόνος αὐτὸς λιμήν, ἄλλοι δὲ οὕτω φασίν· Νήριτον ὄρος Ἰθάκης....... ᾧτινι παράκειται Νήιον ὄρος, οὗ τὰ τῶν νεῶν ἐξέδεον πείσματα, ὡς εἶναι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον μέρος τοῦ Νηρίτου τὸ Νήϊον. Id eſt: *Dicunt antiqui Rhithrum proprio nomine vocari portum in Ithaca ob torrentem, qui ex Nejo defluit in eum. Nejum autem mons eſt Ithacæ navium recipiendarum capax, ideo Ithacam Nejo ſuppoſitam dicet inferius. Nejo autem illo ſuppoſitum eſſe portum ajunt, ſic enim narrat hiſtoria. Nejum mons Ithacæ aquoſus, qui in portum ſubjectum influens ex accidente, portus Rhithrum dicitur. Et notandum eſt, quod ſecundum eam hiſtoriam, & partem ſuperiorem Rhithrum dictam fuiſſe, & non ſolum eum portum. Aliter alii dicunt: Neritum mons Ithacæ, cui adjacet Nejum mons, ubi navium retinacula alligantur, adeo ut ſecundum horum ſermonem Neriti montis ſit pars Nejum.* Hæc Euſtathius ex aliorum relationibus incertis, certum nihil nobis tradens, ſed ex loco Homeri Odyſſ. γ. ubi Telemachus ait: Ἡμεῖς ἐξ Ἰθάκης ὑπονηΐου εἰλήλυθμεν. Id eſt: *Nos ex Ithaca ſub Nejo ſita uenimus*, colligitur Ithacam urbem ſuppoſitam Nejo monti, qui naves recipiebat & ubi retinacula nauium religabantur, fuiſſe ad portum illum ſitam, vel ſaltem non longe ab illo. Sed Euſtathius in eo caſtigandus, quod Neritum cum Nejo confundit, dum ait ad Odyſſ. ι. verſu 22. Τὸ δὲ Νήριτον, περὶ οὗ καὶ προγέγραπται, Κράτης τε ἐν τῷ περὶ λιμένων Νήιον γράφει, καὶ Φιλόξενος δὲ ὁμοίως, ὃς καὶ τὴν Ἰθάκην ὑπονήιον ἐνθένδε εἰρῆσθαί φησι. Id eſt: *Et Neritum, de quo jam ſcripſimus, Crates in libro de portubus Nejum ſcribit, & Philoxenus*

 ſimili-

ſimiliter, qui & inde Ithacam Nejo ſuppoſitam dictam fuiſſe ait. At optime quidem Crates qui de portubus ſcripſerat, de Nejo fecerat mentionem, & Philoxenus bene, qui ab eo Nejo monte Ithacam ſub Nejo dictam fuiſſe putabat, ſed de Nerito non fecerunt mentionem, qui nec portus erat, nec Ithacæ urbi imminebat, ideo eſt Euſtathii memoriæ defectus, qui non meminerat, quando id ſcribebat, Nejum & Neritum fuiſſe duos diverſos montes, quorum Neritum, ut ſylvis veſtitum ab Homero celebratur, non ob portum. Nejum vero ex antiquorum teſtimoniis dicit portum habuiſſe, Crateis & Philoxeni verba debebat addere, qui, ſi, ut ait, eos montes confuderint, fuerunt mali geographi, & non boni Homeriſtæ. Vicinitas certe ſoni inter Νήειτον & Νήιον ipſum Strabonem etiam in dubitationem adduxit, utrum Homerus duo loca diverſa vel unum voluerit, ſic enim ille: Ἄδηλον, εἴτε τὸ αὐτὸ τῷ Νηείτῳ λέγει τὸ Νήιον, εἴτε τὸ ἕτερον ἢ ὄρος ἢ χωρίον. Id eſt: *Dubium eſt utrum idem eſſe dicat Neritum & Nejum, utrum alium montem vel locum.* Non viderat puto Strabo Heracleonem illum, qui in quatuor partes diviſam fuiſſe inſulam ait, quarum altera Nejum vocabatur, cujus locum ex Stephano ſupra adduximus, Neriti etymum ſupra ex ipſo Euſtathio adduximus. At Νήιον ἀπὸ τῶν νέων dictum fuiſſe ratio ſuadet, quando naves recipiebat, ut ſupra Euſtathius nos docuit & erat νέων δεκτικόν, ut ipſius verbis utar. Utatur in eo quiſque ſuo judicio, ſed ego duos fuiſſe montes diverſi nominis omnino perſuadeor. In delineatione ejus inſulæ, quam dedit Buondelmontius, plures portus & mari ſinus in inſulam ſe inſinuantes deſcripſit, plura etiam promontoria, quorum unum, quod ſinum Criſſæum & orientem ſpectat, majus eſt, & in eo arbores depictæ ſunt, forte fuit Neritum. Sed hoc eſt divinare, illis enim nomina non addi-

addidit. Tertia pars Ithacæ apud Heracleonem fuit τὸ Κροκύλειον, ſed Homero, τὰ Κροκύλεια, quæ occidentalior credo debet eſſe Neio. Præter locum Homeri, ſolus eſt Stephanus, qui de ea loquatur, ſed male inſulam fuiſſe dicit ex Thucydide, qui de Crocylio Ithacæ ne verbum quidem fecit, ſed de Crocylio urbe vel caſtello Ætoliæ in mediterraneo ſito. Ex Plinio melius adduxiſſet, qui lib. 4. cap. 12. in magno inſularum Jonici maris numero Crocylea etiam habet, ſed ubi ſita fuerit inde expiſcari nemo poteſt. Ut excuſetur in parte Stephanus, dicendum eſt, cum per νῆσος *inſula* intellexiſſe peninſulam, ceu promontorium peninſulæ formam habens, quale potuit eſſe illud Ithacæ Crocylium, & aliquando apud autores peninſulæ vocantur νῆσοι, ut Πελοπόννησος, quod nihil aliud eſt quam Πέλοπος νῆσος, id eſt, *Pelopis inſula.* Fuit procul dubio vel oppidulum vel pagus in eo monte habitatus, vel ipſe mons paſſim habitatus, quod neceſſario inducit vox apud Homerum ἐνέμοντο *incolebant*, de eo tacent alii. Poſt Crocylium ſequitur quarta pars apud Heracleonem Αἰγιρεὺς, ſed quæ apud Homerum dicitur Αἴγιλιψ τρηχεῖα. Id eſt: *Ægilips aſpera*, (non enim conſentire poſſum Euſtathio, qui ſic ad Homeri locum in catalogo: Ὄνομα μέν τόπου ἡ Τραχεῖα, ἐπίθετον δὲ τὸ Αἰγίλιπα, τὴν τὰς αἶγας λιπαίνουσαν κατά τινας. Id eſt: *Nomen loci eſt Trachia, epithetum vero Ægilips, qua capras ſaginat ſecundum quoſdam.* Nam magis mihi convenire videtur τραχεῖα vocem manifeſte adjectivam pro epitheto ponere, & id cum Heracleone convenit, qui nomen proprium quartæ partis, non τραχεῖαν, ſed Αἰγιρῆα facit, quod nomen accedit ad Homeri Αἰγίλιπα, & ambo à capris nomen acceperunt, Αἰγίλιψ ait Suidas: Ἀπὸ τοῦ ὕψους καὶ τὰς αἶγας λείπεσθαι αὐτῆς ἐπιβαίνειν. Id eſt: *Propter excelſitatem capras non poſſe aſcen-*

dere.

CAPUT XXIV.

De CEPHALLENIA.

Ad *Cephalleniam* nos ducit ordo, quam Homerus alio nomine indigitavit Σάμην *Samen*, eam inſulam ſæpe vocat, quæ poſtea Cephalenia dicta eſt. Samen etiam ſæpe vocat urbem in ea inſula: Apollodorus certe apud Strabonem lib. 10. urbem in Cephallenia *Samen* & *Samum* dictam fuiſſe perhibet, ſed inſulam ſemper *Samos* dici debere non *Same*, quod & ex Homero, ſi bene obſervetur, firmari poteſt. Nam quando de inſula manifeſte loquitur:

Οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον, ἠδ' οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο. Id eſt:
Qui Zacynthum habebant, & qui Samum circum circa colebant.

Et Odyſſ. δ. verſ. 671.

Ἐν πορθμῷ τ' Ἰθάκης Σάμοιό τε παιπαλοέσσης. Id eſt:
In freto Ithacæ & Sami ſalebroſæ.

Quod & repetit Odyſſ. ο verſu 29. & Odyſſ. δ verſu 845.

Μεσσηγὺς Ἰθάκης τε Σάμοιό τε παιπαλοέσσης. Id eſt:
Media inter Ithacam & Samum ſalebroſam.

Ideo Apollodorus contendebat, legendum eſſe apud Homerum Odyſſ. α. verſ. 246.

Δουλιχίῳ τε Σάμῳ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ.

Non vero ut legitur Σάμῃ τε. Unde Strabo colligit, Apollodorum oſtendere ſe putare, urbem Samum & Samem promiſcue appellari, inſulam vero Samum tantum. Uſus promiſcuus earum vocum Plinium in errorem impulit, qui lib. 4. cap. 12, dum recenſet inſulas Jonii maris, ſic ſcribit: *Ante eas in alto Cephallenia, Zacynthus,*

utræque liberæ. Ithaca, Dulichium, Same, Crocylea, Paxos. Cephallenia quondam Melæna dicta XI. *Mill. paſſ. abeſt, circuitu patet* XLIV. *Same, diruta à Romanis, adhuc tamen tria oppida habet.* Male profecto intellexit autorem, à quo hæc acceperat, Plinius. Nam verum eſt, dirutam fuiſſe à M. Fulvio, quod nos docet T. Livius lib. 38. ſed ea Same fuit urbs, non inſula, & una è quatuor urbibus, quas habebat Cephallenia, & Same diruta tria oppida in ea inſula reſtarunt. Sed videtur Plinius putaviſſe Samen inſulam aliam fuiſſe à Cephallenia. De nomine Melæna, quod ait Plinius, non videtur verum, niſi addatur *Epirus.* Nam apud Homerum Odyſſ. Ξ. verſu 97. Οὔτ' Ἠπείροιο μελαίνης, οὐ δ' αὐτῆς Ἰθάκης. Id eſt: *Neque Epiri nigræ, neque ipſius Ithacæ.* De Cephallenia intelligit Scholiaſtes optime, nam id ex ſequentibus aſtruitur, & ex Odyſſ. Υ verſu 187 & ſequentibus, ubi ad vocem πορθμῆες Euſtathius ſic commentatur: Πορθμεῖς πάντως λεγόμενοι, ὡς διὰ πορθμοῦ, ὅ ἐστι στενοῦ πόρου θαλάσσης τοὺς περαιουμένους ἄγοντες. Id eſt: Πορθμεῖς *omnino dicuntur ii, qui per* πορθμὸν, id eſt, *anguſtum maris meatum, ceu fretum vectores ſublatos tranſmittunt.* Unde colligitur per Epirum nigram Poëtam intellexiſſe Cephalleniam, quæ anguſto freto ab Ithaca dirimitur. Utitur rurſus ea voce Homerus Odyſſ. φ verſ. 109. Οὔτ' αὐτῆς Ἰθάκης οὔτ' Ἠπείροιο μελαίνης. Id eſt: *Neque ipſius Ithacæ, neque Epiri nigræ.* Et Euſtathius ad Homeri verſum 176. Odyſſ. ω. Ἀκτὴν Ἠπείροιο Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων, ſic commentatur: Ὅτι δὲ Ἤπειρος ἐλέγετο ἡ περαία τῆς Ἰθάκης, τῆς ὑπὸ τῷ Ὀδυσσεῖ Κεφαλληνίας ὡμολόγηται. Id eſt: *Quod Epirus dicebatur terra oppoſita Ithacæ, Cephaleniæ quæ Ulyſſi ſubjecta erat in confeſſo eſt.* Ex hoc autem loco & aliis patet, nomen Cephalleniæ notum fuiſſe Homero, & gentile etiam, ut hic & Odyſſ. Υ. verſu 110. Κεφαλλήνων ἐν δήμῳ ubi Euſtathius

ſtathius contendit ſcribendum eſſe per duplex λ Κεφαλλώων, & jure firmatur enim ex aliis Homeri locis. Quidam & inter cæteros Hellanicus *Dulichium* vocavit eam inſulam, & confundebat eas duas inſulas, quod ait Strabo lib. 10. & falſum eſſe contendit, Pauſanias tamen ſequitur Hellanicum, dum ait Heliac. 2. Παλεῖς ἡ τετάρτη Κεφαλλώων μοῖρα· οὗτοι δὲ οἱ Παλεῖς ἐκαλοῦντο Δυλίχιοι εἰς τὰ ἀρχαιότερα. Id eſt: *Palenſes, Cephaleniæ quarta pars: hi Palenſes Dulichii vocabantur temporibus antiquioribus.* Aliud nomen ejus inſulæ nobis obtrudit Heſychius: Σκιδερὰ ἡ Κεφαλλωία, (ait) mallem dixiſſet Σκιερὰ, & forte ita ſcripſerat, ſed puto fuiſſe epithetum, non nomen proprium, quod ſignificat *umbroſam*, & ideo dictam fuiſſe μελαίνην ἤπειρον, *nigram continentem*: nam loca umbroſa & ſylvis conſita è longo nigra videntur: Ithacenſibus igitur Cephallenia nemoroſa, nigra videbatur. *A Cephalo Deionei* filio denominatam fuiſſe volunt, qui ſocius expeditionis, quam fecit Amphitruo in Taphios & Teleboas, eam inſulam pretium auxilii ab Amphitruone acceperat, ut ait idem Strabo eodem loco. Id autem non abeſt à veriſſimili, nam Ulyſſes, qui Cephalleniis imperabat, erat Laërtis, Laërtes Arceſii, Arceſius Cephali & Procridis, ut ex Homero, Apollodoro, Hygino, Ovidio, & Euſtathio diſcimus. Cephalus igitur ejus inſulæ conditor & Ἀρχηγέτης debet exiſtimari, quod firmant Dionyſ. Periegetes, Heraclides Polit. pag. 448. Tzetzes ad Lycophronem, Euſtathius ad Odyſſ. α. ſed expreſſe Pauſanias in Atticis ait, Cephalum Deionei eam inſulam primum incoluiſſe, quod acceperat, ut puto, ab antiquo Odyſſeæ explanatore Epaphrodito, qui citatur ab Etymologici autore in Κεφαλλωία ſic: ἀπὸ Κεφάλου τινός· ὃς ἀκουσίως ἀνελὼν Πρόκνην τὴν Ἐρεχθέως μητέρα, ἔξεισι τῆς Ἀττικῆς, καὶ σὺν Ἀμφιτρύωνι στρατεύεται κατὰ Τηλεβόων· ἔπειτα

δὲ ἐκ Λυσίππης ἔσχε Σαμαῖον, καὶ Κράνεων, καὶ Παλαίων, ἀφ' ὧν ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ Πρόνεοι, Σαμαῖοι, Κράνειοι, Παλεῖς..... Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήμασι τῆς Ὀδυσσείας. Id eſt: *Cephalenia à quodam Cephalo, qui, cum invitus occidiſſet Procnem Erechthei matrem, exceſſit Attica, & cum Amphitruone expeditionem fecit contra Teleboas: poſtea ex Lyſippe genuit Samæum, Craneum, & Palæum, a quibus in Cephallenia Pronoï, Samæi, Cranei & Palenſes..... Epaphroditus commentariis in Odyſſeam.* Hic locus mendoſus eſt, ſed quem quilibet ſanare poteſt, pro Πρόκνην legendo Πρόκριν, & delendo τὸ μητέρα. In ejus inſulæ nomine graviter lapſus eſt Franciſcus Guicciardinus in ſexto hiſtoriæ, quam de bellis in Italia geſtis ſcripſit Italica dialecto, ſic enim ait: *Fu lecito à Baiſet par le conditioni de l'accordo, ritenerſi tutto quello che haveva occupato. Et i Vinitiani ritenendoſi l' iſola di Cephalonia anticamente detta Leucade, furono coſtrelli à cedergli l' iſola di Nerito hoggi nominata ſanta Maura.* Duplex eſt error in iis verbis, *nam Cephalonia* nunquam fuit vocata Leucas, nec Neritos vocatur nunc Santa Maura, fuit Neritos Ithacæ mons, & Santa Maura olim vocabatur Leucas, ſed eſt Guicciardini μνημονικὸν σφάλμα, autoris merito celebrati. De ejus inſulæ ſitu ſic Thucydides lib. 2. Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία κατ' Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα, τετράπολις οὖσα Παλλῆς, Κράνιοι, Σαμαῖοι, Πρόναιοι. Id eſt: *Sita eſt Cephallenia è regione Acarnaniæ & Leucadis, quatuor urbes habens Palleis, Cranii, Samæi, Pronæi.* Polybius lib. 5. Ἡ Κεφαλληνία κεῖται μὲν κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, ὡς εἰς τὸ Σικελικὸν ἀναπίνουσα πέλαγος, ἐπίκειται δὲ τοῖς μὲν Πελοποννήσου, τοῖς πρὸς ἄρκτον καὶ πρὸς ἑσπέραν μέρεσι κεκλιμένοις, καὶ μάλιστα τῇ τῶν Ἠλείων χώρᾳ, τοῖς δὲ Ἠπείρου καὶ τῆς Αἰτωλίας τοῖς πρὸς μεσημβρίαν καὶ πρὸς τὰς δύσεις μέρεσι ἐστραμμένοις. Id eſt: *Sita eſt Cephallenia ad Corinthiacum ſinum verſus mare Siculum tendens,*

tendens, adjacet autem ad partes Peloponneſi ad ſeptentrionem & occaſum verſas, & præcipue ad Eleorum regionem. Ad Epirum vero & Ætoliam ſpectant loca, quæ ad meridiem & occaſum vertuntur. Strabo lib. 8. ubi de Elide tractat ait: Καθ' ἣν ἀντίπορθμός ἐστιν ἥ τε Ἀκαρνανία, καὶ αἱ προκειμέναι νῆσοι Ζάκυνθος, καὶ Κεφαλληνία, καὶ Ἰθάκη. Id eſt: *Cui oppoſita eſt per mare Acarnania, & quæ ante eam ſitæ ſunt inſulæ Zacynthus, & Cephallenia, & Ithaca.* Et lib. eodem inferius: Ὅθεν εἰς Κεφαλληνίαν πλέοντι ἐκ Κυλλήνης στάδιοι ὀγδοήκοντα. Id eſt: *Unde in Cephalleniam naviganti Cyllene ſtadia octuaginta.* Et rurſus lib. 10. Κεῖται δ' ἡ Κεφαλληνία κατ' Ἀκαρνανίαν, διέχουσα τῆς Λευκάτα περὶ πεντήκοντα σταδίους, (οἱ δὲ τετταράκοντα φασὶ) τῆς δὲ Χελωνάτα περὶ ὀγδοήκοντα. Id eſt: *Sita eſt Cephalenia è regione Acarnaniæ, diſtans à Leucata quinquaginta circiter ſtadia (alii quadraginta dicunt,) à Chelonata autem octuaginta fere.* Sed crucem figit idem Strabo omnibus geographis, cum eodem lib. 10. ſic ſcribit: Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῶν ὑπὸ Ὀδυσσεῖ τεταγμένων νήσων ἡ Ζάκυνθος, μικρῷ πρὸς ἑσπέραν μᾶλλον τῆς Κεφαλληνίας κεκλιμένη καὶ τῆς Πελοποννήσου. Quæ ſic vertenda videntur: *reſtat de inſulis Ulyſſi ſubditis Zacynthus, paulo magis quam Cephallenia & Peloponneſus ad occaſum inclinans.* Quæ verba falſum exhibent ſenſum, nam ex omnium geographorum conſenſu Zacynthus eſt orientalior Cephalenia, itaque Strabo procul dubio non ſic ſcripſerat, ſed in ejus verbis illud καὶ eſt à mala manu, nam ſi tollatur, ſenſus erit commodus, & ſententia vera, quæ ſic ſonabunt. *Paulo magis quam Cephallenia ad occiduas partes Peloponneſi inclinans.* Sic ad eam ſententiam Scymnus Chius verſu 465. Εἶτ' ἡ Κεφαλλήνων, Ἰθάκη τε πλησίον· Ἥ τε Πελοποννήσῳ σύνεγγυς κειμένη Ζάκυνθος. Id eſt: *Poſtea Cephalenia, & Ithaca: juxta eam & Zacynthus vicina Peloponneſo jacet.*

Bene Plinius lib.4. cap.12. *Zacynthus aliquando appellata, Hyria Cephalleniæ à meridiana parte* XXII. *mill. abeſt.* Quæ ſatis cum hodiernis tabulis & Ptolemæo concinunt. De Cephalleniæ magnitudine idem Strabo hæc addit poſt περὶ ὀγδοήκοντα in loco ſupra citato. Αὕτη δ' ἐστὶν ὡς τριακοσίων τὴν περίμετρον· μικρὰ δ' ἀνήκουσα, πρὸς εὖρον ὀρεινή· ἡ μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ Αἶνος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Διὸς Αἰνησίου ἱερὸν· καθ' ὃ δ' στενοτάτη ἐστὶν ἡ νῆσος, ταπεινὸν ἰσθμὸν ποιεῖ, ὥσθ' ὑποκλύζεσθαι πολλάκις ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν. Id eſt : *Ea autem habet ambitum trecentorum circiter ſtadiorum paulum verſus ortum, ubi porrigitur montoſa : maximus autem mons in ea Ænus, in quo Jovis Æneſii templum, ubi vero anguſtiſſima eſt inſula iſthmum facit depreſſum, adeo ut aliquando à mari ad mare ſubilluatur.* De ſitu ex locis citatis ſatis dictum eſt, de ejus magnitudine ex hoc loco Strabonis & figura aliquid diſcimus. Multa de ejus nomine, magnitudine & figura muginavit Buondelmontius ille jam pluries citatus, ſed quæ videntur multum abſcedere à Strabone & aliis, ejus verba quoniam non eſt editus apponam. *Fines de Ithaca, de Cephalonia incipiamus, quæ olim Cephalonum dicta eſt, in montibus tota. Cephali Græce, caput Latine, quia apparet nautis ab auſtris venientibus rotunda, velut hominis caput; vel quia tempore Trojanorum uſque caput dominii inſularum iſtarum hæc fuit, & titulus ducati hujus ab ea inchoatur: legi enim in antiquis Chronicis Ulyſſem ducem fuiſſe regionis hujus, & à Cephalonia titulum inceptabat, quæ rotunda in montibus aſpera centum circa mi...... cujus in medio elatus mons erigitur hodie Leo, ſine flumine & ſcaturiginibus aquarum dicitur, in quo multitudo fagorum & pinorum per circuitum inſurgunt, & quod plus eſt, ſylveſtria non pauca errantia, ſine potu & nuſquam aquam invenientia, ore aperto auram in montibus recipiunt, in*

potum

potum æſtate animalia, ſerpentes etiam & aſpides ibi inveniuntur, qui calorem ſentientes humanum, ſine læſione cum eo dormiunt, ad orientem vero in littore Franciſci Eccleſiam adoramus ab eo ædificatam, quæ in orto omnia dulcia producebat. Fuit etiam inſula hæc, quam ultima vi tempore belli Macedonici Romani ceperunt in deditionem. Ibidem vero Viſcardus portus à Viſcardo domino Appuliæ dictus apparet, in qua olim........ubi Chilon Lacedæmonius aliquibus annis ſtetit, ut ait Epiphanius Cyprius. &c. Et pluribus poſtea lineis addit: *Beliſarius denique nepos Juſtiniani Auguſti claſſe ſua huc venit & eam à procellis reparavit.* Hæc licet barbare ſcripta, & multam ignorantiam redolentia, ſunt nihilominus conſideranda, non in iis ubi male argutatur, ſed in iis, quæ oculis ſuis ipſe vidit, & αὐτόπτης fuit, & ex viſu tabulam ipſe delineavit, quæ quidem, licet forte non tam ad amuſſim exarata ſit, non eſt poſtponenda iis, qui ex aliorum relationibus ſuas tabulas nobis exhibuerunt. Certe in inſulæ interioribus locis & montibus deſcriptio Buondelmontii præferenda eſt, de quibus alii nullam notitiam habuerunt, ſaltem nihil nobis tradiderunt. In ambitus menſura multum diſcrepat Strabo à Buondelmontio, ſed plus multo à Magino. Strabo namque libro 10. ter centum tantum ſtadia ambitus ei dat inſulæ, ejus locus adſcribendus, ubi de illa inſula ſigillatim tractat: Αὕτη δ' ἐστὶν ὡς τριακοσίων τὴν περίμετρον· μικρὰ δ' ἀνήκουσα, πρὸς ἕωρον ὀρεινή· μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ Αἶνος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Διὸς Αἰνησίου ἱερόν· καθ' ὃ δὲ στενοτάτη ἐστὶν ἡ νῆσος, ταπεινὸν ἰσθμὸν ποιεῖ, ὥσθ' ὑποκλύζεσθαι πολλάκις ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν. πλησίον δ' εἰσὶ τοῦ στενοῦ ἐν τῷ κόλπῳ Κράνιοί τε καὶ Παλεῖς. Id eſt: *Ambitus ejus eſt ſtadiorum prope ter centum, paulum verſus ortum porrigitur, montoſa: mons in ea maximus Ænus, in quo templum eſt Jovis Æneſii, quo loco autem*

eſt

eſt anguſtiſſima inſula, Iſthmum humilem facit, adeo ut à mari ad mare ſubluatur. Sic Strabo, at Magini operæ pretium eſt audire verba cap. de inſulis in Jonio mari. *Cephalenia* (ait) *nunc etiam ſic dicitur, olim Melæna, Same, & Samo dicta, octoginta milliaria longa, quadraginta lata, ambitus* 160. *mill. portum habet ab auſtro Argoſtoli vocatum capaciſſimum diſtantem mill.* 6. *ab arce Cephalenia.* Ecce quanta inter Strabonem & Maginum differentia: Strabo ambitum facit ſtadiorum 300. quæ ad ſummum 36. milliaria faciunt, Maginus vero centum ſexaginta milliaria habere aſſerit in ambitu, Strabo geographus celebris, Maginus ſuo tempore geographiam profeſſus eſt. At Strabo Aſiaticus, qui nunquam partes Græciæ occidentales viderat, ut ex ipſius ſcriptis patet, Maginus Patavinus domo in Venetorum ditione, qui Cephalleniam poſſidebant, unde credendum eſt, Magino facilius fuiſſe, exactam ejus inſulæ notitiam habere. Buondelmontius inſulæ ſpectator, & qui eam luſtravit, nec Straboni nec Magino aſtipulatur, & mediam ſententiam tenet, milliaria enim centum ponit in inſulæ ambitum, numerum rotundum quidem, & ideo forte non exactum. At Plinius lib. 4. cap. 12. quadraginta milliaria in circuitu habere ſcribit, in tanta varietate quis veritatem eruet? Eam litem decidendam relinquamus Venetis, qui eam inſulam incolunt. Cæterum quod ait Strabo loco citato, quod in loco, ubi anguſtiſſima eſt, iſthmum humilem facit, adeo ut ſæpe eveniat, ut à mari ad mare ſubluatur, id certe Buondelmontius non ſcripſit, ſed in ſua tabula notavit duas inter montes planities, quarum altera à meridie & portu Argoſtoli vocato à Magino, ſed qui unus ſancti Iſidori dicitur à promontorio cognomine, altera vero, quæ à littore ſeptentrionali verſus meridiem procedit, & invicem ſibi occurrunt, ſolo

veluti

veluti iſthmo intercedente, quem facit montis tractus, qui à Buondelmontio *Leo* vocatur, ſed in ſua tabula non pingitur tam humilis, quemadmodum Strabo eum notavit, qui ταπεινὸν, id eſt, humilem vocat. Eæ duæ planities, cum mare procelloſum tumefiebat, inundari potuerunt tempore Strabonis vento impellente; ſed nec tempore Buondelmontii ea loca faciem mutaverant, & aggeſtu ſabuli ſibi ipſi mare iter obſtruxit, vel ſi adhuc id fiebat, tempore Buondelmontii mare tranquillum erat, quando eam inſulam luſtrabat. Hæ ſunt meæ conjecturæ, quas ventura dies & Veneti nautæ firmabunt vel infirmabunt. Eam inſulam ſui juris fecerant Athenienſes anno 1. Peloponneſiaci belli, auctore Thucydide lib. 2: Ἐπὶ δὲ Κεφαλληνίαν τὴν νῆσον προσπλεύσαντες προσηγάγοντο ἄνευ μάχης. Id eſt: *Ad inſulam Cephalleniam claſſe provecti* (Athenienſes) *ſine certamine ſibi adjunxerunt*. Non tamen incolis libertatem ademerunt, nam idem Thucydides lib. 7. ſic ait: Τῶν δὲ περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κεφαλλῆνες καὶ Ζακύνθιοι, αὐτόνομοι μὲν, κατὰ δὲ νησιωτικὸν μᾶλλον καθειργόμενοι, ὅτι θαλάσσης ἐκράτουν, Ἀθηναῖοι ξυνείποντο. Id eſt: *Inſularum etiam quæ ſunt circa Peloponneſum Cephallenii & Zacynthii, liberi quidem, ſed eo quod inſulani erant, Athenienſibus obſequebantur, eo quod dominium maris habebant*. Et ſic, ut credere eſt, manſerunt, potentioribus comiter obſequentes, modo cum Athenienſibus, modo cum Lacedæmoniis, modo cum Achæis, vel cum Ætolis ſocietate juncti. Sed anno demum urbis conditæ 565. à M. Fulvio conſule Romano jugum ſubire coacti ſunt, quod narrat T. Livius lib. 38. ſatis exacte; Florus vero rem breviter attigit lib. 2. cap. 9. Inferioribus ſeculis, Manuëlis Comneni tempore, comitatus titulo fruebatur, ſic enim Nicephorus Gregoras lib. 8. Πεφόνευται πρὸς τοῦ ἀνεψιοῦ Κόντου Κεφαλληνίας ὁ τῶν Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνά-

νων δεσπότης. Id eſt: *Occiſus eſt à conſobrino comite Cephalleniæ deſpotes* (ceu dominus) *Ætolorum & Acarnanum.*

Ea inſula quatuor urbes habitatas olim habebat, & ideo Thucydides eam τετράπολιν vocat lib. 2: Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία κατ' Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα τετράπολις οὖσα, Παλῆς, Κρήνιοι, Σαμαῖοι, Προνναῖοι. Id eſt: *Sita autem eſt Cephallenia verſus Acarnaniam & Leucadem quatuor habens civitates, Pallenſes, Cranios, Samæos, Pronæos.* De iis ordine dicendum.

Quæ à Thucydide Παλὴ vel Παλῆς [in dialecto communi Παλεῖς] dicitur, ejus gentiles ceu cives ab Herodoto lib. 9. in ſua Jonica dialecto Παλέες οἱ ἐκ Κεφαλληνίας dicuntur. A Polybio civitas Πάλαια lib. 5. ubi de expeditione Philippi in Ætolos ſic ait: Ἀναχθεὶς ἐκ τῶν Πατρῶν κατὰ τὴν σύνταξιν ἔπλει, καὶ προσέσχε τῆς Κεφαλληνίας κατὰ Πρόνους· ὁρῶν δὲ τό τε πολισμάπον τοὺς Πρόνους δυσπολιόρκητον ὄν, καὶ τὴν χώραν στενὴν, παρέπλει τῷ στόλῳ, καὶ καθωρμίσθη πρὸς τὴν τῶν Παλαιέων πόλιν· συνιδὼν δὲ ταύτην τὴν χώραν γέμουσαν σίτου, καὶ δυναμένην τρέφειν στρατόπεδον, τὴν μὲν δύναμιν ἐκβιβάσας προσεστρατοπέδευσε τῇ πόλει. Id eſt: *Solvens à Patris, ut convenerat, navigans appulit ad Pronos Cephalleniæ, videns autem Pronos urbeculam ad obſidendum difficilem, & regionem anguſtam, ulterius claſſe provectus eſt, & ad Palæenſium urbem appulit, & cum videret eam regionem ſegetibus abundantem, & ad exercitum alendum ſufficientem, urbi execitum admovit.* Et paulo poſt de eodem negotio ait: Συνθεωρῶν δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα μέρη τῆς πόλεως, τὰ μὲν θαλάττῃ, τὰ δὲ κρημνοῖς περιεχόμενα, βραχὺν δέ τινα τόπον ἐπίπεδον αὐτῆς ὑπάρχοντα, τὸν πρὸς τὴν Ζάκυνθον ἐστραμμένον, τῇδε διενοεῖτο προσάγειν ἔργα. Id eſt: *Conſiderans autem cæteras urbis partes vel mari, vel abruptis rupibus cinctas, brevem vero quendam locum planum*

planum ineſſe Zacynthum verſus, ad eam partem machinas adhibere ſtatuit. Ex his Polybii locis colligitur, Palæam urbem longius à Patris diſtaſſe, quam Proni, quando Patris ſolvens Philippus Pronos prius acceſſit, & progreſſus ulterius Palæam venit: conſtat etiam ad mare ſitam fuiſſe, & Zacynthum verſus ſpectaſſe, & ideo in meridionali inſulæ parte eam fuiſſe. Eam urbem Thucydides πάλην vocat libro 1. cum ſimplici λ. ut & ejus Scholiaſtes, ſed idem Thucydides lib. 2. cum duplici λ. παλλῆς habet, dum recenſet urbes Cephaleniæ loco ſupra citato. Strabo vero lib. 10. παλεῖς. ſcripſit, T. Livius lib. 38. Pallenſes vocat. De ſitu etiam aliquid docet idem Strabo lib. eodem, dum ait: πλησίον δ᾽ εἰσὶ τῶν στενῶν ἐν τῷ κόλπῳ Κράνιοί τε καὶ παλεῖς. Id eſt: *Prope anguſtias in ipſo ſinu ſunt Cranii & Palenſes.* Eas anguſtias intelligit, de quibus loquebatur, ubi anguſtiſſimam eſſe inſulam ajebat, & ſinum, quem ibi faciebat mare in parte meridionali inſulæ verſus Zacynthum. An de ejus urbis mulieribus intellexerit Phlegon Trallianus, dubium eſt, ubi ait: Μεγασθένης δ᾽ φησὶν, τὰς ἐν Παλαίᾳ κατοικούσας γυναῖκας ἑξαετεῖς γινομένας τίκτειν. Id eſt: *Megaſthenes ait, mulieres qui Palæam incolunt ſexennes factas parere.* Megaſthenes de Indicis ſcripſerat, & puto magis intelligendum de quadam Indica urbe, nam de Palæa urbe Cephalleniæ id notaviſſet Ariſtoteles, vel alius quis recentiorum. Ortelius ex Sophiano ait, eam hodie vocari Palieni. Nullam ex iis quatuor poſuit in Cephalleniæ tabula Buondelmontius, ſed in extremitate ſinus, quem facit mare in parte meridionali inſulæ, ruinas quaſdam deſcribit, ubi olim habitaviſſe Pallenſes vel Cranios ſuſpicio eſt, ſed magis Pallenſes, nam & alias ruinas ſatis vicinas depingit, quæ Craniorum forte fuerunt.

De Craniis pauca habemus dicenda, eos T. Livius

l. 38 Cranonios vocat, & cum Neſiotis, Pallenſibus, & Samæis præcipuis Cephalleniæ incolis obſides M. Fulvio conſuli Rom. dediſſe narrat, jugoque Romanorum ſuppoſuiſſe colla. Thucydides vero poſt locum ſupra citatum hiſt. l. 2. ubi Cephalleniam τετράπολιν dixit, deſcribit, quomodo Cranii in Lacedæmonios, qui Euarchum reducere tentarant ad Aſtacum, impetum fecerint, poſtquam eos deluſiſſent ficta deditionis ſpecie. Libro autem quinto refert, ut Athenienſes quoſdam Meſſenios è Pylo, & transfugas Lacones κατῴκισαν ἐν Κρανίοις τῆς Κεφαλληνίας *inter Cranios Cephalleniæ habitare fecerunt, vel in urbe Cranii dicta*, ſic enim vocatur à Strabone. Vide etiam Heſychium in Κράνιοι. Ibid. Κρανία, πέξον εἶδος δένδρου περικεφαλαία. An non à Craniis dicta illa ligna Κρανία? Cumque Cranii illi Cephalleniæ eſſent incolæ, quid impedit, quominus pro περικεφαλαία legamus περὶ Κεφαλληνίᾳ, quia circum illam inſulam creſcebant illa ligna, de quibus explicarem verſum 22. Idyl. 1 Theoc. vid. Schol. Samen fuiſſe civitatem magnam & habitatoribus refertam, patet ex obſidione quadrimeſtri, quam paſſa eſt antequam caperetur, & eorum civium ſtrenuitatem in ea obſidione notavit T. Livius lib. 38. quem locum videſis lector. Ejus nomen etiam varie exprimitur. Scholiaſtes Thucydidis Σαμαίαν *Samæam* vocat ad lib. 1. cap. 20. Homerus vero Σάμον Odyſſ. 4. verſ. 670. Σάμοιό τε παιπαλοέσσης. Id eſt: *Sami ſabuloſæ.* Sed magis de tota inſula videtur intelligendum & de ejus ſoli natura: nam Odyſſ. τ. verſ. 288. habet: Σάμῃ δ' ἐνὶ οἰκία ναίων. Id eſt: *In Same domum habitans*, & ad Iliad. β. verſ. 633. Euſtathius ad vocem Σάμον ait: λέγεται δὲ Σάμη, ἧς ὁ πολίτης Σαμαῖος. Unde colligi poteſt Scholiaſtem Thucydidis male eam vocaſſe Σάμαιαν, nam gentile nomen fuiſſet non Σάμαιος, ſed Σαμαιεὺς, ut fit ex Νικαία

Νικαιεὺς,

Νικαιεῦς, ex Ἀμφικαίᾳ Ἀμφικαιεῦς, ex Λιλαίᾳ Λιλαιεῦς, ex Ἰςιαίᾳ Ἰςιαιεῦς, ex Μελιταίᾳ Μελιταιεῦς, & alia ὅσα κόνις. Strabo lib. 10. hæc habet: Τετραπόλεως γὰρ ὔσης τῆς νήσου, μία τῶν τεσσάρων ἐςὶν ἡ καὶ Σάμος καὶ Σάμη καλουμένη, καθ' ἑκάτερον τοὔνομα ὁμονυμοῦσα τῇ νήσῳ. Id eſt: *Nam cum ſint in inſula urbes quatuor, earum una eſt quæ Samos & Same vocatur, in utroque nomine cum inſulæ nomine concurrens.* Rurſus idem Strabo: Τὴν τε Κεφαλληνίαν τετράπολιν οὖσαν οὔτ' αὐτὴν εἴρηκε τῷ νῦν ὀνόματι, οὔτε τῶν πολέων οὐδεμίαν, πλὴν μιᾶς εἴτε Σάμης εἴτε Σάμου, ἧς νῦν μὲν οὐκ ἔτ' ἐςὶν· ἴχνη δ' αὐτῆς δείκνυται κατὰ μέσον τὸν πρὸς Ἰθάκης πορθμόν. Id eſt: *Cephallenia vero cum habuerit quatuor urbes, ne eam quidem nominavit eo nomine, quo nunc appellatur, neque urbium ullam, excepta Samo ſive Same, quæ nunc non extat, ſed ejus veſtigia mönſtrantur in medio verſus Ithacam trajectu.* Sed de nomine diſputare parum utile foret, & diverſas autoritates adducere ſuper quæſtione tam futili tædioſum, ſufficiant quæ jam dicta ſunt, & ſciat lector, & Σάμος & Σάμη tam de inſula quam de urbe apud autores inveniri. De ejus ſitu ex Livii loco citato colligitur, fuiſſe urbem munitam, & habuiſſe duas arces, quarum minor Κύατις, *Cyatis* ceu (ut in manuſcripto codice) Cyniatis vocabatur, per quam eruperunt in urbis interiora Romani; altera major, in qua urbe capta ſe receperunt cives, & deditionem fecerunt: eam non fuiſſe longe à mari dicit idem Livius eodem loco libri 38. & notanda ſunt ejus hæc verba: *Nam urbs in mare devexa in occidentem vergit*, quæ ad ſitum demonſtrandum faciunt.

LIBER QUINTUS.

DE LOCRIDE.

Caput I.

De Locrorum diviſione.

Bifariam dividebantur, qui olim Locri dicebantur: & ii quidem, qui ex ordine poſt Ætolos orientem verſus ad ſinum Corinthiacum habitabant, Ὀζόλαι *Ozolæ* dicebantur. Alii vero, qui ad ſeptentrionem & orientem Ozolarum ſiti erant, ad Euripum Euboïcum incolebant, rurſus bifariam dividebantur, & eorum qui ad ſeptentrionem magis & Melienſes accedebant, *Epicnemidii*; meridionales vero *Opuntii* vocabantur. Trifariam Locros dividit Pindari Scholiaſtes ad Olymp. XI. ſic: Γένη γὰρ Λοκρῶν εἰσὶ τρία, Ἐπιζεφύριοι, Ὀζόλαι, Ἐπικνημίδιοι· τούτων οἱ μὲν Ἐπιζεφύριοι εἰσὶ Λοκροὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ. οἱ δὲ Ὀζόλαι πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ, οἱ δὲ Ἐπικνημίδιοι πρὸς τῇ Εὐβοίᾳ. Id eſt: *Gentes Locrorum tres ſunt, Epizephyrii, Ozolæ, Epicnemidii, eorum Epizephyrii Locri ſunt in Italia: Ozolæ vero prope Ætoliam, Epicnemidii prope Eubœam.* Epizephyrii nihil ad nos, non enim Italiam attingimus: ordo requirit, ut de Ozolis primum Ætolorum vicinis agamus.

De Locris antiquiſſima mentio facta eſt ab Homero, ſed tantum de Opuntiis & Epicnemidiis. Nam videtur Ozolas ignoraſſe, de iis enim ne verbum quidem fecit. De Ozolis igitur meminere Scylax, Dicæarch. Scymnus Chius, Antigonus in Paradoxis, Demoſthenes, Dionyſius Halicarn. Strabo, Plutarchus, Pauſanias, Euſtathius ad Dionyſium, ex Latinis vero Livius, Plinius, &c. Scylax igitur in periplo: Μετὰ δὲ Αἰτωλοὺς Λοκροί εἰσιν ἔθνος, ἐν

οἷς εἰσὶν Ὀζόλαι καλούμενοι καὶ πόλεις αἵ δε· Εὐάνθις, Ἄμφισσα· εἰσὶ δὲ καὶ πόλεις τούτοις ἐν μεσογαίᾳ. παράπλους δ' ἐστὶν τῆς χώρας Λοκρῶν τὸ ἥμισυ ἡμέρας. Id eſt: *Poſt Ætolos ſunt Locri natio, in quibus ſunt Ozolæ nominati & urbes hæ: Euanthis, Amphiſſa: ſunt etiam eorum urbes in mediterraneo. Præternavigativo vero regionis Locrorum eſt mediæ diei.* Sic etiam Dicæarchus verſu 41. in Helladis deſcriptione, ubi, poſtquam de Ætolia dixit, hæc addit: Εἶτα μετὰ ταύτην ἡ Λοκρὶς καλουμένη, ἐν ᾗ πόλις Ναύπακτος. Id eſt: *Poſt eam* (Ætoliam) *quæ Locris dicitur, in qua urbs Naupactus.* Ibi notandum, eum limites Locridis ampliores verſus Ætoliam facere, Naupactus enim omnibus aliis Ætoliæ tribuitur, ut diximus ſupra. Nec aliter Scymnus Chius: Ἔπειτ' ἀπ' Αἰτωλῶν παροικοῦσι Λοκροὶ, οὓς Ὀζόλας καλοῦσιν. Id eſt: *Deinde poſt Ætolos in vicinia habitant Locri, quos Ozolas vocant.* Originem etiam notat, dum addit: Ἀποίκους γενομένους ἀπὸ τῶν πρὸς Εὔβοιαν Λοκρῶν ἐστραμμένων. Id eſt: *Coloni eorum Locrorum qui Eubœam ſpectant.* Sed puto legendum ἐστραμμένων, & ſenſus requirit. Demoſthenes oratione de Corona in epiſtola Philippi: Ἐπειδὴ Λοκροὶ οἱ καλούμενοι Ὀζόλαι κατοικοῦντες ἐν Ἀμφίσσῃ. Id eſt: *Quandoquidem Locri qui Ozolæ vocantur & Amphiſſam incolunt.* Rationem nominis docet Antigonus in paradoxis hiſt. 129. cujus locus adducendus, quoniam eget emendatione, ſic habet: Μύρσιλος ὁ Λέσβιος Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας τῆς ἐπιθυμίας ἐπωνυμίας τετυχηκέναι· ὅτι τῆς χώρας τῆς αὐτῶν ὄζει, καὶ μάλιστα τοῦ Ταφίου καλουμένου ὄρους· καὶ ῥεῖν αὐτόθεν εἰς θάλασσαν ὥσπερ πύον· τεθάφθαι δ' ἐν τῷ ὄρει τούτῳ Νέσσον τὸν Κένταυρον, ὃν Ἡρακλῆς ἀπέκτεινεν. Primum in hoc loco ulceroſo pro τῆς ἐπιθυμίας lego ἀπὸ τῆς ἐπιθυμιάσεως, vel ἀναθυμιάσεως. Rurſus, ὅτι τῆς χώρας τῆς αὐτῶν ὄζει non mihi videntur ſana, nam deeſt nominativus, ad quod referatur ὄζει, ideo credo legendum ὅτι ἡ χώρα αὐτῶν ὄζει, καὶ μάλιστα καὶ τὸ Τάφιον

καλού-

Uvis coronatam & unguenta ſpirantem Macynam amabilem.

Nec mirum ſi Archytas Amphiſſæus domo à ſua gente amovere voluit mali odoris vitium, Didymus ad Homerum Iliad. β, verſ. 527. de hac ultima tacuit, & alias habet: Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Λοκροὶ ἐπικαλούμενοι Ὀζόλαι, περὶ τὴν Αἰτωλίαν ἐπὶ τὰ ἕτερα πλευρᾶς οἰκοῦντες, κατὰ τὸ Κρισσαῖον πεδίον, κεκλημένοι οὕτως ἀπὸ τοῦ αὐτόθι ῥέοντος ὄζοντος ποταμοῦ, ὃν ἐποίησαν οἱ ἰχῶρες δυσώδεις τοῦ Κενταύρου, τοῦ ὑπὸ Ἡρακλέους τρωθέντος...... ἢ ὅτι εἰσὶν αἰγόνομοι, καὶ τὰς δορὰς τῶν βοσκημάτων δυσώδεις οὔσας καὶ ἀβυρσεύτους ἀμφιεννύνται. Id eſt: *Sunt & alii Locri Ozolæ cognominati, circa Ætoliam ad alterum latus habitantes prope Criſſæum campum, ſic vocati à fluvio ibi fluente olido, quem fœtidum fecerunt ichores purulenti Centauri, ab Hercule vulnerati...... vel eo quod ſunt caprarii, & pelles caprarum putidas, & non ſubactas, inducebant.* Aliam ejus nominis cauſam refert Pauſanias, ſed cum riſu excipiendam, ſic enim ille in Phocicis non procul à fine: Ἡ δὲ γῆ ἡ Λοκρῶν τῶν καλουμένων Ὀζόλων προσεχὴς τῇ Φωκίδι ἐστὶ κατὰ τὴν Κίρραν, ἐς δὲ τὴν ἐπίκλησιν τῶν Λοκρῶν τούτων διάφορα ἤκουσα, ὁμοίως δὲ ἅπαντα δηλώσω. Ὀρέσθεως τοῦ Δευκαλίωνος βασιλεύοντος ἐν τῇ χώρᾳ κύων ἔτεκεν ἀντὶ σκύλακος ξύλον, καταρύξαντος δὲ τοῦ Ὀρεσθέως τὸ ξύλον, ἅμα τῷ ἦρι φῦναι ἄμπελον, ἀπ᾽ αὐτοῦ λέγουσιν καὶ ἀπὸ τῶν ὄζων τοῦ ξύλου γενέσθαι τοὔνομα τοῖς ἀνθρώποις. Id eſt: *Regio vero Locrorum Ozolarum attingit Phocidem prope Cirrham, quod autem ad denominationem eorum, diverſa audivi, omnia tamen narrabo: Oreſti Deucalionis filio in ea terra regnante canis pro catello peperit lignum, quod cum Oreſtes defodiſſet, veris tempore vineam enatam fuiſſe, ab eo igitur & vineæ palmitibus nomen populo factum fuiſſe.* Addit deinde alias ſententias, quas ſupra recenſuimus. ὄζοι Græce palmites ceu nodi arborum dicuntur,

ideo Ozolas dictos fuiſſe putidiſſimo commento aſſerebant. Eos Ptolemæus ſatis extendit uſque ad Molycriam ultra Antirrhium: ſic Naupactum in Locris Ozolis ponens, ut & Dicæarchus ſupra citatus, & alii ab iis Ozolis, Locros Epizephyrios oriundos eſſe, plures aſſerunt: eam hiſtoriam narrat Euſtathius ad Dionyſium cujus verba hic apponam: Ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ διαβολὴ τοῦ γένους ἐνταῦθα κεῖται Λοκρῶν ἔθνους, ὅλου ὡς ἐκ δούλων καταγομένου· δοῦλοι γὰρ φασὶν ὄντες προτέροις ἔτεσι, παρὰ τοῖς Ὀζόλαις δηλαδὴ Λοκροῖς, τοῖς πρὸς τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ, εἶτα τῶν δεσποτῶν ἀπόντων εἰς πόλεμον, ἐμίγησαν ταῖς σφετέραις ἀνάσσαις. ἐπανελθόντας δὲ τοὺς δεσπότας ὑποπτεύσαντες ἐπὶ κολάσει, ταῖς δεσποίναις συνέφυγον, καὶ ᾤκησαν ἐν Τυῤῥηνίᾳ, ὧν γένος εἰσὶν οἱ Ἐπιζεφύριοι Λοκροὶ δοῦλοι ὄντες τὸ ἀνέκαθεν. Id eſt: *Sciendum autem, quod obtrectatio totius gentis ab iis Locris orta eſt, tamquam ſi à ſervis oriundi eſſent. Servi autem ajunt cum eſſent prius, apud Locros Ozolas ſcilicet qui ad Criſſæum ſinum ſiti ſunt, poſtea cum eorum domini ad bellum profecti fuiſſent, cum eorum uxoribus coïverunt, timentes vero à dominis redeuntibus caſtigationem, cum dominabus ſuis aufugerunt, & Tyrrheniam inhabitarunt à quibus oriundi ſunt, Locri Epizephyrii qui olim ſervi fuerant.* Omiſi in Græco textu, poſt Κρισσαίῳ κόλπῳ, hæc verba τῷ κατὰ τὴν Εὔβοιαν, & in verſione etiam, utpote infarta à quodam ſciolo, geographiæ prorſus ignorante, de iis etiam Euſtathius ad Iliad. β, verſ. 531. Λοκροῦ δὲ Ὀποῦς, πρὸς ὃν διενεχθεὶς ὁ πατὴρ Λοκρὸς, ἐᾷ μὲν ἄρχειν ἐκεῖνον. αὐτὸς δὲ οἰκεῖ τὰ πρὸς ἑσπέραν τοῦ Παρνασσοῦ, ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν τοὺς ἐκεῖ, οἱ Ἑσπέριοι καὶ Ὀζόλαι ἐκαλοῦντο, ἐπὶ τῆς ἑτέρας φασὶ πλευρᾶς, οἰκοῦντες κατὰ Κρισσαῖον πεδίον· ὑφ' ὧν ὕστερον καὶ ἀποικία εἰς Ἰταλίαν ἐστάλη. Id eſt: *Locri filius fuit Opus, cum quo cum jurgaſſet pater Locrus ceſſit regnum filio, ipſe autem ad occidentem Parnaſſi habitavit, cum iis qui illuc incolebant,*

qui

qui Heſperii & Ozolæ vocabantur, circa Ætoliam ad alterum latus, incolentes juxta Criſſæum campum, à quibus poſtea colonia miſſa eſt in Italiam. De Ozolarum ſitu ſatis exacte Strabo lib. 9. Ὃν τρόπον δ' ἡ Φωκὶς τῇ Βοιωτίᾳ παράκειται, τοῦτον καὶ ἡ Λοκρὶς τῇ Φωκίδι ἑκατέρα· διττὴ γὰρ ἐστὶ διῃρημένη ὑπὸ τοῦ Παρνασσοῦ, καὶ μέρος αὐτοῦ νεμομένη, καθήκουσα δὲ ἐπὶ τὸν Κρισαῖον κόλπον· ἡ δὲ ἐκ τοῦ πρὸς ἕω τελευτῶσα ἐπὶ τὴν πρὸς Εὐβοίᾳ θάλασσαν· Καλοῦνται δὲ οἱ μὲν Ἑσπέριοι Λυκροὶ καὶ Ὀζόλαι. Id eſt: *Quomodo autem Phocis Bœotiæ adjacet eodem modo, ſic & Locris utraque Phocidi: duplex enim eſt Locris, diviſa bifariam à Parnaſſo, ejuſque partem colens, & ad Criſſæum ſinum pertinens: altera verſus ortum protenditur, deſinens ad mare quod Eubœam alluit. Vocantur antem alii quidem Heſperii Locri, & Ozolæ,* &c. Et rurſus eod. lib. Τῶν δὲ πλευρῶν τοῦ Παρνασσοῦ, τὸ μὲν ἑσπέριον νέμονται Λοκροί τε οἱ Ὀζόλαι καὶ τινὲς τῶν Δωριέων, καὶ Αἰτωλοὶ κατὰ τὸν Κόρακα, προσαγορευόμενον Αἰτωλικὸν ὄρος. Id eſt: *Parnaſſi latus occiduum Locri Ozolæ colunt, & Dorienſes aliqui & Ætoli qui circa Coracem montem Ætolicum dictum habitant.* Sic & eod. lib. Τὸ δὲ λοιπὸν οἱ ἑσπέριοι εἰσὶ Λοκροὶ οἱ δὲ αὐτοὶ, καὶ Ὀζόλαι καλοῦνται, χωρίζειν δὲ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν Ὀπουντίων, καὶ τῶν Ἐπικνημιδίων ὅ τε Παρνασσὸς μεταξὺ ἱδρύμενος, καὶ ἡ τῶν Δωριέων τετράπολις. Id eſt: *Alteram partem Locri occidui, qui & Ozolæ vocantur, tenent, eos autem dividit ab Opuntiis & Epicnemidiis Parnaſſus inter utroſque ſitus, & Dorienſium Tetrapolis.* De littoris Ozolarum ſpatio idem eod. lib. Ὁ δὲ παράπλους πᾶς ὁ Λοκρικὸς μικρὸν ὑπερβάλλει τῶν διακοσίων σταδίων. Id eſt: *Præternavigativo Locrica tota parum excedit ducenta ſtadia.* Et in eo ſatis concordat cum Scylace ſupra citato, qui dimidiatæ diei eam præternavigationem facit. Nam ſtadia ducenta octo, Leucis Gallicis circiter adæquatur, quod ſpatium faciliter vento ſe-

cundo flante perficitur. Ex ſupradictis totius regionis limites latis denotantur, Ætoliæ ſcilicet partem orientalem ab occidente habuerunt Ozolæ, ab oriente Parnaſſum & Criſſæum campum, à meridie ſinum ceu mare Corinthiacum, à ſeptentrione, Coracem Ætoliæ montem, qua parte Parnaſſum attingit.

CAPUT II.

Urbibus Locrorum Ozolarum.

De urbibus nunc dicendum & locis celebratis, quorum occidentaliores erant, ſecundum quoſdam, Molycria, Antirrhium & Naupactus, quæ loca plures Ætoliæ attribuunt, & ideo ſupra de iis in Ætoliæ deſcriptione abunde tractavimus. Poſt Naupactum Oeanthia ceu Euanthia, ceu Hyanthia ſequitur, urbs littoralis, de qua mentionem fecerunt Scylax, Thucydides, Scymnus, Chius, Polybius, Pauſanias, Mela, Plinius, Polyænus, Stephanus, Marcianus Capella, Niger. Apud Scylacem male Εὔανθις nominatur, ſic: Μετὰ δὲ Αἰτωλοὺς Λοκροὶ εἰσὶν ἔθνος, ἐν οἷς εἰσὶν Ὀζόλαι καλούμενοι, καὶ πόλεις αἵδε· Εὔανθις Ἄμφισσα, εἰσὶ δὲ καὶ τούτοις πόλεις ἐν μεσογαίᾳ. Id eſt: *Poſt Ætolos autem Locri gens eſt, quorum ſunt ii qui Ozolæ nominantur, & urbes hæ: Euanthis, Amphiſſa: ſunt etiam iis urbes in mediterraneo.* Ex quibus verbis innuere videtur, eas duas urbes fuiſſe littorales, & de Oeanthia quidem nihil eſt dubii, de Amphiſſa infra videbimus. De ejus urbis conditu aut conditore nihil inveni, ſolus Pauſanias ſuſpicatur, eam urbem à quadam nympha nomen accepiſſe, ſed ſine autore id ſuſpicatur. De ejus ſitu nos docet Polybius lib. 4. ſic: Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Δορύμαχος, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἔχοντες πρᾶξιν, κατὰ τὴν τῶν Αἰγειρατῶν πόλεως, ἀθροι-

ἀθροίσαντες τῶν Αἰτωλῶν περὶ χιλίους, καὶ διακοσίους εἰς Οἰνάνθειαν τῆς Αἰτωλίας, ἣ κεῖται καταντικρὺ τῆς προειρημένης πόλεως, καὶ πορθμεῖα τούτοις ἑτοιμάσαντες πλοῦν ἐτήρουν πρὸς τὴν ἐπιβολήν. Id eſt: *Alexander & Dorymachus, eo tempore cum proditionem machinarentur adverſus Ægiratarum urbem, cum mille Ætolos collegiſſent in Oenanthia Ætoliæ, quæ ſita eſt è regione dictæ civitatis, & cum ſcaphas ad transfretandum præparaſſent, commodum tempus ad negotium exequendum expectabant.* Ad quem Polybii locum hæc notatu digna ſunt. Primum pro Οἰνάνθειαν legendum procul dubio Οἰάνθειαν ex Thucydide qui lib. 3. Οἰανθέας ejus cives vocat, & ex aliis. 2. Eum tribuere Ætolis eam civitatem, non Ozolis. Polybii ſcilicet ætate Ætolis in ea parte prædominantibus. 3. Sitam fuiſſe Oeanthiam è regione Ægiræ urbis in littore Achaïæ ſitæ, inter Ægium & Pallenem ... ut ait, Strabo lib. 8. Et Plinius lib. 4. cap. 3. ſic Ozolarum littus deſcribit: *Oppidum Oeanthe, portus Apollinis Phæſtii, ſinus Criſſæus.* Ad mare ſitam fuiſſe Oeanthiam elicitur ex Pauſania in Phocicis, ſic enim de ea urbe: Ἐπὶ θαλάσσης δὲ Οἰάνθεια, καὶ αὐτῇ ὁμοροῦσα ἐστὶ Ναύπακτος. Id eſt: *Ad mare ſita eſt Oeanthia, & ei conterminæ eſt Naupactus.* De ea ſic Stephanus: Οἰάνθη, πόλις Λοκρῶν. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἑλλάνικος δὲ Οἰάνθειαν αὐτὴν φησί. Id eſt: *Oeanthe, Locrorum civitas, Hecatæus in Aſia, Hellanicus vero, Oeanthiam eam vocat.* Marcianus Capella lib. 6. cap. de tertio ſinu. *In Ætolia Ozolæ, apud quos oppidum Oeanthe, in quo portus Apollinis.* Eundem credo portum intelligit, de quo Plinius lib. 4. cap. 3. qui poſt Oeanthem ponit portum Apollinis Phæſtii, & ſic credere nos ſuadet Pauſanias in Phocicis ad finem, ubi de Oeanthia tractavit & omnia templa enumerat, & templorum ruinas, quæ ſuo tempore extabant, puta Neptuni, Dianæ, Veneris, Æſculapii,

lapii: at de Apollinis portu nullam mentionem facit. Ideo puto portum Apollinis Phæſtii fuiſſe quidem in Oeanthiæ ditione & vicinia, non vero in ipſa urbe, & ſic eum ponit Niger, ſed ſine autoritate. Eam urbem aliquando ſub Tyrannorum jugo fuiſſe, nos docet Polyænus lib. 8. Stratag. 46. de Themiſto, ubi Fricodemum ejus urbis Tyrannum nominat, ſed in eum inſurrexerunt cives & occiderunt, quod narrat Polyænus lib. 8. quod evenit paulo antequam Helice Achajæ civitas terræ motu abſorpta fuiſſet. Bellum & vaſtationem regionis ſuæ paſſa eſt à Philippo Demetrii filio, quod ſic narrat Polybius lib. 5: Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Λευκάδος, καὶ πορθήσας ἐν παράπλῳ τὴν τῶν Ὑανθέων χώραν, κατῆρε μετὰ τοῦ στόλου παντὸς εἰς Κόρινθον. Id eſt: *Rex auem in Leucade conſcenſis navibus & vaſtata in tranſitu Hyanthiorum agro, cum univerſa claſſe Corinthum appulit.*

Poſt Ocanthiam igitur orientem verſus ad littus maris fuit portus Apollinis Phæſtii, de quo ſolus ex antiquis Plinius lib. 4. cap. 3. qui eum tantum nominat, & poſt eum Marcianus Capella, & Dominicus Niger, quorum ille, in ipſa Oeanthia eum ponere videtur, ſed male ob rationes ſupra citatas. Ergo plura à me non expectes lector amice, ſed videtur fuiſſe, Phæſtiorum navale, ex nomine.

In mediterraneo Plinius nominat Argon de quo, omnis alii tacent. Poſt Argon Eupoliam, nominat, urbem quam Thucydides Eupolium vocat lib. 3. de ea cum Thucydide & Plinio, Strabo & T. Livius mentionem fecerunt, ſed melius erit in iis locis Thucydidis ordinem ſequi, ſic igitur ille lib. 3. Ξυλλεγέντος δὲ τοῦ στρατεύματος ἐς Δελφοὺς, ἐπεκηρυκεύετο Εὐρύλοχος Λοκροῖς τοῖς Ὀζόλαις, διὰ τούτων γὰρ ἡ ὁδὸς ἦν ἐς Ναύπακτον, καὶ ἅμα τῶν Ἀθηναίων ἐβούλετο ἀποστῆσαι αὐτούς· ξυνέπρασσον δὲ μάλιστα

αὐτῷ

αὐτῷ τῶν Λοκρῶν Ἀμφισσῆς, διὰ τὸ τῶν Φωκέων ἔχθος δεδιότες, καὶ αὐτοὶ πρῶτον δόντες ὁμόρους καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισαν δοῦναι. Φοβουμένους τὸν ἐπιόντα στρατόν· Πρῶτον μὲν οὖν τοὺς ὁμόρους αὐτοὺς Μυονέας (ταύτῃ γὰρ δυσεσβολότατος ἡ Λοκρὶς) ἔπειτα, Ἰπνέας καὶ Μεσσαπίους, καὶ Τριταιέας, καὶ Χαλλαίους, καὶ Τολοφονίους, καὶ Ἡσσίους, καὶ Οἰανθέας· οὗτοι καὶ συνεστράτευον πάντες· Ὀλπαῖοι δὲ ὁμόρους μὲν ἔδωσαν ἠκολούθουν δὲ οὔ, καὶ Ὑαῖοι οὐκ ἔδωσαν ὁμόρους, πρὶν αὐτῶν εἷλον κώμην Πόλιν ὄνομα ἔχουσαν· Ἔπειτα δὲ......... ἐχώρει τῷ στρατῷ ἐπὶ τὴν Ναύπακτον, διὰ τῶν Λοκρῶν. καὶ προϊόμενος Οἰνεῶνα αἱρεῖ αὐτῶν καὶ Εὐπόλιον, (οὐ γὰρ προσεχώρησαν) γιγνόμενοι δὲ ἐν τῇ Ναυπακτίᾳ. Id eſt: *Coacto vero apud Delphos exercitu, Eurylochus ad Ozolas, præcones miſit (per eos enim erat via ad Naupactum) tum eos volebat ab Athenienſium ſocietate abducere, adjuvabant autem eum præcipue Amphiſſæi, ob inimicitiam Phocenſium ſibi timentes, & primi obſides dederant, & alios dare etiam ſuaſerunt ob metum ab exercitu, & primos quidem Myonenſes iis finitimos, (ibi enim aditus ad Locros eſt difficillimus,) poſt eos Hippenſes & Meſſapios, & Tritæenſes & Challæos, & Tolophonios, & Heſſios, & Oeanthios, iis omnes copias conjunxerunt. Olpæi vero obſides quidem dederunt, non autem ſequuti ſunt. At Hyæi non dederunt obſides antequam eorum pagus captus fuit, cui nomen erat Polis. Poſtea......... exercitum duxit per Locros ad Naupactum, & procedens Oeneona & Eupolium eorum cepit (non enim convenerant) cum autem Naupactum acceſſiſſent.* Hic Thucydidis locus unica fax eſt ad notitiam Locrorum Ozolarum regionis adipiſcendam, ſed non ſatis lucida, intervalla enim & ſitum non notat, ideo nemo credo poterit unicuique urbi ceu pago ſuum locum aſſignare, & ex ordine tantum quo à Thucydide nominantur, conjecturas ſatis infirmas habemus. Primos quidem nominat

minat Myonenſes, & ibi difficillimam aditu eſſe Locridem aſſeverat, unde colligitur in anguſtiis & montana regione eam urbem ſitam fuiſſe, puta in Parnaſſi montis tranſitu. Sed voces ὁμόρους αὐτοῖς dubium pariunt, utrum de Amphiſſæis intelligendum ſit, an de Spartiatarum exercitu, qui Delphis collectus fuerat, & inde expeditionem facere decreverat. Pauſanias nihil ad rem, qui Myonenſes non novit, niſi quos hic Thucydides facit Phocenſium vicinos. Nec Stephanus de iis aliud habet, quam id quod ex hoc Thucydidis loco capit. Itaque nihil certi de ejus urbis vel pagi ſitu diſcerni poteſt, videntur tamen ex probabili conjectura Myonenſes ſitos fuiſſe in anguſtiis Parnaſſi montis, inter Delphos & Amphiſſenſium ditionem.

Hipnæos, quos memorat Thucydides, ignorarunt omnes alii autores, quos mihi contigit vidiſſe.

Meſſapios etiam memorat, de quibus nihil alibi invenitur. At Henricus Stephanus in notis ad Periegetem pag. 153. ait, omnium conſenſu hanc vocem mendoſam eſſe, & Μεταπίους vult legi, ſi Stephanus ſequendus ſit: at pace tanti viri dixerim, Stephanus in voce Μέταπα de Locride non loquitur, ſed in voce Χάλαιον videtur legiſſe Μεσσαπίους, & credo Stephanum confudiſſe Μετάπαν, quæ in Ætolia ad lacum Tritonidem ſita fuit, cum Μεσσαπία Locridis.

Tritæenſes habet etiam Thucydides, & Triteas etiam memorat Plinius lib. 4. cap. 3. ſed confuſo maxime ordine, & unde nemo poſſit verum ejus pagi ſitum conjicere.

Challæos poſtea Thucydides recenſet, Ptolemæus Χαλεώνη vocat. Stephanus Hecatæum citat in Europa & noſtrum etiam Thucydidem, ſed Χάλαιον per λ. ſcribit, Plinius portum facit his verbis lib. 4. cap. 3. *Portus Cha-*

Chalæon, *à quo* VII. *M.P. Introrſus liberum oppidum Delphi.* Ideo tabulæ Mercatoris ad numeros Ptolemæi accommodatæ, ad mare ponunt, & ſinum maris depingunt terras penetrantem verſus ſeptentrionem: ſed cum χαλλαίους Thucydides ponat, fuerunt procul dubio Ozolarum populi, qui portum habuerunt in littore, qui dicebatur χαλλαίων λιμὴν, quas voces interpretatus Plinius, habet *Chalæon portus*. Itaque jure conjicio, Challæos illos fuiſſe in vicinia Delphorum, & uſque ad littus maris incoluiſſe: illum tam longum maris receſſum, in terram ſe inſinuantis non habent recentiores tabulæ, ideo non habeo fidem tabulæ à Mercatore concinnatæ: nam in ordine itineris Eurylochi, quem ordine narrat Thucydides, nulla de Challæorum portu fit mentio: at ſecundum poſitionem Mercatoris neceſſe fuiſſet Eurylocho per illum pagum aut portum tranſire. At per Oeneonem & Eupolium iter fecit, nulla Challæorum facta mentione, unde concludo eum portum non fuiſſe ſitum in via, quæ Delphis Naupactum ducebat, ſed interius ad mare, & Delphorum civitate meridionaliorem, quod ſuadet Plinius dum ait: *à quo* VII. *M.P. Introrſus liberum oppidum Delphi.* Sed de hoc ſatis.

Tolophonios deinde addit Thucydides, de quibus ſolus Stephanus habet, quæ ex loco Thucydidis accepit. Dicæarchum tamen de ea urbe feciſſe mentionem ſuſpicor, ſed apud eum Τολόφων & Τολοφῶνα coruptas fuiſſe in Κολόφων & Κολοφῶνα. Sic autem habet:

Εἶτα μετὰ ταύτην ἡ Λοκρὶς καλουμένη,
Ἐν ᾗ πόλις Ναύπακτος· εἶθ' ὑποκείμενος
Λιμὴν μέγας, πόλις τε Κολοφών· μετὰ δὲ τὴν
Κολοφῶνα ποταμὸς ἔσθ' Ὑλαιτὸς λεγόμενος. Id eſt:
Poſt eam eſt Locris vocitata, in
Qua urbs Naupactus: deinde portus

φυγον. Id eſt: *Vix autem ad mare & Oeneonem (unde profecti fuerant) aufugerunt qui ſuperfuerant.* Expreſſe & Stephanus: Οἰνέων, Λοκρίδος λιμήν· Θουκυδίδης τρίτη. Id eſt: *Oeneôn, Locridis portus. Thucydides in tertio.* Sed legendum οἰνέων, ut ubique apud Thucydidem legitur, male vero Ortelius οἰνίων legit.

Nunc de Eupolio ſive Eupalio dicamus, nam Strabo, Livius & Stephanus videntur apud Thucydidem legiſſe Εὐπάλιον eorum loci adducendi, & Strabo quidem lib. 10. ubi de Ætolia tractat, eam dividit in *Antiquam* & *Epictetum*, id eſt, acquiſitam: Ἐπίκτητον δὲ τὴν τοῖς Λοκροῖς συναπτοῦσαν ὡς ἐπὶ Ναύπακτον τε καὶ Εὐπάλιον. Id eſt: *Epictetum autem quæ Locros attingit Naupactum verſus & Eupalium.* T. Livius vero lib. 28. ubi de Philippo contra Romanos & Ætolos belligerante ait: *Profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium ſunt.* Stephanus etiam ſic habet: Εὐπαλία πόλις Λοκρίδος, ἣν Εὐπάλιον Ἀρτεμίδωρός φησιν. Id eſt: *Eupalia oppidum Locridis, quam Eupalium Artemidorus vocat.* Ex his locis patet, Eupalium ſitum fuiſſe non longe à Naupacto orientem & ſeptentrionem verſus: nam in itinere ad Naupactum, Eurylochus Delphis profectus id oppidum cepit in Naupactia ſitum, & ſi fuiſſet ad occidentem Naupacti, Ætolorum fuiſſet non Ozolarum; ad ſeptentrionem etiam vergentem fuiſſe, intelligere neceſſe eſt: Naupactus enim ad mare ſita, quod ad meridiem habebat, non potuit Eupalium ad meridionales partes habere.

Ozolarum poſt Oeanthiam verſus orientem Amphiſſa fuit, præcipua civitas, ejus meminerunt inter Græcos Herodotus, Thucydides, Demoſthenes, Scylax, Lycophron, Æſchines, Polybius, Diodorus, Dicæarchus, Plutarchus, Pauſanias, Polyænus, Ptolemæus, Harpocration, Stephanus, Conſtantinus: inter Latinos T. Livius,

Lucanus, Plinius. &c. Et Herodotus quidem lib. 8. ubi de conſternatione Delphorum agit, ob Gallorum adventum, ait, quoſdam Parnaſſios juga ſuperaſſe, alios vero ad Amphiſſam ſeceſſiſſe: οἱ δὲ ἐς Ἄμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον, unde colligitur non fuiſſe longe à confinio Phocidis, ſed id multo dilucidius probatur ex Demoſthene in oratione de Corona, decretum enim Amphictyonum recitat tale: Ἔδοξε τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων· Ἐπειδὴ οἱ ἐξ Ἀμφίσσης τὴν ἱερὰν χώραν καταν εμάμενοι γεωργοῦσι, καὶ βοσκήματα νέμουσι, καὶ κωλυόμενοι τοῦτο ποιεῖν ἐν τοῖς ὅπλοις παραγινόμενοι, τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων συνέδριον κεκωλύκασι μετὰ βίας. Id eſt: *Placuit conſeſſoribus Amphictyonum & communi Amphictyonum, quoniam Amphiſſenſes ſacram regionem cum diviſiſſent, eam arant, & ibi paſcunt armenta, & eos qui id facere vetabant cum armis agreſſi ſunt, & communem Græcorum conſeſſum per vim repulerunt.* Sed adhuc expreſſius Æſchines numerat ſtadia, quibus diſtabat à Delphis Amphiſſa, ſic enim ait in oratione contra Creſiphontem de eodem negotio: Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἥκομεν ἕωθεν εἰς τὸν προειρημένον τόπον, καὶ κατέβημεν εἰς τὸ Κιρραῖον πεδίον, καὶ τὸν λιμένα κατασκάψαντες, καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες ἀνεχωροῦμεν· τοῦτα δ' ἡμῶν πραττόντων, οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς ἑξήκοντα στάδια ἄπωθεν οἰκοῦντες Δελφῶν ἦκον πρὸς ἡμᾶς μεθ' ὅπλων πανδημεί. &c. Id eſt: *Poſtera die mane ivimus in prædictum locum, & deſcendimus in Cirrhæum campum, & cum portum fodiendo diruiſſemus, & domos incendiſſemus, abibamus: dum autem ea faciebamus, Locri Amphiſſenſes ſexaginta ſtadiis diſtantes à Delphis contra nos univerſi cum armis venerunt.* De ea urbe jam ſupra Scylacis locum adduximus, ubi, poſtquam de Oeanthia & Amphiſſa mentionem fecit, addit, alias etiam Locrorum urbes in mediterraneo eſſe, unde ſuſpicari quis

poſſit,

poſſit, Amphiſſam fuiſſe littoralem, & ita ſenſiſſe videtur Tzetzes ad Lycophronem verſ. 1069. ubi ſic commentatur: Ἄμφισσα ἡ ἀμφίβιος τις οὖσα, ἔχουσα τὴν τροφὴν, καὶ ἐπαρκουμένην ἐν τοῖς τῆς γῆς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς τῆς θαλάσσης, ἢ ὅτι πολύπους περιώδευεν ἐξελθὼν ἐκ τῆς θαλάσσης· βασιλεὺς δὲ περιερχόμενος, καὶ ἰδὼν τὸν πολύπουν, ἔκτισε πόλιν, Ἄμφισσαν αὐτὴν προσαγορεύσας διὰ τὸ τὸν πολύποδα ζῆν ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ. Id eſt: *Amphiſſa tamquam utrinque vitam habens, & nutrimenta habens ſufficientia non ſolum è terræ fructibus, ſed etiam ex mari, vel eo quod polypus è mari exiens in terra gradiebatur. Rex autem adveniens cum vidiſſet polypum, urbem condidit & Amphiſſam nominavit, eo quod polypus vivit in terra & in mari.* Bella certe fabula, quam Tzetzem ſine autore narrare non puduit: ex Polybio, qui de Amphiſſæ obſidione, à Romanis duce Manio facta, in excerptis legationibus mentionem facit, aliquid luminis non affulget, nec ex Strabone liquet an littoralis fuerit qui lib. 9. ſic ait: Ἡ δὲ Ἄμφισσα ἐπὶ τοῖς ἄκροις ἵδρυται τοῦ Κρισσαίου πεδίου. Id eſt: *Amphiſſa autem ſita eſt in extremitatibus Criſſæi campi.* Nam Criſſæi campi extremitas intelligi tam bene poteſt verſus occidentem & mediterranea, quam verſus Criſſæ ruinas & mare, ubi ſita fuerat verſus meridiem. Sed ex Pauſania colligitur, eam urbem fuiſſe in mediterraneo, non ad ipſum mare ſitam: nam in Phocide verſus finem, ubi de Amphiſſa ſatis prolixe tractat, de mari vel portu nullam facit mentionem, & poſtquam de ea & Myonenſium civitate egit, ſic pergit: Ἐπὶ θαλάσσης δὲ Οἰάνθεια. Id eſt: *Ad mare autem ſita eſt Oeanthia.* Unde non abſurde conjicitur Amphiſſam non fuiſſe littoralem, ſed omnino id declarat Ptolemæus in Græciæ tabula, ubi ſic legitur:

Λοκρῶν Ὀζολῶν μεσογείας
Ἄμφισσα, μθ΄. ς΄. λζ΄. ς΄. Id eſt:

 Locro-

Locrorum Ozolarum mediterranea

Amphiſſa 49. 6. 37. 6.

In Conſtantini Themate occidentali Helladi tribuitur ſecundum ejus ſeculi partitionem. Lucanus ſuo tempore eam Phocidi attribuit lib. 3. verſ. 172.

Proxima vicino vires dat Græcia bello,
Phocaïcas Amphiſſa manus, ſcopuloſaque Cirrha.

Scilicet eo quod Phocidi & Cirrhæ erat admodum vicina, quod ait Pauſanias in Laconicis: Τοῖς γὰρ δὴ Λοκροῖς ἡ πρὸς τοὺς Φωκέας ἐτύγχανεν οὖσα ἀμφισβητήσιμος γῆ. Id eſt: *Nam inter Locros & Phocenſes terra erat controverſi juris.* De nominis ratione Harpocration Ariſtotelem citat in Opuntiorum Republica: Ἀριστοτέλης ἐν Ὀπουντίων πολιτείᾳ οὕτω λέγει· Ἀνδραίμων δὲ ἦν οἰκιστὴς, Ἄμφισσαν δὲ ὠνόμασε διὰ τὸ περιέχεσθαι τὸν τόπον ὄρεσι. Id eſt: *Ariſtoteles in Opuntiorum republica ſic ait: Andræmon autem conditor erat. Amphiſſam autem nominaverat, eo quod montibus undique cinctus erat is locus.* Ex Harpocratione vel ex ipſo Ariſtotele Stephanus idem cenſet: Ἄμφισσα, πόλις Λοκρῶν Ὀζολῶν· ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ ἐμπεριέχεσθαι τοῖς ὄρεσι τοῖς παρακειμένοις· παραγώγως δὲ, ὡς ἐκ τῆς ἀντὶ Ἄντισσα, καὶ τῆς ἐπὶ Ἔπισσα, οὕτως ἀμφὶ Ἄμφισσα. Id eſt: *Amphiſſa, urbs Locrorum Ozolarum, ſic vero nominata, eo quod montibus circumdabatur adjacentibus, voce ſic deducta, ut ex anti ſit Antiſſa, & ex epi Epiſſa, ſic amphi Amphiſſa.* Sed in ea urbium nomina Antiſſa & Epiſſa numquam incidi, nec ſcio quid ſignificent, Antiſſam tamen fuiſſe in Lesbo inſula memini, de Epiſſa nihil audivi. Aliam certe nominis cauſam refert Pauſanias in Phocicis, ſic: Τεθῆναι δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἀμφίσσης τῆς Μάκαρος τοῦ Αἰόλου φασίν, καὶ Ἀπόλλωνα ἐραστὴν γενέσθαι τῆς Ἀμφίσσης· κεκόσμηται δὲ ἡ πόλις κατασκευῇ τῇ ἄλλῃ, καὶ τὰ μάλιστα ἥκοντα ἐς μνήμην, ἐστὶ μὲν μνῆμα Ἀμφίσσης, καὶ Ἀνδραίμονος. σὺν δὲ αὐτῷ ταφῆναι

ταφῆναι λέγουσι, καὶ Γόργην τὴν Οἰνέως συνοικήσασαν τῷ Ἀνδραίμονι. Id eſt: *Ajunt autem nomen impoſitum fuiſſe urbi ab Amphiſſa Macaris filia, Æoli filii, & Apollinem amantem fuiſſe Amphiſſæ. Ornata vero eſt urbs aliis quidem operibus, ſed id, de quo præcipue celebratur memoria, eſt Amphiſſæ monumentum & Andræmonis, cum eo autem ſepultam fuiſſe dicunt Gorgen Oenei filiam & Andræmonis uxorem.* In eo concordat Pauſanias cum Harpocrationis loco & Ariſtotele ſupra citato, qui Andræmonem conditorem Amphiſſæ dixerunt. Sed plures fuerunt Andræmones, nempe hic cujus Gorge uxor Oenei filia, Thoantis pater, qui Calydone regnavit, de quo Apollodorus lib. 1. de eo etiam Pauſanias loco citato: ejus patrem non inveni, ſed quoniam Andræmon filium Amphiſſum nominavit, & urbem à ſe conditam Amphiſſam, ſuſpicio eſt, Andræmonem illum Amphiſſa genitum fuiſſe vel ex Apolline, vel ex Oxylo, qui poſt Apollinem, Amphiſſam duxerat, ſed in fabuloſo ſeculo veritatem exacte quærere non debemus. Id tamen omnino firmat Antoninus Liberalis metamorphoſ. 32. qui addit, illum Amphiſſum filium habuiſſe ex Dryopa, Euryti filia: turbam tamen facit Hyginus, cui ſi credimus Macar ceu Macareus ille Æoli filius præ dolore ex Canaces morte contracta, ſeipſam interfecit, ſupervivere nolens tam amatæ ſorori, at infans à Canace genitus puer fuit, non puella, ſi fides Ovidio, non fuit ergo Amphiſſa Macaris Æolidæ filia, ſic male congruunt inter ſe fabuloſæ antiquitatis ſcriptores. In eo lapſus eſt Dominicus Niger lib. XI. ubi ait Amphiſſam fuiſſe Macaris & Apollinis filiam; at Macar non fuit nomen fœminæ, ſed viri. Multas calamitates paſſa eſt ea civitas, & antiquiſſima quidem ea fuit, quam ab Amphictyonibus accepit, de qua Strabo lib. 9. qui poſtquam de Criſſæ excidio,

cidio verba fecit, hæc addit: Τὰ δ' αὐτὰ καὶ τοῖς Ἀμφισσεῦσι συνέβη (Λοκρῶν δ' οὗτοι εἰσὶ τῶν Ὀζολῶν) ἐπελθόντες γὰρ οὗτοι τήν τε Κρίσσαν ἀνέλαβον, καὶ τὸ πεδίον τὸ ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων ἀνιερωθὲν αὖθις κατεγεώργουν, καὶ χείρους ἦσαν περὶ τοὺς ξένους τῶν πάλαι Κρισσαίων· καὶ τούτους οὖν ἐτιμωρήσαντο οἱ Ἀμφικτυόνες, καὶ τῷ θεῷ τὴν χάραν ἀπέδοσαν. (At optime cenſet Caſaubonus legendum pro χάραν χώραν.) Id eſt: *Eadem etiam acciderant Amphiſſenſibus (ſunt autem ii Locrorum Ozolarum) Nam invaſione facta Criſſam occuparunt, & campum, quem Amphictyones conſecraverant, rurſus ararunt, & pejores erant circa peregrinos antiquis Criſſæis: eos etiam caſtigaverunt Amphictyones, & Deo locum reſtituerunt.* Rurſus tempore belli ſacri ab Onomarcho coacti ſunt in id bellum deſcendere, ſic enim Diodorus lib. 10. de Onomarcho: Εἰς δὲ τὴν πολεμίαν ἐμβαλὼν, Θρόνιον μὲν ἐκπολιορκήσας ἐξηνδραποδίσατο· Ἀμφισσεῖς τε καταπληξάμενος ἠνάγκασεν ὑποτάττεσθαι. Id eſt: *Hoſtilem regionem invadens, Thronium obſidione in ſervitutem redegit, & Amphiſſenſes terrore affectos coëgit ſibi obedientes eſſe.* Rurſus ab Alexandro Ætolo, poſt Alexandri Macedonis mortem & Perdicæ, ab Ætolis duce Alexandro obſidionem & regionis vaſtationem paſſi ſunt, ut narrat Diodorus lib. 18. Rurſus exagitati fuerunt & obſeſſi ab Acilio Manio Romano, de quo negotio Polybius in excerptis cap. 17. Ὅτι πολιορκουμένων τῶν Ἀμφισσέων ὑπὸ Μανίου τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον. Id eſt: *Quod cum obſeſſi eſſent Amphiſſenſes à Manio Romanorum duce vel prætore eodem tempore.* A quo tamen incommodo liberati fuerunt per Pub. Scipionem, & cum cæteris Ætolis ſemeſtrem moram obtinuerunt, ut Romam legatos mitterent, quod narrat loco citato Polybius: ſed T. Livius lib. 37. qui Polybii libros integros habuit, rem accuratius narrat, nam poſt Lamiam ab Acilio captam, ſic ait:

ſic ait: *Ibi partim divendita, partim diviſa præda conſilium habitum, quid deinde faceret: nemini ad Naupactum ire placuit, occupato ad Coracem ab Ætolis ſaltu, ne tamen ſegnia æſtiva eſſent .... oppugnare Acilius Amphiſſam ſtatuit, ab Heraclia per Oetam exercitus eo ductus*. Ex hoc loco colligi poſſe videtur, partem quandam Coracis montis inter Amphiſſam & Naupactum ſe extendiſſe, & in ea fuiſſe ſaltus & anguſtias, quæ ab Ætolis occupatæ vetabant, ne ad Naupactum ſine periculo iretur. Pergit T. Livius, & poſtquam de adventu L. Scipionis conſulis ad ſinum Maliacum narravit, addit: *Præmiſſo fratre Africano, Amphiſſam ducit, ſub adventum eorum relicta urbe oppidani (jam enim magna ex parte nudata mœnibus erat) in arcem, quam inexpugnabilem habent, omnes armati atque inermes conſcenſere.* Narrat deinde, quomodo ſoluta fuerit obſidio, & ſex menſium ſpatium Ætolis datum ad mittendos Romam legatos. Et hæc ſunt quæ de Amphiſſa ex antiquis corradere potui, ex quibus colligitur, Amphiſſam fuiſſe Criſſæo campo & Delphis vicinam, in mediterraneo ſitam, ſed tamen non longe à mari.

Sequitur in littore apud Ptolemæum Χαλέως oppidum, de quo Thucydides & Stephanus mentionem fecere: Plinius inter Latinos non urbem, ſed portum vocat, & *Chaleôn* Latine exprimit, Thucydides inter eos populos, qui ab Eurylocho Lacone evocati, & eum ſequuti ſunt, Χαλλαίους nominat, unde conjicio, verum nomen oppidi fuiſſe Χαλλαίων λιμήν. Id eſt: *Challæorum portus*. Sic dictus quoniam ejus populi navale erat, & in ejus littore ſitum. Stephanus in Χάλαιον Hecatæum & Thucydidem citat, & ex Hecatæo in Europa: Ἑκαταῖος (ait) Εὐρώπῃ· Μετὰ δὲ Λοκροὶ, ἐν δὲ Χάλαιον πόλις, ἐν δὲ οἱ Ἀνθήπολοι· τὸ ἐθνικὸν Χαλαῖος· Θουκυδίδης τρίτῳ. Μεσσαπίους, καὶ Τριταιέας, καὶ

Χαλαίυς, καὶ Κολοφωνίυς, καὶ Ἰσίυς, καὶ Οἰανθίυς. In hoc loco magna meſſis errorum corrigenda eſt: legendum igitur in loco Hecatæi pro οἱ Ἀνθήπολοι, Οἰάνθη πόλις, ut cuivis patere poteſt: In loco vero Thucydidis lego Τολοφωνίυς καὶ Ἡσσίυς, qui locus ſic emendatus latius ita redditur. *Chalæon, urbs Locrorum: Hecatæus in Europa, Locri, ubi eſt urbs Chalæum, ubi eſt Oeanthe circiter. Gentile, Chalæus. Thucydides in tertio: Metapios & Tritæos, & Chalæos, & Tolophonios, & Heſſios, & Oeanthios.* Nihil amplius de eo loco inveni, ſi olim fuit urbs tempore Plinii, valde deminuta fuerat, quando tantum *portum* vocat. Eam Sophianus putat eſſet, quæ nunc à Turcis *Aſpropiti* dicitur, ut eum citat Ortelius, nec de ea plura dicenda ſuppetunt: ubi tacent antiqui & nobis tacendum eſt.

Fuit etiam in hoc tractu Ἀλόπη *Alope*, pagus vel oppidum, ſed incelebre, nam ſic de eo Strabo lib. 9. ὁ δὲ παράπλυς πᾶς ὁ Λοκρικὸς μικρὸν ὑπερβάλλει τῶν διακοσίων σταδίων· Ἀλόπη δ' ἐνταῦθα ἐστὶ ἐν τοῖς Ἐπικνημιδίοις ὀνομάζυσι, καὶ ἐν τῇ Φθιωτίδι. Id eſt: *Prænavigatio totius Locridis parum excedit ducenta ſtadia. Alopen, vero hic & in Epicnemidiis nominant & in Phthiotide.* Hæc mentio tam brevis, tam jejuna innuit pagum tantum fuiſſe nullius momenti. Plures eo nomine urbes recenſet Stephanus, & inter alia hæc habet: Τετάρτη περὶ Εὔβοιαν..... ἕκτη περὶ Λοκρίδα. Id eſt: *Quarta circa Eubœam..... ſexta circa Locridem.* An eam, quam in Epicnemidiis memorat Strabo, an eam, quam in hoc tractu ponit, intelligat, dubium, de ea plura teſtimonia non ſuppetunt, & hæc ſunt quæ de Locris Ozolis colligere potui.

CAPUT

CAPUT III.

De Locris Epicnemidiis.

Epicnemidii & Opuntii ad alterum mare, Eubœam verſus, pertingebant, & Parnaſſo monte ab Ozolis dividebantur, quod jam ſupra dictum eſt, & id etiam docet Euſtathius ad Periegeten verſ. 426. ad voces: Λοκροὺς ἄρουρα ubi ſic ait: Ὅτι ἐγγὺς τῶν Βοιωτῶν οἱ Ἐπικνημίδιοι Λοκροὶ, ἀπὸ Κνημῖδος ὄρους τὴν κλῆσιν ἔχοντες. Id eſt: *Prope Bœotos ſunt Epicnemidii Locri, à monte Cnemide id nomen habentes.* Et generali nomine ſub Epicnemidiis etiam Opuntios comprehendit, nam paulo poſt ait: Ἱστορεῖ γὰρ ὁ Γεωγράφος, ὅτι ὁ Παρνασσὸς πρὸς δύσιν αὐτοὺς διαιρεῖ τοὺς τε Ἑσπερίους Λοκροὺς, τοὺς καὶ Ὀζόλας καλουμένους, οἱ χαράσσουσιν ἐν σφραγῖδι τὸν ἕσπερον ἀστέρα· ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους οὕτω καλουμένους ἀπὸ ὄρους Κνημῖδος, κειμένους πρὸς τῷ ὄρει τῆς Οἴτης, τῶν δὲ Ἐπικνημιδίων μέρος τοὺς Ὀπουντίους φησὶν οὕτω λεγομένους ἀπὸ πόλεως Ὀποῦντος, τῆς τοῦ Πατρόκλου πατρίδος, ἣν σεμνολογεῖ ὁ Πίνδαρος. Id eſt: *Narrat enim Geographus, quod Parnaſſus ab occaſu dividit Heſperios Locros, qui Ozolæ dicuntur, qui in ſigillo ſuo Heſperum aſtrum inſculpunt, & Epicnemidios ſic vocatos à monte Cnemide, qui ſitus eſt ad Oetam montem, Epicnemidiorum autem partem facit Opuntios ſic dictos ab urbe Opunte Patrocli patria, quam celebrat Pindarus.* De iis Diodorus lib. 16. Φάϋλλος δὲ στρατεύσας εἰς Λοκροὺς τοὺς ἐπονομαζομένους Ἐπικνημιδίους, τὰς μὲν ἄλλας πόλεις ἐχειρώσατο πάσας, μίαν δὲ τὴν ὀνομαζομένην Ἀρύκαν διὰ προδοσίας νυκτὸς παραλαβὼν, πάλιν ἐξέπεσε, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλεν οὐκ ἐλάττους τῶν διακοσίων. Id eſt: *Phäyllus vero cum duxiſſet exercitum adverſus Locros Epicnemidios dictos, omnes*

alias urbes cepit, unam vero Arucam vocatam cum per traditionem cepiſſet noctu, ea rurſus ejectus eſt, & milites ducentis non pauciores perdidit. De iis etiam auctor brevium Scholiorum ad Homerum ad Iliad. β verſu 527. ad hæc verba:

Λοκρῶν δὲ ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴαξ.

Sic ait: Λοκρῶν δὲ μέμνηται τῶν Ἐπικνημιδίων καλουμένων, οὗτοι γὰρ ἀντικρὺ τῆς Εὐβοίας τὴν οἴκησιν πεποίηνται. Id eſt: *Locrorum meminit Epicnemidiorum, ii enim è regione Eubœæ habitationem ſuam fecerant.* Ptolemæus in tabula Europæ decima ſic habet:

ΟΠΟΥΝΤΙΩΝ. Id eſt: *OPUNTIORUM.*
Κνημίδες. *Cnemides.*
Κῦνος. Id eſt: *Cynus.*
ΛΟΚΡΩΝ ΕΠΙΚΝΗΜΙΔΙΩΝ. Id eſt:
LOCRORUM EPICNEMIDIORUM.
Βοαγρίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, *Boagrii fluvii ora,*
Σκάρφεια. Id eſt: *Scarphia.*

In his Ptolemæi mirum eſt, quod urbem Cnemides, quæ nomen dedit Epicnemidiis, tribuit Locris Opuntiis contra tot autorum teſtimonia, ideo non dubito pronuntiare, vocem Cnemides loco motam fuiſſe, & transferendam eſſe poſt ΛΟΚΡΩΝ ΕΠΙΚΝΗΜΙΔΙΩΝ ante Βοαγρίου, &c. Locros Epicnemidios olim Lelegas appellatos fuiſſe, ait Plinius, quod ex Strabone accepit, qui lib. 7. ubi de barbaris, qui Græciam incoluerunt, ſermonem facit, ſic ſcribit: Ἐν δὲ τῇ τῶν Αἰτωλῶν τοὺς νῦν μὲν Λοκροὺς Λέλεγας καλεῖ (de Ariſtotele loquitur.) Id eſt: *In Ætolia vero Lelegas vocat, qui nunc Locri dicuntur.* Cui concinit Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. 1. ubi de Pelaſgis, qui Theſſaliam incolebant, ſic ait: Περὶ τὴν ἕκτην γενεὰν ἐξελαύνονται Θεσσαλίας ὑπό τε Κουρήτων καὶ Λελέγων, οἳ νῦν Αἰτωλοὶ καὶ Λοκροὶ καλοῦνται. Id eſt: *Circa ſeptimam gene-*

generationem Theſſalia pelluntur à Curetibus & Lelegibus, qui nunc Ætoli & Locri vocantur. Dicæarchus de iis Lelegibus etiam mentionem facit in Helladis deſcriptione, ubi de Locris ſic ait: Οὗτοι κατοικοῦσι πρὸς μεσημβρίαν Αἰτωλίας, Λέλεγες τὸ πρὶν καλούμενοι. Id eſt: *Hi habitant ad meridiem Ætoliæ, qui olim Leleges vocabantur.* Sic etiam Scymnus Chius verſ. 589.

---- εἶτα Φύσκος ὃς γεννᾷ Λοκρὸν,
Ὅς τοὺς Λέλεγας ὠνόμασεν ἀπ' αὐτοῦ Λοκρούς. Id eſt:
---- *Poſtea Phyſcus qui genuit Locrum,*
Qui Lelegas à ſuo nomine Locros vocavit.

Sed omnium antiquiſſimus Heſiodus omnibus ſupra citatis autor fuit, ſic enim ille in Fragmentis:

Ἤτοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λάων,
Τοὺς ῥά ποτε Κρονίδης Ζεὺς, ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς,
Λεκτοὺς ἐκ γαίης ἀλέους πόρε Δευκαλίωνι

Sed Salmaſius pro ἀλέους legi vult λαέων, ut puto optime. Id eſt:

Scilicet enim Locrus dux fuit populorum Lelegum,
Quos olim Saturnius Jupiter, qui novit æterna conſilia,
Electos è terra lapidum tribuit Deucalioni.

Sed apud Strabonem aliter legitur: Λεκτοὺς ἐκ γαίης ἀλέους πόρε Δευκαλίωνος. Id eſt: *Electos è terra Deucalionis confertos tradidit.* Scilicet ſecundum eam lectionem, Leleges ex Phthiotide ceu Phocide profecti Locridem occupaverunt, fuit enim Phthiotis terra poſterorum Deucalionis, ubi Hellas; Phocis vero & Parnaſſus ipſius Deucalionis manſio. Sed idem Salmaſius ad Solinum pag. 146. mutat Strabonis verba & ſententiam, & ſic legit: Λεκτοὺς ἐκ γαίης λαοὺς πόρε Δευκαλίωνι, & interpretatur de lapidibus electis in homines transformatis, cum vide dicto loco. Etymologicam dum rationem nomi-

nis docet, Epicnemidios ſubdividit in voce Ἐπικνημίδιοι: τῶν Λοκρῶν, οἱ μὲν Ἐπικνημίδιοι, οἱ δὲ Ὑποκνημίδιοι ὀνομάζονται ἀπὸ Κνημῖδος τοῦ ὄρους. Id eſt: *Locrorum alii Epicnemidii alii Ypocnemidii nominantur à monte Cnemide.* Et eas duas voces forte apud autores invenerat, ſed ex eo male concludit, fuiſſe diverſos populos, ideo eam ſubdiviſionem futilem judico, nullus enim alius id dixit. Strabo lib. 9. ſic de ea regione loquitur: Ὁ γὰρ Δαφνοῦς ἦν τότε τῆς Φωκίδος (ſic legendum) σχίζων ἐφ' ἑκάτερα τὴν Λοκρίδα, καὶ μέσος τεταγμένος τοῦ τε Ὀπουντίου κόλπου, καὶ τῆς τῶν Ἐπικνημιδίων παραλίας· νῦν δὲ Λοκρῶν ἐστιν ἡ χώρα· τὸ δὲ πόλισμα κατέσκαπται, ὥστ' οὐδ' ἐκεῖ καθήκειν οὐκέτι μέχρι τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ θαλάσσης ἡ Φωκίς. Id eſt: *Daphnus enim tunc erat Phocidis, dividens bifariam Locridem, & medius poſitus inter ſinum Opuntium & litus Epicnemidiorum, nunc autem regio ad Locros pertinet, urbs vero everſa eſt, adeo ut non amplius Phocis attingit mare Euboicum.* Et paulo poſt: Ὃν τρόπον δὲ ἡ Φωκὶς τῇ Βοιωτίᾳ παράκειται, τοῦτον καὶ ἡ Λοκρὶς τῇ Φωκίδι ἑκατέρα.. διττὴ γάρ ἐστι διῃρημένη ὑπὸ τοῦ Παρνασσοῦ δίχα, ἡ μὲν ἐκ τοῦ ἑσπερίου μέρους παρακειμένη τῷ Παρνασσῷ, καὶ μέρος αὐτοῦ νεμομένη, καθήκουσα δὲ ἐπὶ τὸν Κρισαῖον κόλπον, ἡ δὲ ἐκ τοῦ πρὸς ἕω τελευτῶσα ἐπὶ τὴν πρὸς Εὐβοίᾳ θάλασσαν· καλοῦνται δὲ καὶ οἱ ἑσπέριοι Λοκροὶ καὶ Ὀζόλαι. Id eſt: *Quomodo autem Phocis Bœotiæ adjacet, ſic & Locris utraque Phocidi, duplex enim eſt diviſa bifariam à Parnaſſo, & una quidem ad occidentale latus Parnaſſi adjacens; & partem ejus incolens, & Criſſæum ſinum attingens: alia vero ab orientali latere uſque ad Euboicum mare extenſa: vocantur autem Heſperii Locri etiam Ozolæ.* Hæc Strabonis jam ſupra citata viſum eſt hoc loco repetere, eo quod Epicnemidiorum ſitum apprime demonſtrant. Plinius ſolos Epicnemidios notat, & in iis Opuntem urbem ponit, nulla de

de Opuntiis facta mentione, quod & alii etiam fecerunt, ut Pindari Scholiaſtes Olymp. ode XI: Γένη γὰρ Λοκρῶν ἐςὶ τρία, Ἐπιζηφύριοι, Ὀζόλαι, Ἐπικνημίδιοι· τούτων οἱ μὲν Ἐπιζηφύριοι εἰσὶ Λοκροὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ· οἱ δὲ Ὀζόλαι πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ, οἱ δὲ Ἐπικνημίδιοι πρὸς Εὐβοίᾳ. Id eſt: *Genera enim Locrorum tria ſunt, Epizephyrii, Ozolæ, Epicnemidii, eorum Epizephyrii Locri ſunt in Italia: Ozolæ vero prope Ætoliam, Epicnemidii ad Eubœam verſi.* Sic & autor brevium ſcholiorum ad Iliad. α. verſ. 527. de Opuntiis tacuit. Locrorum nullam diviſionem fecit Homerus in catalogo, urbes autem eorum recenſet hoc modo:

Οἳ Κῦνόν τ' ἐνέμοντο, Ὀπόεντά τε, Καλλίαρόν τε,
Βῆσσάν τε, Σκάρφην τε, καὶ Αὐγειὰς ἐρατεινὰς,
Τάρφην τε, Θρόνιόν τε, Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.
Τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο
Λοκρῶν, οἳ ναίουσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίης. Id eſt:

Qui Cynum incolebant, & Opoëntem, & Calliarum,
Et Beſſan, & Scarphen, & amabiles Augias,
Tarphen, & Thronium prope Boagrii fluenta.
Simul eum ſequebantur quadraginta nigræ naves
Locrorum, qui incolunt ultra ſacram Eubœam.

Nullam de Ozolis aut de eorum urbibus Poëta fecit mentionem, & eas quidem, quas recenſet nullo ordine, poſuit, non permittente metro. Omnium vero ſeptentrionaliorem ponunt tabulæ Scarphiam. Nam poſt Thermopylas in eodem tractu ponunt *Scarpias*, mutata aſpirata in mediam: de ea urbe poſt Homerum antiquiſſimam mentionem fecit Lycophron, cujus verba apponam:

Λάρυμνα, καὶ Σπέρχεις, καὶ Βοάγρις,
Καὶ Κῦνε, καὶ Σκάρφεια, καὶ Φαλωριάς,

Καὶ Ναρύκειον ἄστυ, καὶ Θρονίτιδες
Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ Πυράνθιοι νάπαι,
Καὶ πᾶς Ὀδοιδόκου Ἰλέως δομός. Id eſt:
Larymna, & Sperchie, & Boagrie,
Et Cyne, & Scarphia, & Thronitides
Locrorum vici, & Pyranthiæ valles,
Et omnis Oilei Odædocia domus.

De ejus urbis ſitu nos docet Strabo lib. 9: Μετὰ δὲ ταῦτα Σκάρφη σταδίοις ὑπερκειμένη τῆς θαλάσσης δέκα, διέχουσα δὲ τοῦ Θρονίου τριάκοντα, ἔπειτα Νίκαια καὶ αἱ Θερμοπύλαι. Id eſt: *Poſt hæc Scarphe ſupra mare ſita ad ſtadia decem, à Thronio autem triginta, poſt eam Nicæa & Thermopylæ.* Appianus in Syriaca hunc ſitum firmat, dum pugnam ad Thermopylas inter Antiochum & Manium Atilium Romanum narrat. Nam poſtquam Cato pulſis à Callidromo Ætolis in caſtra Antiochi ad Thermopylas ſita penetravit, & fuga militum Antiochi facta eſt, ait: Ὁ δὲ Μάνιος μέχρι μὲν ἐπὶ Σκάρφειαν ἐδίωκεν αὐτοὺς, κτείνων τε καὶ ζωγρῶν, ἀπὸ δὲ τῆς Σκαρφείας, ἐπανιὼν διήρπαζε τὸ στρατόπεδον τοῦ βασιλέως. Id eſt: *Manius verò uſque ad Scarphiam eos perſequutus eſt, occidens & captivans, in reditu verò à Scarphia caſtra regis expilavit.* De ea etiam urbe Pauſanias in Achaïcis, dum bellum Achæorum duce Critolao & Romanorum duce Metello narrat, ſic ait: Τότε δὲ ὡς παρὰ τῶν κατασκόπων ἐπυνθάνετο ὁ Κριτόλαος, Μέτελλον καὶ Ῥωμαίους διαβεβηκέναι τὸν Σπέρχιον, ἀπέφυγεν εἰς Σκάρφειαν τῶν Λοκρῶν, οὐδὲ, κατὰ τὸ στενὸν τὸ Ἡρακλείας μεταξὺ καὶ Θερμοπυλῶν τοὺς Ἀχαιοὺς τάξας, ἐτόλμησεν ὑπομεῖναι Μέτελλον. Id eſt: *Tunc autem cum didiciſſet ex ſpeculatoribus Critolaus, Metellum & Romanos tranſvadaſſe Sperchium, aufugit in Scarphiam Locrorum urbem, nec auſus eſt Metellum præſtolari, Achæos in aciem ordinans ad anguſtias, quæ Heracleam & Thermopylas intercedunt.*

Ptole-

Ptolemæus in Europæ tabula cap. 15. eam inter Locrorum Epicnemidiorum civitates maritimas ponit, non male, quando decem tantum ſtadiis à mari diſtabat, &, ut puto, habuit quoddam navale ad ipſum mare: quod Scarphiæ portus dicebatur, quod me ſuadet Antipatri epigramma in Anthologia in naufragos & quendam Ariſtagoram, qui ibi naufragium fecerat, ſic autem habet:

Πᾶσα θάλαττα, θάλαττα· τί Κυκλάδας, ἢ στενὸν Ἕλλης
Κῦμα, καὶ ὀξείας ἠλεὰ μεμφόμεθα;
Ἄλλως τοὔνομ᾽ ἔχουσιν· ἐπεὶ τί με τὸν προφυγόντα
Κεῖνα, Σκαρφαιεὺς ἀμφεκάλυψε λιμήν.
Νόστιμον εὐπλοΐην ἀρῷτό τις· ὡς τάγε πόντου,
Πόντος· ὁ τυμβευθεὶς οἶδεν Ἀρισταγόρης. Id eſt:

Omne mare, eſt mare, quid de Cycladibus & Helleſponti
Fluctu, & acutis inſulis querimus?
Diverſum quidem nomen habent; ſed cum omnia aufugiſſem,
Portus Scarphienſis me circum operuit.
Fælicem navigationis reditum ſpe concipiat quis,
Sed maria ſunt maria, id novit Ariſtagoras hic ſepultus.

De ea urbe Stephanus: Σκάρφεια, πόλις Λοκρίδος τῶν Θερμοπυλῶν ἐγγύς. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Σκαρφείας· τὸ ἐθνικὸν, Σκαρφεὺς, καὶ Σκαρφιεὺς, καὶ Σκαρφαῖος, καὶ Σκάρφιος. Id eſt: *Scarphia, urbs Locridis prope Thermopylas: dicta eſt à Scarphia. Gentile, Scarpheus, & Scarphicus & Scarphæus, & Scarphius.* Eam urbem funditus everſam fuiſſe ait Euſtathius ad Iliad. β. verſ. 532. Ἡ δὲ Σκάρφη (ait) κεῖταί φασιν ἐγγὺς Θερμοπυλῶν. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Σκαρφείας ἐνδόξου τινὸς γυναικός· φασὶ δὲ καὶ ὅτι ἐκ θεμελίων ἡ πόλις αὕτη ἀνερρίφη, ὥστε καὶ σώματα καταδῦναι χιλίων ἑπτακοσίων οὐκ ἐλάττω. Id eſt: *Scarphe, ut ajunt, ſita eſt prope Ther-*

mopylas, ſic autem vocata eſt à quadam Scarphia fœmina celebri: ajunt autem eam à fundamentis everſam fuiſſe, & corpora abſorpta fuiſſe non minus quam mille & ſeptingenta. Ex his verbis videtur intelligere, eam terræ motu periiſſe. Sed Conſtantinus in Themate occidentali, eam in ordine totius Helladis primam ponit; itaque eam everſionem accidiſſe oportet inter tempora Conſtantini, qui florebat anno Chriſti circiter 910 & Euſtathii, qui multo poſt, ſub Manuele Comneno ſcribebat; vel eum de everſione, multis ante Conſtantinum ſeculis facta, loquutum fuiſſe, & eam urbem inſtauratam Conſtantini ſeculo, rurſus celebrem factam fuiſſe. Niger certe ipſiſſimis Euſtathii verbis uſus, terræ motu everſam fuiſſe dicit.

Fuit etiam aliud oppidum minus celebre in Scarphiæ vicina, & ſeptentrionalius Scarphia, nomine *Alpenus*, vel *Alpenum*, ſitum in principio anguſtiarum, quæ ad Thermopylas è Locride ducunt; de eo Herodotus lib. 7: Ἡ δὲ αὖ διὰ Τρηχῖνος ἔσοδος ἐς τὴν Ἑλλάδα, ἐστὶ, τῇ στεινοτάτη, ἡμίπλεθρον· οὐ μέν τοι κατὰ τοῦτό γ' ἐστὶν τὸ στεινότατον τῆς χώρης τῆς ἄλλης, ἀλλ' ἔμπροσθέν τε Θερμοπυλέων καὶ ὄπισθεν· κατά τε Ἀλπηνοὺς ὄπισθεν ἐόντας, ἐοῦσα ἁμαξιτὸς μούνη, καὶ ἔμπροσθεν κατὰ Φοίνικα ποταμὸν, ἀγχοῦ Ἀνθήλης πόλιος. Id eſt: *Ingreſſus vero in Græciam per Trachinem, ubi arctiſſimus, eſt dimidii jugeri: non tamen eſt ibi arctiſſimus locus regionis, ſed ante & poſt Thermopylas, prope Alpenos, qui pone ſunt, ad ſolum currum unum via patet: ante vero juxta Phœnicem fluvium prope Anthelam urbem.* In hoc loco tam inculto & aſpero mirum mihi videtur, fuiſſe tot urbes. Ideo credo Herodotum, ſuam Græciam magnificantem, urbes vocaſſe, quæ fuerunt pagi. Æſchines tamen in oratione de Falſa Legatione, *Alpenum*, ut locum utilem, proponit: Πρέσβεις πρὸς ὑμᾶς ἦλθον ἐκ Φωκέων,

βοηθεῖν

βοηθεῖν αὐτοῖς κελεύοντες, καὶ ἐπαγγελλόμενοι παραδώσειν Ἄλπωνον, καὶ Θρόνιον, καὶ Νίκαιαν, τὰ τῶν παρόδων τῶν ἐς Πύλας χωρία κύρια. Id eſt: *Ad vos venerunt legati Phocenſium, auxilium petentes, & promittentes ſe daturos Alponum & Thronium & Nicæam, loca habentia in ſua poteſtate tranſitum ad Thermopylas.* Hoc loco Æſchines Alponum vocat, non Alpenum, eum locum, & ſic etiam eum vocaverat Hecatæus, ut teſtatur Stephanus in Ἄλπωνος, ſed ibi κώμην vocat, non πόλιν, id eſt, pagum, non urbem.

CAPUT IV.

De NICÆA.

Fuit etiam in eodem tractu, non longe ab Alpeno & Thermopylis, urbs Νίκαια *Nicæa*, ad mare ſita; de qua Homerus non meminit, eo quod forte ſuo tempore non erat condita; de ea tamen mentionem fecerunt, Demoſthenes, Æſchines, Polybius, Diodorus, Strabo, Harpocration, Stephanus, Suidas, T. Livius & alii. Demoſthenes igitur in oratione ſupra Philippi Epiſtolam, de Philippo ſic ait: Ὑποπτεύεται δὲ ὑπὸ Θηβαίων, Νίκαιαν μὲν φρουρᾷ κατέχων, εἰς δὲ τὴν Ἀμφικτυονίαν εἰσδεδυκώς. Id eſt: *Suſpectus autem eſt Thebanis, utpote qui Nicæam præſidio occupabat, & in Amphictyonum conſeſſum ſe ingerebat.* Æſchines etiam in oratione de Falſa Legatione, ea de eo oppido dixit, quæ paulo ſupra citavi: de ea etiam Polybius lib. 10. de Philippo: Πυθόμενος δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἄτταλον εἰς Νίκαιαν καταπεπλευκέναι· τοὺς δὲ Αἰτωλῶν τοὺς ἄρχοντας εἰς Ἡράκλειαν ἀθροίζεσθαι, χάριν τοῦ κοινολογηθῆναι πρὸς ἀλλήλους, ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων. Id eſt: *Dein cognito, Attalum Nicæam adnavigaſſe, & principes Ætolorum Heracleam convenire, ut ſimul de præſentibus ne-*

gotiis in commune deliberarent. Et lib. 7. de colloquio inter Philippum & T. Quintium Flaminium, Attalum & Ætolos, ſic ſcribit: Συνεγγίσαντες δὲ κατὰ Νίκαιαν πρὸς τὴν θάλατταν, οἱ μὲν περὶ τὸν Τίτον ἐπέστησαν παρ' αὐτὸν τὸν αἰγιαλόν· ὁ δὲ Φίλιππος ἐγγίσας τῇ γῇ, μετέωρος ἔμενε, τοῦ δὲ Τίτου κελεύοντος αὐτὸν ἀποβαίνειν, διαναστὰς ἐκ τῆς νεώς, οὐκ ἔφησεν ἀποβήσεσθαι. Id eſt: *Quum prope Nicæam mari proximaſſent Flaminius in ipſo littore ſubſtitit: Philippus vero terræ proximus factus in alto manſit, & hortante Tito, ut in terram deſcenderet, ex navi ſe erigens negavit ſe deſcenſurum.* Sic etiam de ea Diodorus lib. 16. de eodem Philippo ait: Ὁ Φίλιππος παραλαβὼν τοὺς Θεσσαλοὺς ἧκεν εἰς τὴν Λοκρίδα μετὰ πολλῆς δυνάμεως, καταλαβὼν δὲ Φάλαικον πάλαι τῆς στρατηγίας ἠξιωμένον, καὶ τὸ τῶν μισθοφόρων πλῆθος ἔχοντα, παρεσκευάζετο παρατάξαι κρίνειν τὸν πόλεμον· ὁ δὲ Φάλαικος ἐν Νικαίᾳ διατρίβων, καὶ θεωρῶν αὐτὸν οὐκ ἀξιόμαχον ὄντα, διεπρεσβεύσατο πρὸς τὸν βασιλέα. Id eſt: *Philippus, ſecum acceptis Theſſalis, Locridem venit, cum multis copiis, cum autem deprehendiſſet Phalæcum, qui jam olim copiarum ducatum obtinuerat, & mercenariorum militum multitudinem ſecum habentem, præparavit ſe ad decernendum acie; Phalæcus vero Nicææ tempus terens, & videns ſe non eſſe viribus æqualem ad pugnam conſerendam, legatos ad Philippum miſit.* Sed de ejus ſitu manifeſte Strabo lib. 9. Μετὰ δὲ ταῦτα Σκάρφη, σταδίοις ὑπερκειμένη τῆς θαλάσσης δέκα, διέχουσα δὲ τοῦ Θρονίου τριάκοντα· εἶτα Νίκαια καὶ αἱ Θερμοπύλαι. Id eſt: *Poſt hæc Scarphe, ſtadiis decem à mari ſupereminens, a Thronio vero triginta deinde Nicæa & Thermopylæ.* Ex eo ordine colligitur, fuiſſe Nicæam propiorem Thermopylis, & Scarphia aliquanto ſeptentrionaliorem. T. Livius etiam de ea meminit, ſed cum ejus verba ſint ipſa Polybii verba Latine tranſlata, non opus eſt hic ea adſcribere. Harpocration

ea, quæ

ea, quæ dixit, habet ex Æſchine ſupra citato. Eam etiam memorat Stephanus in Νίκαια, quam ait eſſe Epicnemidiorum, ſed in eo eſt caſtigandus, quod aliam rurſus ponit juxta Thermopylas, quæ eadem eſt, & ex una duas facit. Eadem verba ex Stephano cum eodem errore exſcripſit Suidas, ſed altero errore eundem errorem cumulavit. Nam cum Stephanus dicat, Nicæam Bithyniæ dictam poſtea fuiſſe Antigoniam, id Suidas magno errore Nicææ Locrorum Epicnemidiorum tribuit. Ex his omnibus patet, Nicæam illam fuiſſe ſitam ad mare Euboïcum, in Locrorum Epicnemidiorum regione, prope Thermopylarum anguſtias, & in earum exitu, meridiem verſus. De ejus conditu & fortunis nihil inveni.

CAPUT V.

De Thronio.

Thronium, urbem in eodem tractu mediterraneam, & in ſuperiorum locorum vicinia, Homerus recenſuit in catalogo lib. 2. verſ. 533.

Τάρφην τε Θρόνιόν τε Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Id eſt:
Et Tarphem & Thronium circa Boagrii fluenta.

Ad quem locum Didymus ait: Ἀπὸ Θρονίας νύμφης οὕτως ὠνόμασται. Id eſt: *A Thronia Nympha ſic vocata eſt.* Et poſtea: Ὁ δὲ Βοάγριος ποταμὸς τῆς Λοκρίδος. Id eſt: *Boagrius autem fluvius eſt Locridis.* Et Euſtathius: Τὸ δὲ Θρόνιον τὸ κατὰ τὴν μεσογαίαν τῆς Κνημίδος, τῶν Ἐπικνημιδίων γάρ ἐστι Λοκρῶν. Id eſt: *Thronium vero in mediterraneo Cnemidis, nam eſt Epicnemidiorum Locrorum.* De ea urbe Thucydides lib. 2. de expeditione, quæ circa Locridem ad Eubœam tutandam ab Athenienſibus facta eſt, duce Cleopompo, ſic ait: Καὶ ἀποβάσεις ποιησάμενος, τῆς τε παραθαλασ-

σίας ἐστὶν, ἃ ἐδήωσε, καὶ Θρόνιον εἷλεν, ὁμήρους τε ἔλαβεν αὐτῶν, καὶ ἐν Ἀλόπῃ τοὺς βοηθήσαντας Λοκρῶν μάχῃ ἐκράτησεν. Id eſt: *Et cum exſcenſionem feciſſet, regionis maritimæ quædam vaſtavit, & Thronium cepit, & obſides inde accepit, & in Alope eos, qui ex Locris auxilium adduxerant, pugna commiſſa ſuperavit.* Eadem habet Diodorus & iiſdem verbis fere lib. 12. Μετὰ ταῦτα Ἀθηναῖοι, στρατηγὸν προχειρισάμενοι Κλεόπομπον, ἐξαπέστειλαν μετὰ νεῶν τριάκοντα, προστάξαντες τήν τε Εὔβοιαν παραφυλάττειν, καὶ Λοκροῖς πολεμεῖν· ὁ δὲ ἐκπλεύσας, τήν τε παραθαλάττιον τῆς Λοκρίδος ἐδήωσε, καὶ πόλιν Θρόνιον ἐξεπολιόρκησε, τοῖς δὲ ἀντιταξαμένοις τῶν Λοκρῶν συνάψας μάχην ἐνίκησε περὶ πόλιν Ἀλόπην. Id eſt: *Poſt hæc Athenienſes, cum ducem exercitus elegiſſent Cleopompum, emiſerunt eum cum navibus triginta, jubentes ut Eubœam cuſtodiret, & Locris bellum inferret: ille igitur ſolvens, maritimam Locrorum oram vaſtavit, & Thronium obſidione cepit, & Locros in acie contra ordinatos pugna commiſſa vicit circa Alopen.* Idem Diodorus Thronium ab Onomarcho Phocenſi ſacrilegorum duce expilatum fuiſſe, & in ſervitutem ejus incolas redactos narrat lib. 16. Θρόνιον μὲν ἐκπολιορκήσας ἐξηνδραποδίσατο. Sed Scylacis locus maxime conſiderandus eſt, falſam enim ὑπόθεσιν videtur inſinuare. Nam & Thronium, & Cnemidas Phocenſibus tribuit, non Locris; ſic enim habet: Μετὰ δὲ Λοκροὺς εἰσὶ Φωκεῖς· διήκουσι γὰρ καὶ οὗτοι εἰς τὴν θάλασσαν ταύτην, καὶ πόλεις αὐτῶν εἰσὶν αἱ δέ· Θρόνιον, Κνῆμις, Ἐλάτεια. Id eſt: *Poſt Locros ſiti ſunt Phocenſes, pertingunt enim etiam illi ad hoc mare, & urbes eorum hæ ſunt, Thronium Cnemis, Elatia.* At omnes antiqui contra cenſent, & Locris Thronium & Cnemidas tribuunt. Euripides de Iphigenia in Aulide:

Λοκροῖς δὲ τοῖς δ' ἴσας ἄγων
Ναῦς Ὀϊλέως τόκος κλυτὰν

Θρονιάδ'

Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν. Id eſt:

Locris vero his pares ducens
Naves Oïlei filius
Throniadem relinquens urbem.

Et Lycophron verſ. 1143. Καὶ Θρονίτιδες Λοκρῶν ἀγυιαί. Id eſt: *Et Thronitides Locrorum vici.* Et Polybius lib. 17. poſt colloquium cum Philippo factum ad Nicææ littus in Locride, & ad diem ſequentem protractum, ait de loco: Ταξάμενοι συμπορεύεσθαι πρὸς τὸν κατὰ Θρόνιον αἰγιαλόν. Id eſt: *Convenire decreverunt ad littus è regione Thronii.* Ex quo loco patet, Thronium non longe à Nicæa & à mari fuiſſe ſitum. Pauſanias Heliac. 2. Λοκροὶ δ' ἐκ Θρονίου τῆς ἐπὶ Βοαγρίῳ ποταμῷ, καὶ Ἄβαντες ἀπὸ Εὐβοίας ναῦσιν ὀκτὼ, συναμφότεροι πρὸς τὰ ὄρη κατηνέχθησαν τὰ Κεραύνια. Id eſt: *Locri autem ex Thronio urbe, quæ ad Boagrium fluvium ſita eſt, & Abantes ex Eubœa octo navibus ſimul ad montes Ceraunios delati ſunt.* Strabo lib. 9. Μετὰ δὲ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κνημίδος λιμὴν, ὑπὲρ οὗ κεῖται τὸ Θρόνιον ἐν σταδίοις τοῖς ἴσοις κατὰ τὴν μεσογαίαν. Id eſt: *Poſt ſtadia viginti à Cnemide portus eſt, ſuper quo ſitum eſt Thronium totidem ſtadiis diſtans in mediterraneo.* Ptolemæus etiam in Epicnemidiis eam urbem ponit: Λοκρῶν Ἐπικνημιδίων, μεσόγιον Θρόνιον, Heſychius in voce Θρόνιον, πόλις Λοκρίδος ἡ Θρόνιον. Id eſt: *Urbs Locridis Thronium.* Valeat igitur Scylax, qui Caryandis in Aſia natus, non tam exacte de ſitu & diviſione Phocenſium & Locrorum contra tot autores eſt audiendus. Sed potius audiamus T. Livium, qui ter in eadem pagina lib. 28. fœdo mendo conſpurcatus eſt. Nam ubi de bello Philippi contra Romanos & Attalum ſermonem facit, ſic habet: *Compoſitis circa Opuntem rebus, Toronem eſt profectus.* Et paulo poſt: *Haud majore certamine, quam Opuntem Attalus ceperat, Philippus Toronem cepit. Incolebant eam urbem*

profugi

profugi ab Thebis Phthioticis : urbe ſua capta à Philippo, cum in fidem Ætolorum conceſſiſſent, ſedem eis Ætoli eam dederant, urbis vaſtatæ ac deſertæ priore ejuſdem Philippi bello. Tum ab Torone, ſicut paulo ante dictum eſt, recepta profectus, Tritonum & Drymas, Doridis parva ac ignobilia oppida cepit : inde Elatiam ...... venit. In hoc loco ter Torone pro Thronio male legitur, quod videbit, quicunque non erit omnino Græciæ geographiæ ignarus.

Torone longiſſime à Locride, tota Theſſalia & Macedonia intercedente, quam dare habitandam profugis illis non poterant Ætoli, & longiſſime à Torone ſiti, & qui numquam aliquid juris in ea habuerant. Sed exſcriptor Toronem noverat celebriorem, Thronium ignorabat, notiorem igitur pro ignota poſuit, quod amat fieri. Idem Livius lib. 32. de Thronio loquitur, ſed nihil aliud habet, quam interpretationem loci Polybii ſupra citati, ideo eum locum non apponam. Sed ne quid diſſimulem, Æſchines videtur Scylaci aſtipulari, qui in oratione de falſa legatione, hæc ait, quæ jam ſupra citata ſunt. Πρεσβεῖς πρὸς ὑμᾶς ἦλθον ἐκ Φωκέων, βοηθεῖν αὐτοῖς κελεύοντες, καὶ ἐπαγγελλόμενοι παραδώσειν Ἄλπωνον, καὶ Θρόνιον, καὶ Νίκαιαν. Id eſt: *Legati Phocenſium ad vos venerunt, auxilium petentes & promittentes ſe daturos Alponum, & Thronium, & Nicæam.* At niſi fuiſſent ea loca in Phocenſium poteſtate, ridiculum fuiſſet, ea promittere ſe daturos, quæ non erant ſuæ ditionis, vel in ſua poteſtate. Certe ex hoc Æſchinis loco concluditur, eo tempore, quo hæc dicebat Æſchines, eas urbes fuiſſe ſub Phocenſium imperio; ſed ideo non ſunt cenſendæ fuiſſe in Phocide, ſed vel Locros Epicnemidios fuiſſe ſub Ætolorum jugo, unde ſuſpicio oritur, ea, quæ ſub Scylacis nomine in hominum manibus verſantur, non eſſe Scylacis illius antiqui

antiqui opus, ſed cujuſdam multo recentioris, & qui ſcribebat eo tempore, quo Phocenſes Locris vicinis prævaluerant, & ſuas urbes præſidiis occupaverant, ſed hæc ſatis ſint de illo oppidulo.

CAPUT VI.

De Cnemide.

Nunc de loco, qui regioni dedit nomen, dicendum; is fuit mons ad littus maris ſitus cum oppido, nomine Κνήμις vel Κνημίδες. De ejus ſitu ſatis expreſſè Strabo l. 9. qui, ubi de Ozolis dixit, hæc addit: Οἱ δ' ἕτεροι διχά πως καὶ αὐτοὶ διῃρημένοι· οἱ μὲν Ὀπούντιοι ἀπὸ τῆς μητροπόλεως, ὅμοροι Φωκεῦσι καὶ Βοιωτοῖς· οἱ δ' Ἐπικνημίδιοι, ἀπὸ ὄρους Κνημῖδος προσεχεῖς Οἰταίοις τε καὶ Μαλιεῦσι. Id eſt: *Alii etiam bifariam diviſi, Opuntii quidem à Metropoli dicti, Phocenſium & Bœotorum vicini, alii vero Epicnemidii à monte Cnemide, Oetæos & Malienſes attingentes.* Et rurſus eodem libro: Μετὰ δὲ Δαφνοῦντα Κνημίδες, χωρίον ἐρυμνὸν, ὅσον σταδίους εἴκοσι πλεύσαντι· καθ' ὃ καὶ τὸ Κήναιον ἐκ τῆς Εὐβοίας ἀντίκειται, ἄκρα βλέπουσα πρὸς ἑσπέραν, καὶ τὸν Μαλιέα κόλπον, πορθμῷ διειργομένη σχεδὸν εἴκοσι σταδίων· ταῦτα δ' ἤδη τῶν Ἐπικνημιδίων ἐστὶ Λοκρῶν. Id eſt: *Poſt Daphnuntem autem Cnemides ſunt, locus munitus, diſtans viginti ſtadiorum navigatione, è regione cujus Cenæum Eubœæ contra ſitum eſt promontorium, occidentem verſus tendens, & ſinum Maliacum, interjacente freto viginti fere ſtadiorum.* Scylax etiam id oppidum Phocenſibus tribuit male. Emendandus & in ejus oppidi ſitu Plinius lib. 4. cap. 7. ubi ait: *Phocidis in littore unum Daphnûs, introrſus in Locris Elatea, & in ripa Cephiſſi, ut diximus, Lilæa, Delphoſque verſus Cnemis & Hyampolis.* Quid ſibi vult,

cum ait, Cnemidem eſſe Delphos verſus? oppidum enim quod ad Eubœam ſpectat, longe diſſitum eſt à Delphis, itaque credo delendam eſſe particulam *que*, & legendum *Lilæa Delphos verſus*. Et ibi interpungendum, & poſt punctum: *Cnemis & Hyampolis*. Licet, ut libere dicam, valde confuſo ordine Plinius eo loco ſcripſerit: melius Mela, qui ſic habet: *Opoës Scarphia, Cnemides, Alope*: licet non exacte ſeruato ſitus ordine. Pauſanias in Phocicis inter populos, qui ab ipſo Amphictyone admiſſi ſunt in Amphictyonum conceſſum, recenſet: Λοκροὺς τῇ Φωκίδι ὁμόρους, ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κνημῖδι. Id eſt: *Locros Phocidi conterminos ſub monte Cnemide*. De falſo ordine Ptolemæi jam ſupra diximus ſatis. De ejus nominis etymo Favorinus in lexico hæc habet: Κνημοὶ, τὰ ὑψηλότερα τῆς ὑπωρείας, ἔνθα συλληβομένων τῶν ὑδάτων ὕλη πυκνοῦται. Id eſt: *Cnemi, altiora loca montibus ſuppoſita, ubi receptis aquis, ſylva (ceu herba) ſpiſſior fit*. (Sed forte melius legeretur συλλειβομένων) & rurſus addit: Κνήμους, δασεῖς, τραχεῖς, καὶ δυσβάτους τόπους. Id eſt: *Cnemos, ſpiſſos, aſperos, & difficiles aditu locos*. Ex his autoribus patet, Cnemides montem eſſe, & olim cum oppido ad littus maris ſito, è regione Cenari promontorii, 20. ſtadiis ab eo diſſiti, ad ſeptentrionem Daphnuntis. Et hæc ſunt, quæ de eo oppido inveniuntur.

Locros Epicnemidios permeat Boagrius fluvius, quem Homerus memorat in Thronii vicinia, in catalogo verſu 532. ad quem locum Euſtathius nihil aliud habet, quam quod à Strabone accepit, qui lib. 9. ſic habet: Μετὰ δὲ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κνημῖδος λιμήν, ὑπὲρ οὗ κεῖται τὸ Θρόνιον, ἐν σταδίοις τοῖς ἴσοις κατὰ τὴν μεσογαίαν· εἶθ' ὁ Βοάγριος ποταμὸς ἐκδίδωσιν ὁ παραρρέων τὸ Θρόνιον, Μάνην δὲ ἐπονομάζουσιν αὐτόν· ἔστι δὲ χειμάρρους, ὥστ' ἀβρόχοις ἐμβαίνειν τοῖς ποσίν, ἄλλό τι δὲ δίπλεθρον ἴσχειν πλάτος. Id eſt: *Poſt viginti ſtadios à Cnemide*

Cnemide portus eſt, ſuper quo ſitum eſt Thronium, totidem ſtadiis diſtans in mediterraneo: deinde Boagrius fluvius exit, qui alluit Thronium: Manem eum vocant. Eſt autem torrens, adeo ut tranſeatur ſiccis pedibus, nihilominus autem duo plethra latus eſt. De eo mentionem fecit olim Lycophron verſu 1141. Λάρυμνα, καὶ Σπέρχιε, καὶ Βοάγριε. Id eſt: *Larymna, & Sperchie, & Boagrie.* Ad quæ nihil aliud Tzetzes, quam fluvium eſſe Locridis. Item Pauſanias Heliac. 1. Λοκροί τε ἐκ Θρονίου τοῦ ἐπὶ Βοαγρίῳ ποταμῷ. Id eſt: *Locri è Thronio, quæ ad Boagrium fluvium.* Ptolemæus in Epicnemidiis: Βοαγρίου ποταμοῦ ἐκβολαί. Id eſt: *Boagri fluvii exitus, ceu os.* De hoc fluvio in Favorini Lexico hæc inveniuntur. Βοάγριος παραῤῥέων Θρόνιον, τὸ κατὰ τὴν μεσογαίαν τῆς Κνημῖδος, τῶν Ἐπικνημιδίων γὰρ ἐστὶ Λοκρῶν. Id eſt: *Boagrius alluens Thronium, quod eſt in mediterraneo Cnemidis: eſt enim Locrorum Epicnemidiorum.* Ab Oeta, ceu Parnaſſo eum profluere neceſſe eſt, mutationem in curſu fecit; ſic enim Strabo lib. 1. ubi de mutatione locorum per terræ motus tractat, ait: Τὸν δὲ Βοάγριον κατ' ἄλλης ἐνεχθῆναι φάραγγος. Id eſt: *Boagrium vero per aliam ſe intuliſſe vallem.* Procedendo ſecundum littus maris verſus meridiem & Locros Opuntios, occurrebat olim oppidum maritimum Δαφνοῦς *Daphnus*, quod Phocenſium erat, ſed à Locris poſtea occupatum, de eo Strabo lib. 1. de mutationibus locorum ait: Κῦμά τε ἐξαρθὲν τριχῇ, τὸ μὲν πρὸς Σκάρφην ἐνεχθῆναι καὶ Θρόνιον, τὸ δὲ πρὸς Θερμοπύλας, ἄλλο δὲ ἐς τὸ πεδίον ἕως τοῦ Φωκικοῦ Δαφνοῦντος. Id eſt: *Fluctum autem trifariam excitatum, partim Scarphem verſus & Thronium, partim Thermopylas verſus, alium ad campos uſque ad Daphnuntum Phocicum.* Idem de eo loco fuſius: Μετὰ δὲ τὴν Βοιωτίαν, καὶ τὸν Ὀρχόμενον, ἡ Φωκίς ἐστι, πρὸς ἄρκτον παραβεβλημένη τῇ Βοιωτίᾳ, παραπλησίως ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν

τό γε παλαιόν· ὁ γὰρ Δαφνοῦς οὐκ ἦν τότε τῆς Λοκρίδος, σχίζων ἐφ' ἑκάτερα τὴν Λοκρίδα, καὶ μέσος ταττόμενος τοῦ τε Ὀπουντίου κόλπου καὶ τῆς τῶν Ἐπικνημιδίων παραλίας, νῦν δὲ Λοκρῶν ἐστιν ἡ χώρα, τὸ δὲ πόλισμα κατέσκαπται, ὥστ' οὐδ' ἐκεῖ καθήκει οὐκέτι μέχρι τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ θαλάσσης ἡ Φωκίς. Id eſt: *Poſt Bœotiam & Orchomenum Phocis eſt, ſupra Bœotiam porrecta ad ſeptentrionem à mari ad mare antiquitus; Daphnûs enim tunc non erat Locridis, eam utrinque in duas partes dividens, & medius poſitus inter Opuntium ſinum & littus Epicnemidiorum: nunc autem Locrorum eſt ea regio, oppidum vero ſolo æquatum, adeo ut Phocis non amplius pertingat uſque ad mare Euboïcum.* In hoc textu Strabonis poſt vocem Δαφνοῦς, particula negativa οὐκ evanuerat, quam ſupplevi, aliter enim ſenſus claudicaret. Eandem deſcriptionem repetit Strabo eod. libro paucis poſt paginis, & rurſus pag. 426. editionis Caſaubonianæ, hæc habet: Ἑξῆς μετὰ τὸν Κῦνον, Ἀλόπη ἐστί, καὶ ὁ Δαφνοῦς, ὃν ἔφαμεν κατεσκάφθαι· λιμὴν δ' ἐστὶν αὐτόθι διέχων Κύνου περὶ ἐνενήκοντα σταδίους, Ἐλατείας δὲ πεζεύοντι εἰς τὴν μεσόγαιαν ἑκατὸν εἴκοσι. Id eſt: *Deinceps à Cyno eſt Alope & Daphnus, quem deletum diximus: ibique portus eſt Cyno diſtans nonaginta ſtadiis, ab Elatea pedeſtri itinere in mediterraneo centum viginti.* De ejus conditu nihil invenitur; poſt Homeri tempora conditum fuiſſe licet ex ejus ſilentio conjectare. Euphorio Δαφνοῦσαν vocavit, ſic enim in ea voce Stephanus: Δαφνοῦς, Φωκικὴ πόλις, ἀρσενικῶς λεγομένη ...... Δαφνοῦσαν δὲ αὐτήν φησιν Εὐφορίων. Id eſt: *Daphnus, Phocicum oppidum, in maſculino genere ...... Daphnuſam vero eum vocavit Euphorio.* De ea Plinius meminit lib. 4. cap. 7. *Phocidis* (ait) *in littore unum Daphnûs.*

Fuit etiam in Epicnemidiorum ſolo urbs Ἄρυκα *Aryca*, de qua pauci meminerunt. Diodorus tamen lib. 14. de quo-

de quodam Iſmenia Thebano ſic ait: Στρατοπεδεύοντος αὐτοῦ εἰς Ἀρύκας τῆς Λοκρίδος (ἐξ ἧς φασι τὸν Αἴαντα γεγενῆσθαι) τὸ πλῆθος τῶν Φωκέων ἀπήντησε μετὰ τῶν ὅπλων, τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντος Λακισθένους τοῦ Λάκωνος, γενομένης δὲ μάχης ἐπὶ πολὺν χρόνον ἰσχυρᾶς ἐκράτησαν οἱ Βοιωτοί. &c. Id eſt: *Cum autem caſtrametatus fuiſſet ad Arycas Locridis (unde domo Æacem fuiſſe dicunt) multitudo Phocenſium in armis occurſavit, duce Laciſthene Lacone, cum autem pugna conſerta fuiſſet valida & diuturna, Bœoti vicerunt.* Et lib. 16. in loco ſupra pag. 383. citato, narrat quomodo Phayllus, qui Arycam per proditionem occupare tentaverat, ab ea ejectus fuit; addit continuo: Μετὰ δὲ ταῦτα στρατοπεδεύοντος αὐτοῦ, [Φαΰλλου] περὶ τὰς ὀνομαζομένας Ἄβας, οἱ Βοιωτοὶ νυκτὸς ἐπιθέμενοι τοῖς Φωκεῦσιν, ἀνεῖλον αὐτῶν οὐκ ὀλίγους· ἐπαρθέντες δὲ τῷ προτερήματι, παρῆλθον εἰς τὴν τῶν Φωκέων χώραν, καὶ πολλὴν αὐτῆς πορθήσαντες, ἤθροισαν λαφύρων πλῆθος· ἐπανιόντων δὲ αὐτῶν, καὶ τῇ Ἀρυκαίων πόλει πολιορκουμένῃ βοηθούντων, ἐπιφανεὶς ὁ Φαῦλλος τούτους μὲν ἐτρέψατο· τὴν δὲ πόλιν ἑλὼν κατὰ κράτος διήρπασε, καὶ κατέσκαψε. Id eſt: *Poſt ea, cum caſtrametatus fuiſſet [Phayllus ſcil.] in Locris Epicnemidiis, circa Abas dictas, Bœoti nocte impreſſionem facientes in Phocenſes, eorum non paucos occiderunt, & ob ſucceſſum lætati animo, in Phocenſium regionem tranſiverunt, & bonam ejus partem devaſtantes, multum prædæ accumulaverunt: in reditu autem, cum Arycæorum urbi obſeſſæ auxilium ferre vellent, Phäyllus ſubito adveniens, eos quidem dare terga cöegit, & cum urbem vi cepiſſet, eam deprædavit & diruit.*

CAPUT VII.

De LOCRIS OPUNTIIS.

Sequuntur Opuntii Locri, ab urbe metropoli Opunte ſatis celebri ſic vocati, ut pote quæ memorata fuit ab Homero, Orpheo ceu Onomacrito, Pindaro, Ariſtophane, Ariſtotele, Æſchine, Apollonio, & ejus docto Scholiaſte, Apollodoro, Strabone, Diodoro, Plutarcho, Pauſania, Ptolemæo, Heſychio, Stephano & Euſtathio. Latinis vero T. Livio, Ovidio, Plinio, Mela & aliis. De ea igitur Homerus meminit in catalogo, ad quem locum Euſtathius ait: Ἡ δὲ Κῦνος ἄκρα τις περατίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον, ἐπίνειον Ὀπόεντος πόλεως Λοκρῶν Ἐπικνημιδίων, τῶν πέραν Εὐβοίας κατὰ τὸν ποιητήν. ἀφ᾽ ἧς ἦν καὶ ὁ τοῦ Ἀχιλλέως συγγενής τε καὶ ἑταῖρος Πάτροκλος, κληθείσης οὕτως ἀπὸ Ὀπόεντος ἄρξαντος ἐν αὐτῇ ..... ὠνόμασται δὲ Κῦνος ἀπὸ Κύνου Λοκροῦ ἀνδρός· Ὀποῦντος γάρ φασι Κῦνον, οὗ Ὀδοίδοκος, οὗ Ὀϊλεύς. οἱ δὲ παλαιοί φασι καὶ ταῦτα· Ἀμφικτύονος καὶ Χθονοπάτρας, ἀπόγονος Φύσκος, οὗ Λοκρός· ὧν ἀπὸ μὲν Φύσκου Φύσκοι πρώην, ἀπὸ δὲ Λοκροῦ, Λοκροὶ οἱ αὐτοὶ ὠνομάσθησαν· Λοκροῦ δὲ, Ὀποῦς, πρὸς ὃν διενεχθεὶς ὁ πατὴρ Λοκρὸς, ἐᾷ μὲν ἄρχειν ἐκεῖνον, αὐτὸς δὲ οἰκεῖ τὰ πρὸς ἑσπέραν τοῦ Παρνασσοῦ. Id eſt: *Cynus autem promontorium terminans Opuntium ſinum, & eſt navale Opoëntis, urbis Locrorum Epicnemidiorum, qui ſunt trans Eubœam, ut ait poëta, è qua urbe fuit Achillis conſanguineus & ſocius Patroclus, ſic autem vocabatur ab Opoënte, qui in ea imperavit...... Cynus autem vocata eſt a Cyno Locro viro: ajunt enim, Opuntis filios fuiſſe Cynum & Qdædocum, cujus fuit Oïleus. At antiqui enarratores hoc etiam ajunt: Amphictyonis & Chthonopatræ poſteri fuerunt, Phuſcus & Locrus*

Locrus, & a Phuſco quidem prius Phuſci, a Locro autem Locri dicti ſunt. Locri vero filius fuit Opûs, cum quo male concors Locrus pater, ceſſit principatum filio, ipſe vero incoluit loca occidentalia Parnaſſi. Sed in tam antiquis narrationibus multæ inveniuntur diverſitates. Nam Pindari Scholiaſtes, qui videtur ſatis antiquus, ad hæc verba Olymp. 9: φέροις δὲ Πρωτογενείας ἄστει γλῶσσαν, hæc ait: φέροις δὲ μᾶλλον, ὦ στόμα, καὶ λέγοις τὰ περὶ τῆς πόλεως τῆς ἀπὸ Πρωτογενείας. λέγει δὲ τῆς Ὀποῦντος· ὑμνοίης δέ φησι τὸ τῆς Πρωτογενείας ἄστυ· ταύτης γὰρ καὶ Λοκροῦ, κατ' ἐπίκλησιν μὲν Ὀποῦς, τῷ γόνῳ δὲ Διός. Πρωτογένεια δὲ Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας. ὁ μέν τοι Πίνδαρος Πρωτογένειαν Ὀποῦντος ἱστορεῖ ἐν τοῖς ἑξῆς. Id eſt: *Fer magis, ô os, & dic de urbe, quæ a Protogenia* (condita vel habitata) *Intelligit autem Opuntem. Celebra autem* (ait) *Protogeniæ urbem, ejus enim & Locri Opûs fuit, quod ad cognomen. Quod ad verum ſemen Jovis. Protogenia autem fuit Deucalionis & Pyrrhæ filia. Pindarus tamen in iis, quæ ſequuntur, ait Protogeniam Opuntis fuiſſe filiam.* Hæc Scholiaſtes, ſed non pugnat Pindarus in iis, quæ ſequuntur; potuit enim Opûs, ſuæ filiæ, indere matris nomen, ut ſæpe fit. Eam celebravit urbem Pindarus ob Epharmoſtum ejus civem Olympionicem, & eam vocat Ματέρ' ἀγλαόδενδρον. Id eſt: *Matrem pulchras arbores habentem.* Sed aliter de Opuntis patre ſentit Apollonii Scholiaſtes, ejus enim patrem ait fuiſſe Elium, ad verſ. 69. libri 1. Sic enim ad voces ἐξ Ὀπόεντος commentatur: Ὀποῦς, πόλις τῆς Λοκρίδος ἀπὸ Ὀπόεντος τοῦ Ἠλείου. Id eſt: *Opus Locri- oppidum ab Opoënte Elii filio.* Niſi quis malit intelligere *Opuntem ex Elide*, ut ſit Ἠλείου patriæ nomen, non patris, quod forte melius. Nam Euſtathius ſupra citatus, Locrum patrem facit Opuntis, non Elium. Græci tamen autores, cum patriam notant viri Elide oriundi, utuntur

ſæpe

ſæpe vocibus ἐξ Η'λίδος. Itaque in eo nihil eſt certi, Orpheus ceu Onomacritus verſ. 177. Opunta aſperam vocat, ſic

> Η'λυθε δ' Α'κτορίων Ι'λυ παῖς Α'κτορίωνος
> Τρηχεῖαν Ο'πόεντα λιπών. Id eſt:
> *Venit autem Actorio Ili filius Actorionis filii*
> *Aſperam Opöenta derelinquens.*

Quod ſatis concinit Pindaro ſupra citato, qui ἀγλαόδενδρον eam urbem vocavit, id eſt, *pulchras arbores habentem.* Nam in locis aſperis, arationi minus propriis, arbores ut plurimum naſcuntur & coluntur. De Opuntiorum regionis ſitu Strabo lib. 9: Οἱ μὲν Ο'πούντιοι ἀπὸ τῆς μητροπόλεως· ὅμοροι Φωκεῦσι καὶ Βοιωτοῖς. Id eſt: *Opuntii quidem à metropoli, collimitanei Phocenſium & Bœotorum.* Sed fuſius aliquanto poſt eodem libro ait: Διῄρηται δὲ δίχα· τὸ μέν γὰρ αὐτῆς ἐστὶν, οἱ πρὸς Εὔβοιαν Λοκροὶ, οἱ σχίζονται ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Δαφνοῦντος· ἐπεκαλοῦντο δὲ οἱ μὲν Ο'πούντιοι ἀπὸ τῆς μητροπόλεως, οἱ δ' Ε'πικνημίδιοι ἀπὸ ὄρους τινὸς Κνημῖδος· τὸ δὲ λοιπὸν, οἱ Ε'σπέριοι εἰσὶ Λοκροὶ, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ο'ζόλαι καλοῦνται· χωρίζει δ' αὐτοὺς ἀπὸ τῶν Ο'πουντίων, καὶ τῶν Ε'πικνημιδίων ὅ, τε Παρνασὸς μεταξὺ ἱδρύμενος, καὶ ἡ τῶν Δωριέων τετράπολις· Α'ρκτέον δ' ἀπὸ τῶν Ο'πουντίων. ἐφεξῆς τοίνυν ταῖς ἄλλαις, εἰς ἃς κατέληξεν ἡ Βοιωτικὴ παραλία, ἡ πρὸς Εὐβοίᾳ τὸν Ο'πούντιον κόλπον συμβαίνει κεῖσθαι· ὁ δ' Ο'ποῦς ἐστὶ μητρόπολις, καθάπερ καὶ ἐπίγραμμα δηλοῖ, τὸ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν, τῶν περὶ Θερμοπύλας, ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ Πωλυανδρίῳ

> Τοὺς δέ ποτε φθιμένους ὑπὲρ Ε'λλάδος ἀντία Μήδων,
> Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει Ο'πουντία, [χθὼν]

[Deeſt in impreſſis vox χθὼν, quam addidi ſententiæ metro exigente], ἀπέχει δὲ θαλάσσης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους, τοῦ δ' ἐπινείου καὶ ἑξήκοντα· Κῦνος δ' ἐστὶ τὸ ἐπίνειον, ἄκρα περματίζουσα τὸν Ο'πούντιον κόλπον σταδίων ὄντα περὶ τετταράκοντα. Μεταξὺ δὲ Ο'ποῦντος καὶ Κύνου, πεδίον εὔδαιμον· κεῖται δὲ κατ' Αἴδηψον

Αἰδηψὸν τῆς Εὐβοίας, ὅπου τὰ θερμὰ τοῦ Ἡρακλέους, πορθμῷ διειργόμενος σταδίων ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν. Id eſt: (Secundum Caſauboni verſionem optimam) *Locris in duas diſtinguitur partes, unam habebant Locri Eubœæ oppoſiti, qui à Daphnunte in duas rurſus portiones ſecantur: nam Locri Opuntii ab Opunte, principe urbe, dicuntur, reliqui Locri Epicnemidii, utpote ad montem Cnemidem accolentes: alteram partem Locri Occidui habitant, qui Ozolæ etiam cognominantur: Hos ab Opuntiis & Epicnemidiis diſtinguit Parnaſſus mons, in medio poſitus, & Dorienſium tetrapolis. Nos ab Opuntiis ordiemur. Sinus Opuntius continuus jacet poſt oram eam, in quam Bœotiæ partes, ad Eubœam ſpectantes, deſinunt. Opus urbs Metropolis eſt, quod oſtendit inſcriptio, in prima de quinque columnis, quæ apud Thermopylas juxta publicum ſepulchrum ſitæ ſunt:*

Hi quondam Græcos auſi defendere fines
A Medis cæſi procubuere viri:
Quorum reliquias Opöeis tumulo abdidit alto,
Locrorum terræ ſplendida metropolis.

Abeſt à mari quindecim circiter ſtadiis, à navali etiam ſexaginta. Navale eſt Cynus, promontorium ſinum Opuntium terminans, qui eſt ſtadiorum circiter quadraginta. Inter Opuntem & Cynum campus eſt fœlix. Opponitur Ædepſo Eubœæ, ubi calida ſunt Lavacra Herculis, freto ſejuncta centum ſexaginta ſtadiorum. Hunc tam prolixum locum deſcribere judicavi utile ad noſtrum propoſitum, quoniam ob oculos univerſæ regionis ſitum ponit. Pauſanias etiam de ſitu audiendus eſt in Phocicis, ſtatim initio: Τὰ δὲ περὶ τοῦ Λαμιακοῦ κόλπου Λοκροί σφας παραθαλασσίους οἱ Ὑποκνημίδιοι κωλύουσιν εἶναι, οὗτοι γὰρ δή εἰσιν, οἱ ταύτῃ τὴν Φωκίδα ὑπεροικοῦντες, Σκαρφεῖς μέν τοι τὰ ἐπέκεινα τῆς Ἐλατείας· ὑπὲρ δὲ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας, οἱ πόλιν τὴν Ὀποῦντα καὶ Ὀπουντίων ἐπίνειον νεμόμενοι Κῦνον. Id eſt: *Ea*

vero, quæ ſunt ad partes Lamiaci ſinus, non pertingunt uſque ad mare, prohibentibus Locris Epicnemidiis. Nam ii ſunt, qui ſupra eam Phocidis partem habitant: Scarphienſes quidem in iis partibus, quæ ſupra Elatiam ſunt; ſupra vero Hyampolim & Abas, qui urbem Opuntem incolunt & Opuntiorum navale Cynum. Et hæc ſatis de ſitu nos docent. De Reipublicæ forma hæc ait Ariſtoteles Politicorum 3. cap. 16. Καὶ πολλοὶ κύριον ἕνα ποιοῦσι τῆς διοικήσεως, τοιαύτη γὰρ ἀρχή τίς ἐστι καὶ περὶ Ἐπίδαμνον, καὶ περὶ Ὀποῦντα δὲ κατά τι μέρος ἔλαττον. Id eſt: *Multi Reipubl. adminiſtrationem uni committunt, talis eſt enim magiſtratus Epidamni, & apud Opuntios in quibuſdam magis conſtricta.* De ejus urbis hiſtoria, & bellis, quæ paſſa eſt, aliquid in ſua Bibliotheca inſperſit Diodorus, ut libro XI. ubi Myronidis ducis Athenienſis facta narrat, hæc ait: Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀναζεύξας ἐστράτευσεν ἐπὶ Λοκροὺς τοὺς ὀνομαζομένους Ὀπουντίους· τούτους δὲ ἐξ ἐφόδου χειρωσάμενος, καὶ λαβὼν ὁμόρους, ἐνέβαλεν εἰς τὴν παραλίαν. [ſic lego.] Id eſt: *Caſtris ex Bœotia motis invaſit cum exercitu Locros, Opuntios dictos, & iis primo impetu devictis, & ab iis obſidibus acceptis, littorales partes agreſſus eſt.* Et lib. 19. ubi de bello inter Caſſandrum & Antigonum agit, hæc ait de Ptolemæo, Antigoni exercitus duce: ἐπῆλθε δὲ καὶ τὴν Λοκρίδα καὶ τῶν Ὀπουντίων, τὰ Κασσάνδρου φρονούντων, συνεστήσατο πολιορκίαν, καὶ συνεχεῖς προσβολὰς ἐποιεῖτο. Id eſt: *Invaſit etiam Locridem & Opuntiorum urbem, quæ partes Caſſandri ſequebatur, obſidione cinxit, & continuos aſſultus fecit.* Hæc Diodorus: de obſidionis autem fine, & an per vim, an per conventionem urbem ceperit Ptolemæus ille, an obſidionem ſolverit, & urbs libera remanſerit, oblitus eſt narrare. Sed T. Livius aliam ejus urbis calamitatem narrat lib. 28. *Eodem ferme die* (ait) *ab Attalo rege Opuntiorum urbs diri-*

diripiebatur: conceſſerat eam prædam regi Sulpicius. Et poſtea de Philippo, qui Attalum fere oppreſſerat: *Opuntii quoque ab eadem ira increpiti, quod, cum trahere obſidionem in adventum ſuum potuiſſent, viſo ſtatim hoſte, in voluntariam deditionem conceſſiſſent.* Ejus urbis cives ſuo tempore laudat Plutarchus, ut pios & Deos colentes, lib. de Pythiæ oraculis, his verbis: Ἄξιον δὴ καὶ τῶν πόλεων εἴ τι τοιοῦτόν ἐστιν ἀνάθημα τιμᾶν καὶ ἀγαπᾶν, οἷον τὸ τῶν Ὀπουντίων· ἐπεὶ γὰρ οἱ Φωκέων τύραννοι πολλὰ τῶν χρυσῶν καὶ ἀργυρέων ἀναθημάτων συγχέαντες, ἔκοψαν νόμισμα καὶ διέσπειραν ἐς τὰς πόλεις· Ὀπούντιοι συναγαγόντες ὅσον ἀργύριον, ὑδρίαν ἀπέπεμψαν ἐνθάδε τῷ Θεῷ καὶ καθιέρωσαν. Id eſt: *Dignum eſt, ſi quid tale quoddam donarium urbium eſt, id honorare, & admirari, quale eſt Opuntiorum. Cum enim Phocenſium tyranni multa donaria ex auro & argento conflaviſſent, & monetam ex iis cuſam per urbes diſperſiſſent, Opuntii tantum argenti collegerunt, ut ex eo aquarium vas conficerent, quod ibi miſerint & Deo conſecrarint.* Civibus præcipue gloriabantur, Menœtio Actoris filio, inter Argonautas ab Apollonio recenſito; & ejus filio Patroclo, Achillis ſocio; & Epharmoſto Olympionico, à Pindaro celebrato, ut ſupra notavi, & ab Ovidio de Ponto elegia 4. Stephanus ex Ὀποεις, Ὀπόεσιος gentile deducit; ſed ex contracto Ὀποῦς, Ὀπούντιος: & hæc ſunt, quæ de ea urbe inveniuntur.

Opuntiorum navale fuit Cynus, Κῦνος; de eo mentionem fecere Homerus in catalogo, Lycophron, Strabo, Pauſanias, Pindari Scholiaſta, Ptolemæus, Didymus, Euſtathius, Livius, Mela, Plinius. In ejus oppidi nomine corrigendus Strabo lib. 10. ubi de Eubœa agit: Ἔστι δὲ τῷ Ὠρεῷ τούτῳ τὸ τὸ Κλώαιον πλησίον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ Δῖον, καὶ Ἀθῆναι αἱ Διάδες, κτίσμα Ἀθηναίων, ὑπερκείμενον τοῦ ἐπὶ Καῦνον πορθμοῦ. Id eſt: *Huic autem Oreo vi-*

cinum eſt Cenæum, & prope id Dium, & Athenæ Diades, Athenienſium opus, ſupra fretum Cauno propinquum. Hæc falſa τοποθεσία non effugit doctiſſimi Caſauboni cenſuram, errorem vidit, (quid enim hic Caunus facit, urbs Cariæ, longiſſime à loco, de quo tractat Strabo, ſitæ) & pro *Cauno* legi vult *Cenæo*: ſed (pace ſua dixerim) melius forte feciſſet, ſi pro Καῦνον legiſſet Κῦνον, una literula dempta, nam fretum anguſtum πορθμὸς intercedit inter Euboïcas Athenas, & Cynum Locridis: ideo non eſt dubium, quin Κῦνον legendum ſit, accentu circumflexo, ad id nos ducente, qui in Κλώαιον non comparet. Tum ante Cenæum promontorium jacent plures inſulæ, Lichades dictæ, quæ non patiuntur mare, quod Cenæum & Locridem intercedit, proprie πορθμὸν vocari. De ejus ſitu idem Strabo lib. 9. ſic ait de Opunte: Ἀπέχει δὲ θαλάσσης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους· τοῦ δ' ἐπινείου ἑξήκοντα· Κῦνος δ' ἐστὶ τὸ ἐπίνειον, ἄκρα περατίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον σταδίων ὄντα περὶ τεσσαράκοντα..... κεῖται δὲ κατ' Αἰδηψὸν τῆς Εὐβοίας .... πορθμῷ διειργόμενος σταδίων ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐν δὲ τῷ Κύνῳ Δευκαλίωνα φασὶν οἰκῆσαι .... διέχει δὲ τῆς Κνημῖδος ὁ Κῦνος ὅσον πεντήκοντα σταδίους. Id eſt: *Abeſt a mari quindecim circiter ſtadiis, ab ejus navali vero ſexaginta. Cynus autem eſt navale, promontorium terminans Opuntium ſinum, qui eſt ſtadiorum circiter quadraginta ..... ſitus eſt autem è regione Ædepſi EubϾ, freto diſtinctus ſtadiorum centum & ſexaginta. In Cyno autem habitaſſe dicunt Deucalionem..... Cynus autem diſtat a Cnemide quinquaginta ſtadiis circiter.* Hæc Strabonis nos docent de ſitu Cyni, quod ad mare. Sed verſus terram, de ejus ſitu nos docet Pauſanias in Phocicis, ſtatim initio, ubi de Phocidis limitibus ſic loquitur, ut jam ſupra eum citavimus: Τὰ δὲ περὶ τοῦ Λαμιακοῦ κόλπου Λοκροί σφας παραθαλασσίους οἱ Ὑποκνημίδιοι

κωλύου-

κωλύουσιν εἶναι, οὗτοι γὰρ δή εἰσιν, οἱ ταύτην τὴν Φωκίδα ὑπεροικοῦντες, Σκαρφεῖς μέν τοι τὰ ἐπέκεινα Ἐλατίας· ὑπὲρ δὲ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας, οἱ πόλιν τε Ὀποῦντα, καὶ Ὀπουντίων ἐπίνειον νεμόμενοι Κῦνον. Id eſt: *Verſus autem Lamiacum ſinum Locri vetant eos mare accolere, ii enim ſunt, qui ſupra eam Phocidis partem accolunt, Scarphenſes ſcilicet, quæ ſunt ultra Elatiam, ultra Hyampolim vero & Abas, ii, qui urbem Opuntem, & eorum navale Cynum incolunt.* Sed hæc intelligenda ſunt de tempore, quo ſcribebat Pauſanias. Nam olim Phocenſes ad ſinum Lamiacum pertingebant, & Thermopylarum anguſtias obtinebant ab antiquiſſima memoria; teſtis Herodotus lib.7. ſect. 176. ubi de Thermopylis, ſic ait: Ἐδέδμητο δὲ τεῖχος κατὰ ταύτας τὰς ἐσβολάς· καὶ τὸ δὲ παλαιὸν πύλαι ἦσαν· ἔδειμαν δὲ Φωκέες τὸ τεῖχος, δείσαντες, ἐπεὶ Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν, οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα, τήν περ νῦν ἐκτέαται· ἅτε δὴ πειρωμένων τῶν Θεσσαλῶν καταστρέφεσθαί σφεας, τοῦτο προεφυλάξαντο οἱ Φωκέες· καὶ τὸ ὕδωρ τὸ θερμὸν τότε ἐπῆκαν ἐπὶ τὴν ἔσοδον, ὡς ἂν χαραδρωθείη ὁ χῶρος· πᾶν μηχανεώμενοι ὅκως μή σφι ἐσβάλοιεν οἱ Θεσσαλοὶ ἐπὶ τὴν χώρην. Id eſt: *Murus ædificatus fuerat in his anguſtiis, & antiquitus ibi portæ inerant: ædificaverant autem murum Phocenſes ob metum, quoniam Theſſali è Theſprotis venerant, ut Æolidem inhabitarent, quam etiam nunc obtinent, eo, quod tentaverant Theſſali eos ſubvertere. Id caventes Phocenſes, prævenerant & calidas aquas induxerant in ingreſſum, ut locus fieret lacunoſus, omnia excogitantes, ne Theſſali ſuam terram incurſarent.* Sic ille antiquitatis Græcanicæ pater, cui fidem derogare in rebus Græciæ antiquæ, piaculum foret. Titus Livius lib. 28. ubi de bello inter Philippum & Romanos, quibus Attalus auxiliabatur tractat, de eo navali meminit, poſtquam de Sulpicio, qui Chalcidem fruſtra tentaverat, lo-

quutus eſt, ſic habet: *Id prudenter, ut in temere ſuſcepta re, Romanus fecit, quod circumſpectis difficultatibus, ne fruſtra tempus tereret, celeriter abſtitit incepto, claſſemque inde ad Cynum Locridis (id eſt Opuntiorum emporium) urbis mille paſſuum à mari ſitæ, trajecit.* Id Emporium, ceu navale, Mercator male locavit ultra Cnemidas verſus Boagrium fluvium, in Epicnemidiorum littore. Nam ex ſupra citatis patet, id navale Opuntiorum fuiſſe, & ſtadiis quinquaginta diſtaſſe à Cnemide Bœotiam verſus. Euſtathius ad Homerum de eo multa dixit, ſed quæ à Strabone, ſupra citato, habet.

Sequitur apud Homerum in catalogo Καλλίαρος: ad eum locum nihil aliud Didymus, quam ἀπὸ Καλλιάρου τοῦ Ὀποῦντος. Id eſt: *A Colliaro Opuntis filio.* Cui non conſentit Euſtathius, & quædam addidit nempe: Καλλίαρος ἀπὸ Καλλιάρου φασὶν ὠνόμασται υἱοῦ Ὀδοιδόκου καὶ Λαονόμης, οἱ δὲ Καλλίαρα οὐδετέρως φασὶν, διὰ τὸ εὐήροτον τῆς ἐκεῖ γῆς. Id eſt: *Calliarus à Calliaro ajunt dictum filio Odœdoci & Læonomes: alii Calliara neutraliter dici volunt, ob facilem ibi arationem terræ.* Id oppidum Strabo lib. 9. ait habitari deſiiſſe, ideo non mirum, ſi de eo non meminerint autores antiqui. De eo tamen Stephanus ſic habet: Καλλίαρος, πόλις Λοκρῶν, ἀπὸ Καλλιάρου τοῦ Ὀδοιδόκου, καὶ Λαονόμης, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνείας· Στράβων δὲ ἐν ἐνάτῃ· παρὰ τὸ εὐήροτον αὐτὴν εἶναι, φησὶν Καλλίαρα οὐδετέρως· τὸ ἐθνικὸν, Καλλιαρεῖς. Id eſt: *Calliarus, urbs Locrorum a Calliaro Odœdoci filio, & Laonomes, ut Hellanicus in primo Deucalioniæ. Strabo vero in nono, eo, quod aratu facilis erat, Calliara neutraliter dicit. Gentile, Calliarenſes.* Hæc Stephanus, ſed Strabo vadimonium deſerit, non enim apud eum inveniuntur nunc, quæ citat Stephanus; & Euſtathius, qui eadem verba habet, Strabonem non citat autorem. Plura de eo, ceu pago, ceu oppido, ne expectes.

Sequi-

Sequitur apud Homerum Βῆσσα in catalogo, ad quem locum ſic Scholiaſtes: Οὕτως ὠνόμασται διὰ τὸ σύμφυτον εἶναι τὸ χωρίον· πάντες γὰρ οἱ σύνδενδροι τόποι, καὶ μάλιστα τῶν ὀρῶν, Βῆσσαι λέγονται. Id eſt: *Sic vocatus eſt, eo quod arboribus denſe conſitus erat locus, omnes enim arboribus frequentes loci, & præcipue montium, Beſſæ dicuntur.* Euſtathius vero ſic habet: Ἡ δὲ Βῆσσα, ὅτι μὲν κατά τινας δι' ἑνὸς γράφεται σ· Ἡρωδιανὸς δὲ διὰ δύο σσ γράφει· ὠνόμασται δέ φασιν ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου φύσεως ναπώδους οὔσης. Id eſt: *Beſſa a quibuſdam per unicum ſ ſcribitur: Herodianus vero per duo ſſ ſcribit: vocata autem eſt, ut ajunt, à loci natura drumoſi & inæqualis.* Strabo lib. 9. eum locum planitiem vocat, non urbem: forte deſerta erat tempore Strabonis; tempore vero Homeri oppidulum erat habitatum; ſic autem Strabo: Ἑξῆς δὲ Βῆσσά τι πεδίον, καλοῦσι δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τῷ τόπῳ, δρυμώδης γάρ ἐστι, ταύτην μὲν οὖν τὴν Βῆσσαν ἐν τοῖς δυσὶ γραπτέον σ, ἀπὸ γὰρ τοῦ δρυμώδους ὠνόμασται. Id eſt: *Sequitur Beſſa campus quidam, ſic autem vocant à natura loci; eſt enim drumoſus, eam autem Beſſam cum duobus ſ ſcribere oportet, vocata enim eſt Beſſa, eo, quod drumoſa eſt.* Stephanus tamen inter urbes eam recenſet, ſic: Βῆσσα, πόλις Λοκρῶν· Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει· Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ Ἐπαφρόδιτος, καὶ Ἡρακλέων διὰ δύο.... ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου φύσεως, ναπώδους οὔσης. Id eſt: *Beſſa, urbs Locrorum. Herodianus per unum ſ ſcribit: Apollodorus autem & Epaphroditus, & Heracleon per duo .... nominata eſt autem a natura loci inæqualis & drumoſi.* De ea voce ſic Etymologicum: Βῆσσα ὁ βασιμώτατος, καὶ ὑψηλὸς, καὶ κοῖλος τόπος· οἱ δὲ πόλιν Λοκρίδος φασί· Βῆσσαν, κοιλάδα ὕδωρ ἔχουσαν· καὶ μεσότητα ὀρῶν, τὴν συνάγκειαν, ἄλλοι τὸ ἔνυδρον. Id eſt: *Pervius, altus, & cavus locus; aliis urbs Locridis. Beſſam, cavitatem aquam habentem. Et locus medius inter montes.* Eam Seneca memorat in Troade, ubi Chorus ſic canit: *Quæ*

Quæ vocat ſedes habitanda captus? &c.
Beſſam & Scarphen.

At in eo poëta ſequutus eſt Homerum, ſed ad reliqua.

Addit Homerus Αὐγειὰς ἐρατεινὰς, ad quæ Didymus: Ἀπὸ Αὐγείας τινὸς ἐγχωρίου Νύμφης οὐκέτι δὲ οἰκεῖται. Id eſt: *Ab Augia, quadam ejus loci Nympha; non amplius autem habitatur.* Euſtathius vero ſic: Αὐγεῖαι δὲ οὐ μόνον Λοκρικαὶ, ὧν ὁ πολίτης Αὐγεάτης, ἀλλὰ καὶ πόλις ἐστὶ Λακωνικὴ ὁμωνύμως. Id eſt: *Augiæ autem non ſolum Locricæ, cujus civis Augeates, ſed etiam oppidum eſt Laconicum eodem nomine.* Nec plura Stephanus, nec Favorinus. Strabo vero lib. 8. videtur affirmare, eam urbem mutaſſe nomen & dictam fuiſſe Αἰγαῖαι *Ægææ.* Eum Strabonis locum Caſaubonus mutilum eſſe putat: ſic autem Strabo: τῶν δ' ἄλλων τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ καταλεγομένων, τὰ μὲν ἀνῄρηται, τῶν δ' ἴχνη λείπεται, τὰ δὲ μετωνόμασται, καθάπερ αἱ Αὐγεῖαι, Αἰγαῖαι * οὐ γὰρ ἐν τῇ Λοκρίδι οὐδ' ὅλως σώζονται. Id eſt: *Aliarum vero a poëta memoratorum, aliæ perierunt, aliarum veſtigia ſuperſunt, ut Augææ Ægææ * non enim in Locride omnino ſuperſunt.* Certe aliquid videtur deeſſe in Strabonis textu, ut cenſuit ille magnus vir, ſed quod ſine manuſcripti codicis auxilio ſupplere non agrediar, ut nec ille. Nec plura apud autores de ea inveniuntur. Itaque & Calliarus, & Beſſa, & Augææ inter loca incertæ poſitionis recenſeri debent.

Ultimum memoratur apud Homerum in Opuntiis Τάρφη *Tarphe*, de ea voce Didymus ad eum locum: Τάρφην οὕτως ὠνόμασται διὰ τὴν δασύτητα τῆς ὕλης, τάρφεα γὰρ τὰ συνεχῆ. Id eſt: *Sic vocata eſt ob denſitatem ſylvæ, Tarphea enim continua.* Sic & totidem fere verbis Euſtathius: Τάρφη διὰ τὴν τῆς ὕλης πυκνότητα. Τάρφεα δὲ τὰ πύκνα, καὶ τάρφος τὸ δάσος. Id eſt: *Tarphe autem ob denſitatem, ſylvæ. Tarphea autem denſa, & Tarphos denſitas.*

Inter

Inter Locrorum urbes ultra ſupra memoratas Scylax, recenſet Larymnam: Λάρυμνα, Κυνοσοῦρος, Ἀλόπη. Id eſt: *Larymna, Cynoſurus, Alope.* Et de Larymna quidem Locridis Strabo lib. nono meminit, ubi de Cephiſo fluvio agit, his verbis: Χάσμα δὲ γενηθὲν πρὸς τῇ λίμνῃ πλησίον τῶν Κωπῶν, ἀνέῳξεν ὑπὸ γῆς ῥεῖθρον ὅσον τριάκοντα σταδίων, καὶ ἐδέξατο τὸν ποταμόν· εἶτα ἐξέῤῥηξεν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν κατὰ Λάρυμναν τῆς Λοκρίδος, τὴν ἄνω, καὶ γὰρ ἑτέρα ἐστὶν, ἧς εἴπομεν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, ἡ Βοιωτικὴ, ᾗ προσέθεσαν Ῥωμαῖοι τὴν ἄνω, καλεῖται δὲ ὁ τόπος Ἀγχόη. Id eſt: *Poſtea non procul à Copis hiatus terræ factus, amni alveum ſubterraneum aperuit, eum ad triginta ſtadia uſque producens, & fluvium excepit, deinde in ſuperficiem erupit prope Larymnam Locridis, quæ ſuperior dicitur (alia enim eſt Bœotica Larymna, de qua diximus, ad mare ſita, cui ſuperiorem Romani adjunxerunt) vocatur autem ille locus Anchoë.* In ejus urbis nomine belle deliravit Tzetzes ad Lycophronem verſ. 1141. ſic enim ad vocem Larymna. Λάρυμνα πόλις Θεσσαλίας, τὴν Λάρισσαν κακῶς λέγει Λάρυμναν. Id eſt: *Larymna urbs Theſſaliæ, Lariſſam male vocat Larymnam.* Scilicet ignorabat Larymnas eſſe duas, alteram Locridis, alteram Bœotiæ. Pauſanias in Bœoticis ex iis duobus oppidis unum facere videtur, ſic enim ſcribit: Ὑπερβαλόντων δὲ τὸ ὄρος τὸ Πτῷον, ἐστὶν ἐπὶ θαλάσσης Βοιωτῶν πόλις Λάρυμνα· γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομα φασὶν ἀπὸ Λαρύμνης τῆς Κύνου ...... καὶ συνετέλει δὲ ἐς Ὀπούντα ἡ Λάρυμνα τὸ ἀρχαῖον· Θηβαίων ἐπὶ μέγα ἰσχύος προελθόντων τηνικαῦτα ἑκουσίως μετετάξαντο εἰς Βοιωτούς. Id eſt: *Monte Ptoo ſuperato, eſt ad mare Bœotorum oppidum Larymna, ajunt autem ei nomen inditum à Larymna Cyni filia ...... & ſubjecta erat olim Opuntiis Larymna, ſed Thebanis ad magnum potentiam provectis, ultra ab Bœotos tranſlati ſunt.* Diverſæ igitur ſententiæ ſunt Strabonis

bonis & Pauſaniæ, ille duas Larymnas fuiſſe ait, ſed quæ Romanorum juſſu in unam coaluerunt, eamque Bœoticam ad mare ſitam; ſic vero unam tantum novit, quæ olim Locrorum Opuntiorum erat, ſed quæ ultra ad Bœotos acceſſerat, & id verum etiam eſſe poteſt de Larymna littorali; nam quando Larymna fuit Cyni Locri filia, conſentaneum videtur, Larymnam urbem ab ea nominatam Locrorum olim fuiſſe. Sed quoniam tempore Pauſaniæ Larymna illa ſuperior, quæ in Locrorum jure remanſerat, deſerta erat, Romanorum juſſu cum Bœotica confuſa, de ea quæ non amplius erat, verba non fecit Pauſanias: fuerant igitur olim Larymnæ duæ, una Locrorum in edito poſita, & ideo ἡ ἄνω, *Superior* vocata, altera ἡ κάτω, *Inferior* dicta, ad mare poſita, quæ ad Bœotos de Locris defecerat, quam Romani auctiorem & celebriorem fecerant, deductis in eam ex ſuperiore incolis.

Κυνόσουρος apud Scylacem purum putum mendum eſt, nullum enim in eo tractu oppidum ejus nominis ab alio memoratur, legendum eſt igitur Κῦνος, & tollenda eſt ea cauda male aſſuta; natabat ſcilicet in exſcriptoris mente Κυνόσουρα, Atticæ promontorium celebre, Eubœam ſpectans, inde error: & ordo, quem ſequitur Scylax, procedens à Bœotia, evincit de Cyno eum intellexiſſe, nam inter Larymnam & Alopem in littore fuit Cynus.

Alope, quæ à Scylace ultima nominatur, fuit procul dubio in Locris Epicnemidiis, ceu Opuntiis (nam plerique Epicnemidiorum nomen ita extendunt, ut Opuntios etiam comprehendat) ſic enim Strabo lib. 9. Ἀλόπην ἢ δὲ ἐνταῦθα, καὶ ἐν τοῖς Ἐπικνημιδίοις ὀνομάζουσι. Id eſt: *Alopen & hic, & in Epicnemidiis nominant.* Jejune certe, ut de loco vel pago, nullam celebritatem habente,

& qui

& qui forte tempore Strabonis evanuerat, ſed qui tamen à Stephano recenſetur inter plures eo nomine vocatas urbes: Τετάρτη πρὸς Εὔβοιαν. Id eſt: *Quarta Eubœa verſus.* De hac procul dubio intelligens, quæ Eubœam ſpectabat, eam doctiſſimus Geographus T. Velius in ſua exactiſſima omnium, quæ extant, tabula, ponit in littore Opuntiorum, & regione Dii, Euboïci oppidi. De ea non extant plura teſtimonia. Nunc de Phocide agendum eſt.

LIBER SEXTUS.

Caput I.

De PHOCIDE.

Poſt Locros, in littore ſinus Corinthiaci, procedendo verſus ortum, ſequitur Phocis, cujus incolas ad Trojam duxerunt Schedius & Epiſtrophus, Iphiti Naubolidæ filii ſecundum Homerum Iliad. β verſ. 517 ad quem locum Scholiaſtes: Τοὺς δὲ Φωκεῖς οἱ μὲν ἀπὸ Φώκου τοῦ Ψαμάθης καὶ Αἰακοῦ, οἱ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Προνόης τῆς Ἀσωποῦ. Id eſt: *Phocenſes quidam à Phoco Pſamathes, & Æaci filio, alii à Neptuni & Pronoës Aſopi filia* dictos volunt. Sic & Euſtathius ad verſum 519. Κεῖται δὲ φασὶν ἡ Φωκὶς, μετὰ Βοιωτίαν, καὶ Ὀρχόμενον πρὸς ἄρκτον παραβεβλημένη τῇ Βοιωτίᾳ...... Σχεδίους δὲ ἀπαριθμοῦνται οἱ ἀρχαῖοι δύο, τοῦτόν τε τὸν Ἰφιτίδην, καὶ τὸν τοῦ Περιμήδους ..... οἱ δὲ ῥηθέντες Φωκεῖς καλοῦνται) οὕτως ἀπὸ Φώκου τοῦ Αἰακοῦ, καὶ Ψαμάθης μιᾶς τῶν Νηρεΐδων. Id eſt: *Sita eſt, ut ajunt, Phocis poſt Bœotiam & Orchomenum, ad ſeptentrionem ſupra Bœotiam extenta ...... Schedios autem duo numerant antiqui, hunc quidem Iphitidem, & alium Perimedis filium ..... Phocenſes vero, de quibus diximus, ſic vocantur à Phoco Æaci filio, & Pſamathes Nereïdum una.* Expreſſe etiam Pauſanias in Corinthiacis: Πηλεῖ μὲν συμβὰν καὶ Τελαμῶνι ἐπὶ φόνῳ φεύγειν τοῦ Φώκου· τῶν δὲ αὖ Φώκου παίδων περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκησάντων ἐν τῇ νῦν καλουμένῃ Φωκίδι· τὸ δὲ ὄνομα προϋπῆρχεν ἤδη τῇ χώρᾳ, Φώκου τοῦ Ὀρνυτίωνος γενεᾷ πρότερον ἐς αὐτὴν ἐλθόντος· ἐπὶ μὲν δὴ Φώκου τούτου περὶ Τιθορέαν τε καὶ Παρνασσὸν ἐκαλεῖτο ἡ Φωκὶς, ἐπὶ τοῦ Αἰακοῦ, καὶ πᾶσιν ἐξενίκησεν. Id eſt: *Accidit autem Peleo & Telamoni, ut fugerent ob cædem Phoci: ejus autem Phoci liberi circa Parnaſſum*

habi-

habitaverunt, in ea regione, quæ nunc Phocis appellatur; id autem nomen jam ante ea regio habebat, eo quod Phocus Ornithionis filius in eam venerat una generatione prius, & ab iſto Phoco Phocis nominata fuit circa Tithoream & Parnaſſum, ſed ab Æaci filio, nomen in totam regionem prævaluit. Eam regionem Scylax in ordine ponit poſt Locros: Μετὰ δὲ Λοκροὺς εἰσὶν ἔθνος Φωκεῖς, καὶ τὸ Κυραῖον πεδίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Id eſt: *Poſt Locros ſunt Phocenſes natio, juxta Curæum campum & Apollinis ſacrum ſolum.* Sed pro Κυραῖον legendum eſt procul dubio Κιῤῥαῖον, *Cirrhæum*, ut ex antecedentibus patet, & ex conſequentibus patebit. Phocenſes Herodotus Ἀποδασμίους vocat, *Apodaſmios*, qua de cauſa dubium, & difficile eſt dicere, quomodo intelligenda ſit ea vox. Vide locum. Æſchylus, dum narrat Xerxis calamitatem & fugam poſt pugnam ad Salaminam, Phocidem poſt Bœotiam nominat, ſecundum iter exercitus ex Attica proficiſcentis:

> Στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ
> Διώλλυθ', οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναῖον γάνος
> Δίψῃ πονοῦντες· οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ
> Διεκπερῶμεν ἔς τε Φωκέων χθόνα,
> Καὶ Δωρίδ' αἶαν, Μηλιᾶ τε κόλπον. Id eſt:
> *Reliquus exercitus periit in terra Bœotorum:*
> *Alii quidem ad liquidum fontium ſplendorem*
> *Siti laborantes: alii anhelantes & vacui,*
> *Tranſiebamus ad Phocenſium terram,*
> *Et Doridis ſolum, & ſinum Meliacum.*

De Phocide etiam Orpheus Argonaut, verſ. 145.

> Ἴφιτος δὲ μετὰ τοῖσιν ἐφέσπετο Ναυβόλου υἱὸς,
> Φωκίδος ὃς ῥ' ἄνασσε. Id eſt:
> *Iphitus etiam eos ſequutus eſt Nauboli filius,*
> *Qui in Phocide regnabat.*

Demoſthenes in Olynthiaca, Phocenſes, ut infirmos, & ſuos fines ſine Athenienſium auxilio ſervare non capaces, traducit. Thebanorum tamen bellum poſt Leuctricam victoriam fortiter ſuſtinuerunt, quod narrat Iſocrates, de Thebanis ſic ſcribens: τελευτῶντες δὲ πρὸς Φωκέας πόλεμον ἐξήνεγκαν, ὡς τάς τε πόλεις ἐν ὀλίγῳ κρατήσοντες χρόνῳ, τόν τε τόπον ἅπαντα τὸν περιέχοντα καταχήσοντες, τῶν τε χρημάτων τῶν ἐν Δελφοῖς περιγενησόμενοι....... ἀλλὰ ἀντὶ μὲν τοῦ λαβεῖν τὰς Φωκέων πόλεις, τὰς αὐτῶν ἀπολωλέκασι· εἰσβαλόντες δὲ εἰς τὴν τῶν πολεμίων, ἐλάττω κακὰ ποιοῦσιν ἐκείνοις ἢ πάσχουσι πρὶν ἀπιέναι εἰς τὴν αὐτῶν· ἐν μὲν γὰρ τῇ Φωκίδι τῶν μισθοφόρων τινὰς ἀποκτείνουσι, οἷς λυσιτελεῖ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν· ἀναχωροῦντες δὲ τοὺς ἐνδοξοτάτους, καὶ μάλιστα, τολμῶντας ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθνήσκειν, ἀπολλύουσι. Id eſt: *Poſtremo Phocenſibus bellum intulerunt, ut & urbes brevi in poteſtatem reducturi & regionem omnem circumquaque occupaturi....... ſed tantum abeſt, ut Phocenſium civitates ceperint, ut ſuas ipſi perdiderint: cum enim invaſiſſent hoſtium terram, minora mala iis intulerunt, quam ipſi paſſi ſunt, antequam in ſuam terram redirent. Nam in Phocide mercenarios quoſdam milites occiderunt, quibus conducibilius erat mori, quam vivere; in receſſu vero nobiliſſimos, & qui libenter pro patria mori ſuſtinuiſſent, perdiderunt.* His convenit Ariſtoteles Analyt. priorum, lib. 2. cap. 24. dum ait: Θηβαίοις μὲν οὐ συνήνεγκεν ὁ πρὸς Φωκεῖς πόλεμος. Id eſt: *Thebanis enim utile non fuit bellum contra Phocenſes.* Eorum urbes fuiſſe viginti duo dicit Demoſthenes, in oratione de Falſa Legatione: Αἱ δὲ πόλεις πολλαὶ καὶ χαλεπαὶ λαβεῖν αἱ τῶν Φωκέων, μὴ οὐ χρόνῳ καὶ πολιορκίᾳ, εἰ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ πόλιν ᾖρεν, δύο καὶ εἴκοσιν εἰσὶν ἀριθμῷ. Id eſt: *Phocenſium urbes multæ & captu difficiles, niſi cum tempore & obſidione, & ſi in unaquaque die urbem unam cepiſſet ſunt numero viginti duo.* De Phocidis ſitu Dionyſius Periegetes verſ. 437. Τῷ

Τῷ δ' ἐπὶ Φωκὶς ἄρουρα πρὸς ἀντολίην τε καὶ ἠῶ,
Ἑλκομένη Βορέηνδε, κατὰ στόμα Θερμοπυλάων,
Παρνησοῦ νιφόεντος ὑπὸ πτυχί. τῆς διὰ μέσσης
Κηφισσοῦ μέγα χεῦμα κατερχόμενον κελαρύζει. Id eſt:
Sequitur Phocis ad orientem & auroram,
Ad boream vergens & os Thermopylarum,
Sub ſinu Parnaſſi nivoſi, per quam mediam
Cephiſſi magnus fluctus tranſiens ſtrepitum edit.

Et videtur Periegetes ſequi Herodotum, qui uſque ad os Thermopylarum eos pertinere ait. Nam, ut paulo ſupra notavimus ex Herodoto, Phocenſes olim Thermopylas ædificaverant. Quis ex ejus loci poſſeſſione eos dejecerit, non invenitur expreſſum apud autores, ex Thucydide tamen videtur aliquid luminis affulgere ſuper eo negotio, is enim ſic lib. 3. Ὑπὸ δὲ τοὺς χρόνους τούτους Λακεδαιμόνιοι Ἡρακλείαν, τὴν ἐν Τραχινίᾳ ἀποικίαν καθίσαντο ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης· Μηλιεῖς οἱ ξύμπαντες (εἰσὶ μὲν τρία μέρη, Παράλιοι, ἱερῆς, Τραχίνιοι) τούτων δὲ οἱ Τραχίνιοι πολέμῳ ἐφθαρμένοι ὑπὸ Ἠταίων ὁμόρων ὄντων ..... πέμπουσιν εἰς Λακεδαίμονα ..... ξυνεπρεσβεύοντο αὐτοῖς καὶ Δωριεῖς ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων τῶν αὐτῶν δεόμενοι· ὑπὸ γὰρ τῶν Οἰταίων καὶ αὐτοὶ πολέμῳ ἐφθείροντο· ἀκούσαντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, γνώμην εἶχον τὴν ἀποικίαν ἐκπέμπειν, τοῖς τε Τραχινίοις καὶ τοῖς Δωριεῦσι τιμωρεῖν βουλόμενοι .... καταστάντες δὲ ἐτείχισαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς, ἡ νῦν Ἡράκλεια καλεῖται, ἀπέχουσα Θερμοπυλῶν σταδίους μάλιστα τετταράκοντα, τῆς δὲ θαλάσσης εἴκοσι· νεώρια τε παρεσκευάζοντο, καὶ ἤρξαντο κατὰ Θερμοπύλας κατ' αὐτὸ τὸ στενὸν, ὅπως εὐφύλακτα αὐτοῖς εἴη. Id eſt: *Eodem tempore Lacedæmonii Heracliam in Thrachinia coloniam poſuerunt hac de cauſa: Melienſes omnes (trifariam autem diſtinguuntur in Paralios, ſacros, & Trachinios) ex iis Trachinii ab Oetæis finitimis bello vexati. ....mit-*

. . . . mittunt Lacedæmonem . . . . legatos etiam cum iis miſerunt Dores, qui ſunt metropolis Lacedæmoniorum, idem rogantes (ab Oetæis enim & ipſi vexabantur bello) quod cum audiviſſent Lacedæmonii, decreverunt coloniam mittere, Trachinios & Dores vindicare volentes . . . . decreto facto, urbem à fundamentis muro cinxerunt, quæ Heraclia vocatur, nunc diſtans à Thermopylis ſtadia quadraginta, à mari vero viginti: & navalia præparaverunt, a Thermopylis incipientes, juxta ipſas anguſtias, ut bene tuta ipſis eſſent. Et paulo poſt addit Thucydides: οἵ τε Θεσσαλοὶ ἐν δυνάμει ὄντες τῶν ταύτῃ χωρίων, καὶ ὧν ἐπὶ τῇ γῇ ἐκτίζετο, φοβούμενοι μὴ σφίσι μεγάλῃ ἰσχύϊ παροικῶσι, ἔφθειρον καὶ διὰ παντὸς ἐπολέμουν ἀνθρώποις νεοκαταστάτοις. Id eſt: *Et Theſſali tunc dominium habentes eorum locorum & in quorum ſolo ædificabatur, veriti ne præpotentes accolas haberent, infeſtarunt & omnino vexaverunt homines recenter conſtitutos, bello illato.* Ex his colligi poteſt, Phocenſes à Theſſalis pulſos Thermopylarum poſſeſſionem pridem amiſiſſe, & ſic iis tantum reſervaſſe Daphnuntem ad littus maris Euboïci. Et Apollonii Scholiaſtes ad verſum 1212. Trachinem Theſſalicam urbem vocat, quod firmat noſtram conjecturam. Ejus regionis olim rex fuit Deïon Æoli F. ſecundum Apollodorum pag. 33. ſed Pauſanias & Didymus Deïoneum vocant, & Pauſanias eum Æoli, non filium, ſed ex Magnete Æoli filio, nepotem Æoli facit in Heliacorum 2. cui conſentit Euripidis Scholiaſtes ad Phœniſſas, qui illum Deïoneum, ceu Deïonem inter procos Hippodamiæ ab Oenomao cæſos recenſet. A Pelaſgis olim habitatam Phocidem ait Dionyſ. Halicarnaſſeus, lib. 1. qui Theſſalia pulſi à Lelegibus, Bœotiam, Phocidem & Eubœam migraverunt. Phocidem Oetæ monti vicinam dicit Apollonii Scholiaſtes ad verſum 1212.

Calami-

Calamitatem maximam paſſa eſt ea regio in Xerxis tranſitu, ſic enim de eo negotio Diodorus, lib. XI. Ξέρξης ἀπὸ τῶν Θερμοπυλῶν ἀναζεύξας, προῆγε διὰ τῆς Φωκέων χώρας· πορθῶν μὲν τὰς πόλεις, καταφθείρων δὲ τὰς ἐπὶ τῆς χώρας κτήσεις· οἱ δὲ Φωκεῖς μετὰ τῶν Ἑλλήνων ᾑρημένοι, καὶ θεωροῦντες αὐτοὺς οὐκ ἀξιομάχους ὄντας, τὰς μὲν πόλεις ἁπάσας ἐξέλιπον πανδημεὶ, πρὸς δὲ τὰς δυσχωρίας τὰς ἐν τῷ Παρνασσῷ κατέφυγον. Id eſt: *Xerxes a Thermopylis motis caſtris per Phocenſium regionem incendebat, urbes expilans, & poſſeſſiones, quæ erant in regione devaſtans: Phocenſes vero una cum Græcis collecti, videntes ſe eſſe impares ad conferendam pugnam, omnia oppida reliquerunt, ad loca autem aſpera & impervia Parnaſſi aufugerunt.* De ea regione etiam Libanius Sophiſta, in vita Demoſthenis, hæc habet: Ἦσαν δὲ οἱ Φωκεῖς ἔθνος ὅμορον τῇ Εὐβοίᾳ, πόλεις ἔχον δύο καὶ εἴκοσι. Id eſt: *Erant autem Phocenſes natio finitima Eubœæ, duo & viginti civitates habens.* In quo Libani loco, libenter pro Εὐβοίᾳ reponi vellem Βοιωτίᾳ. Nam Daphnûs Libanii tempore non amplius erat, & pridem deſolata fuerat à Locris, & ejus ſolum occupatum, ideo Phocis, non Eubœæ, ſed Bœotiæ ſine dubio collimitanea erat. Sed de Phocide omnino audiendus eſt Strabo lib. 9: Μετὰ δὲ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἡ Φωκίς ἐστι πρὸς ἄρκτον παραβεβλημένη τῇ Βοιωτίᾳ παραπλησίως ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν τό γε παλαιόν. Ὁ γὰρ Δαφνοῦς οὐκ ἦν τότε τῆς Λοκρίδος, σχίζων ἐφ᾽ ἑκάτερα τὴν Λοκρίδα...... νυνὶ δὲ Λοκρῶν ἐστιν ἡ χώρα· τὸ δὲ πόλισμα κατέσκαπται, ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἐκεῖ καθήκειν οὐκέτι μέχρι τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ θαλάσσης ἡ Φωκίς· τῷ δὲ Κρισαίῳ κόλπῳ συνῆπται. Id eſt: *Poſt Bæotiam & Orchomenum Phocis eſt, ad ſeptentrionem juxta Bœotiam, extenſa à mari ad mare antiquitus, Daphnus enim non erat tunc Locridis, dividens utrimque Locridem...... Nunc vero Locrorum eſt ea regio, oppidum vero dirutum*

eſt, ita ut Phocis non amplius attingat mare Euboicum, ſed Criſſæo ſinui jungatur. Hæc deſcriptio ſatis exacta eſt. Pauſanias etiam in Bœoticis Orchomenum ait vicinum fuiſſe Phocidi: τὰ μὲν δὲ πρὸς τῶν ὀρῶν (ait) Φωκεῖς ὑπεροικοῦσιν Ὀρχομενίων. Id eſt: *In parte, quæ ad montes accedit, Phocenſes ſupra Orchomenios habitant.* Et idem auctor Phocicorum initio ſic incipit: Γῆς δὲ τῆς Φωκίδος ὅσον μὲν περὶ Τιθορέαν καὶ Δελφούς ἐστιν αὐτῆς, ἐκ παλαιοτάτου φανερὰ τὸ ὄνομα τοῦτο εἰληφυῖά ἐστιν ἀπὸ ἀνδρὸς Κορινθίου Φώκου, τοῦ Ὀρνυτίωνος· ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς ἐξενίκησε καὶ ἁπάσῃ γενέσθαι τῇ καθ' ἡμῶν καλουμένῃ Φωκίδι Αἰγινητῶν ναυσὶν ἐς τὴν χώραν διαβάντων ὁμοῦ Φώκῳ τῷ Αἰακοῦ. Id eſt: *Terræ Phocidis quantum eſt circa Tithoream & Delphos, certum eſt, ex antiqua memoria nomen accepiſſe a viro Corinthio Phoco, Ornythionis filio; paucos vero poſt annos id nomen univerſæ regioni, quæ nunc Phocis appellatur, inditum eſt, Æginetis navibus in eam regionem tranſportatis cum Phoco Æaci filio.* Pergit deinde idem autor: Τὰ μὲν δὴ ἀντικρὺ Πελοποννήσου καὶ τὰ ἐπὶ Βοιωτίας, καθήκουσιν ἐπὶ θάλασσαν οἱ Φωκεῖς, τῇ μὲν ἐς Κίῤῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν, τῇ δὲ ἐς Ἀντίκυραν πόλιν. Id eſt: *In partibus quidem, quæ ſunt oppoſitæ Peloponneſo, & Bœotiæ adjacent, pertingunt ad mare Phocenſes, ex una parte ad Cirrham Delphorum navale, ex altera ad Anticyram urbem.* Quæ ſequuntur de Locris, quæ vetant ne ad mare Euboïcum pertingant, jam ſupra citata ſunt, & mirum eſt nec Strabonem, nec Pauſaniam de loco Herodoti, ſupra à nobis citato, mentionem feciſſe; ex quo probatur, olim Phocenſes non ſolum Daphnuntem ad mare Euboïcum poſſediſſe, ſed etiam Thermopylarum anguſtias, muro ducto, & portis poſitis, in ſua ditione habuiſſe. Addit idem Pauſanias: Σκαρφεῖς μέν τοι ἐπέκεινα τῆς Ἐλατείας· ὑπὲρ δὲ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας οἱ πόλιν τε Ὀποῦντα.

Ὀπȣ̂ντα καὶ Ὀπȣντίων ἐπίνειον νεμόμενοι Κῦνον. Id eſt: *Scarphenſes ultra Elatiam ſiti ſunt; ultra Hyampolim autem & Abas qui Opuntem & Opuntiorum navale Cynum incolunt.* Phocidem à ſeptentrione claudebat Doris, teſtis Plutarchus in Themiſtocle: Ξέρξȣ δὲ διὰ τῆς Δωρίδος ἄνωθεν ἐμβαλόντος ἐς τὴν Φωκίδα, καὶ τὰ τῶν Φωκέων ἄστη πυρπολȣ̂ντος. Id eſt: *Cum Xerxes ex Doride in Phocidem deſcenderet, & Phocenſium oppida incenderet.* Sed Diodorus lib. XI. videtur aliter ſentire, & Xerxem non per Doridem, ſed per Thermopylas ad Phocenſes perveniſſe, ſic enim ille: Ἅμα δὲ τȣ́τοις πραττομένοις, Ξέρξης ἀπὸ τῶν Θερμοπυλῶν ἀναζεύξας, προῆγε διὰ τῆς Φωκέων χώρας, πορθῶν μὲν τὰς πόλεις, καταφθείρων δὲ τὰς ἐπὶ τῆς χώρας κτήσεις. Id eſt: *Xerxes, a Thermopylis motis caſtris per Phocenſium ditionem, procedebat, urbes expilans, & poſſeſſiones, quæ erant in agris, devaſtans.* Sed non eſt difficilis eorum autorum conciliatio. Nam in exercitu tam numeroſo non erat poſſibile, omnes illas copias per unum & idem iter, tam anguſtum traducere; & per Xerxem ejus copias intellexit procul dubio vel Diodorus, vel Plutarchus. De Phocide ſic Stephanus: Φωκὶς, χώρα περὶ τὸν Παρνασσὸν, ἀπὸ Φώκȣ τινός· οἱ κατοικȣ̂ντες, Φωκεῖς. Id eſt: *Phocis, regio circa Parnaſſum a quodam Phoco dicta: ejus incolæ Phocenſes.* Corrigendus in ea voce vel caſtigandus Laonicus Chalcocondylus lib. 4. ubi de cujuſdam Rainerii Florentini potentia hæc ait: Τήν τε Ἀττικὴν κατέσχε καὶ Βοιωτίαν ...... καὶ Φωκαΐδος χώρας τὰ πλείω. Id eſt: *Atticam quidem obtinuit & Bœotiam ...... & Phocaidis regionis majorem partem.* Ubi pro Φωκαΐδος reponendum Φωκίδος. Nam vox Φωκαῒς ab urbe Φωκαία Phocæa deducitur, Aſiæ civitate, de qua non agebatur. Sic & eodem libro paulo poſt, pro Φωκαΐδα legendum Φωκίδα & aliis etiam locis ejuſdem autoris, ſed non

fuit ſolus, qui in id ſaxum impegit. Cur Phocidem obliquam vocaverit Seneca in Hercule furente, non eſt obvium dicere, ſic autem habet:

Sed ecce ſævus ac minas vultus gerens,
Et qualis animo eſt, talis inceſſu:
Aliena dextra ſceptra concutiens Lycus,
Urbis regens opulenta Thebanæ loca,
Et omne quidquid uberi cingit ſolo
Obliqua Phocis.

Certe,ut dicam aliquid, non,ut omnino decernam, videtur intellexiſſe incurvam. Nam cum eſſet ad occidentem Bœotiæ circa Creuſim & Theſpias, Helicone ibi Bœotiam terminante, curuabatur circa Elatiam, & ibi ad ſeptentrionem Bœotiæ circa Chæroneam extendebatur, & etiam uſque ad Daphnuntem & mare Euboïcum, tempore Lyci: quod niſi ita intelligatur, non video, quare obliquam vocaverit Seneca. Sed aliis lubens criticam trado lampadem.

CAPUT II.

De Numero urbium Phocidis.

Nunc de urbibus Phocidis dicendum eſt. Numero, viginti duo fuiſſe ex Demoſthene ſupra probavimus. Pauſanias earum catalogum nobis reliquit in Phocicis: Ἀριθμὸς δὲ ἦν αὐτῶν Λίλαια, καὶ Ὑάμπολις, καὶ Ἀντίκυρα, καὶ Παραποτάμιοι, καὶ Πανοπεύς τε καὶ Δαῦλις· τούτων μὲν δὴ ὄνομα ἦν ἐκ παλαιοῦ· καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπῶν ἕνεκα τῶν Ὁμήρου· τὰς δὲ αὐτῶν ἡ στρατιὰ καταπρήσασα, ἡ μετὰ Ξέρξου γνωριμωτέρας, ἐς τὸ Ἑλληνικὸν ἐποίησεν Ἐρωχόν, καὶ Χαράδραν, καὶ Ἀμφίκλειαν, καὶ Νέωνα, καὶ Τιθρώνιον, καὶ Δρυμαίαν· αἱ δὲ ἄλλαι, πλήν γε δὴ Ἐλατίας τὰ πρότερα οὐκ ἐπιφανεῖς ἦσαν.

Θρᾳκίς.

Θρακίς τε, καὶ Φωκική, καὶ Μεδεὼν, καὶ Φωκικὸς, καὶ Ἐχεδάμεια, καὶ Ἄμβρυσσος, καὶ Λέδων, καὶ Φλυγόνιον· ἔτι δὲ Στῤῥις. Τότε δὴ κατεσκάφησαν αἱ κατειλεγμέναι, καὶ εἰς κώμας πλὴν Ἄβας ᾠκίσθησαν αἱ ἄλλαι. Id eſt: *Numerus earum erat Lilæa, & Hyampolis, & Anticyra, & Parapotamii, & Panopeus, & Daulis: quaſdam vero earum exercitus Xerxis cum incendiſſet, notiores fecit, per Græciam, Erochum, & Charadram, & Amphicliam, & Neonem, & Tithronium, & Drymæam: aliæ vero, excepta Elatia, olim non erant celebres. Thracis, & Phocice, & Medeon, & Phocicus, & Echedamia, & Ambryſus, & Ledon, & Phlygonium, etiam & Sterris. Omnes quas percenſuimus deletæ, & ad formam vicorum redactæ.* Mihi videtur egere emendatione hic locus, in vocibus Θρακίς τε δὲ Φωκική, & ſi mei arbitrii id foret, legi vellem: Θρακίς τε ἡ Φωκική. Id eſt: *Thracis Phocica:* nam, numerus, ut legitur, excedit numerum 22. à Demoſthene notatum uno nomine, & ſilentium omnium autorum, qui de Phocica nullam fecerunt mentionem, me ſuadet omnino ſic legendum, ut dixi. Addidit autem Pauſanias ἡ Φωκικὴ ad differentiam alterius urbis, quæ eodem nomine in vicinia nominabatur, prope Thermopylas ſcilicet, in Theſſalorum ſolo, vel Melienſium. In ea recenſione nullum ordinem ſequitur Pauſanias, ſed ut ordinem Geographorum ſequamur, ab occidentalibus Phocidis partibus & Ozolarum terræ vicinis incipiemus.

CAPUT III.

De Cirrha.

Prima igitur occurrit in eo littore, Ozolis proxima Cirrha, à Pauſania in hoc ſupra citato catalogo non numerata, ſed quam expreſſe idem autor notavit in Phocicis circa finem: Ἡ δὲ γῆ ἡ Λοκρῶν τῶν καλουμένων Ὀζο-

λῶν προσεχὴς τῇ Φωκίδι ἐστὶ κατὰ τὴν Κίρῥαν. Id eſt: *Terra autem Locrorum Ozolarum Phocidem attingit circa Cirrham.* Antiquiſſima de ea urbe mentio extat apud Æſchinem, contra Cteſiphontem, his verbis: Ἔστι γὰρ ὦ Ἀθηναῖοι τὸ Κιῤῥαῖον ὠνομασμένον πεδίον, καὶ λιμὴν ὁ νῦν ἐξάγιστος, καὶ ἐπάρατος ὠνομασμένος· ταύτην ποτὲ τὴν χώραν κατῴκησαν Κιῤῥαῖοι, καὶ Ἀστραγαλλίδαι, γένη παρανομώτατα· οἳ δὲ ἐς τὸ ἱερὸν, τὸ ἐν Δελφοῖς, καὶ ἀναθήματα ἠσέβουν. Id eſt: *Eſt enim o Athenienſes Cirrhæus campus & portus, qui nunc execrabilis & maledictus appellatur: eam olim regionem incoluerunt Cirrhæi & Aſtragallidæ, genus hominum exlex, qui templum Delphicum & donaria expilarunt.* Narrat deinde, quomodo Amphictyones, & Athenienſes, duce Solone, urbem everterunt, portum obſtruxerunt, & eorum terram conſecraverunt, & diris devoverunt eos, qui eorum terram ſic conſecratam colere tentarent. Poſt Æſchinem Dicæarchus in Græciæ deſcriptione, etiam de ea urbe hæc habet verſ. 49.

Ἔπειτα Φωκεῖς ἐκ Λελέγων φερόμενοι,
Παρ' οἷς Κρισσαῖον πεδίον· ἀπὸ Κίῤῥας δ' ἄνω
Προσβάντι Δελφῶν πόλις ἄπεστι. ---- Id eſt:
Deinde Phocenſes à Lelegibus oriundi,
Apud quos campus Criſſæus, à Cirrha ſurſum
Eunti Delphorum urbs abeſt.

Sed ne te decipiam lector, non nimis confido meæ verſioni in voce φερόμενοι, nec mihi conſtat de ejus vocis in hoc loco ſignificatu. Strabo lib. 9. de Cirrha & Criſſa, ut de duabus urbibus in eo littore ſitis, mentionem facit, nam poſtquam de Daphnuntis everſione egit, hæc addit: Ὥστ' οὐδ' ἐκεῖ καθήκει οὐκέτι μέχρι τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ θαλάσσης ἡ Φωκὶς, τῷ δὲ Κρισσαίῳ κόλπῳ συνῆπται· αὕτη γὰρ ἡ Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάσσης, καὶ Κίῤῥα, καὶ Ἀντίκιῤῥα. Id eſt: *Adeo ut non amplius pertingat Pho-*

git Phocis uſque ad Euboïcum mare, ſed Criſſæo ſinui annectitur. Nam Criſſa ad ipſam Phocidis mare ſita eſt, & Cirrha, & Anticirrha. Sed paulo poſt multo expreſſius, ubi de civitate Delphorum, ait: Πρόκειται δὲ τῆς πόλεως ἡ Κίρφις, ἐκ τοῦ νοτίου μέρους ὄρος ἀπότομον, νάπην ἀπολιπὸν μεταξὺ, δι᾽ ἧς ὁ Πλεῖστος διαῤῥεῖ ποταμός· ὑποπέπτωκε τῇ Κίρφει πόλις ἀρχαία Κίῤῥα, ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἱδρυμένη· ἀφ᾽ ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίων· ἵδρυται δ᾽ ἀπαντικρὺ Σικυῶνος· πρόκειται δὲ τῆς Κίῤῥας τὸ Κρισσαῖον πεδίον εὔδαιμον· πάλιν δ᾽ ἐφεξῆς ἐστιν ἄλλη πόλις Κρίσσα, ἀφ᾽ ἧς ὁ κόλπος Κρισσαῖος, εἶτα Ἀντίκιῤῥα ὁμωνύμως τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον καὶ τὴν Οἴτην. Id eſt: *Ante urbem eſt Cirphis, mons præruptus ad meridiem ſitus, vallem relinquens in medio per quam Pliſtus fluvius fluit. Subjacet vero Cirphi oppidum antiquum Cirrha ad mare ſita, à qua aſcenditur Delphos uſque per octoginta circiter ſtadia: ſita eſt vero è regione Sicyonis. Ante Cirrham jacet campus Cirrhæus fœlix, & rurſus in ordine alia civitas Criſſa, à qua vocatur ſinus Criſſæus: deinde Anticyra eodem nomine vocata, quo alia ad Maliacum ſinum ſita, & Oetam.* Etymologici magni autor videtur hunc Strabonis locum ignoraſſe, ſic enim in voce: Κρίσσα, πόλις τῆς Φωκίδος, ἀπὸ ταύτης λέγουσι Κρισσαῖον κόλπον ..... Λεωκρίνης δὲ ἡγεῖται δύο εἶναι πόλεις, ἄλλην τὴν Κρίσσαν, καὶ ἄλλην τὴν Κίῤῥαν· ἀντίκειται δὲ ὑπὸ πολλῶν· οὔτε γὰρ τῶν γεωγράφων εἶπέ τις πόλεις δύο διαφόρους, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν περιηγητῶν· μόνος δὲ αὐτὸς δι᾽ ἄγνοιαν. Id eſt: *Criſſa, urbs Phocidis, unde dicitur Criſſæus ſinus. ..... Leocrines vero putat duas eſſe urbes, unam Criſſam, aliam Cirrham. Sed multi contradicunt, neque enim ullus Geographorum dixit duas eſſe urbes differentes, neque peregrinantium, ſed ille ſolus per ignorantiam.* Sed poteſt ex hoc Strabonis loco ignorantiæ telum contra Etymologici autorem valide retorqueri: Suidas certe

utra-

utraque nomina habet. At Pauſanias in Phocicis ſententiam ſatis apertam non habet, & videtur ejus locus ſalebroſus, forte & mutilus. λέγεται δὲ ἐς τὴν Κίῤῥαν, καὶ ἀπὸ τῆς Κίῤῥας, τὸ ὄνομα τὸ ἐφ' ἡμῶν τεθῆναι τῷ χωρίῳ φασίν. Ὅμηρος μέν τοι Κρίσαν ἐν τῇ Ἰλιάδι, ὁμοίως καὶ ὕμνῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα ὀνόματι τῷ ἐξ ἀρχῆς καλεῖ τὴν πόλιν. Hunc locum ſic Amaſæus vertit: *Urbi nomen hoc, quod hac ætate in uſu eſt, à Cirrha nympha extitiſſe arbitrantur. Homerus tamen & in Iliade & Hymno in Apollinem, Criſſam priſco nomine appellat:* Et videtur legiſſe, ἀπὸ τῆς Κίῤῥας νύμφης, quam verſionem ſic emendari vult Sylburgius. *Fabula eſt de Cirrha, & a Cirrha iſta nomen loco, quod hac ætate uſurpatur, impoſitum perhibent.* Sed tempore Pauſaniæ Cirrha olim everſa fuerat, ſed extabat Criſſa, ideo Pauſaniæ locus videtur mutilus, ubi de Criſſa ne verbum quidem. Plinius certe lib. 4. cap. 3. Cirrham & Criſſam non pro eadem ſumit, ſed diverſas recenſet, & diverſo loco, & Ptolemæus geographus in Phocidis littore, Cirrham & Criſſam ponit, & diverſo ſitu. Vincat igitur contra Etymologum, Strabonis, Plinii, & Ptolemæi ſententia, & olim duas fuiſſe urbes decernamus; ſed eo, quod Cirrha funditus everſa fuerat, & ſola Criſſa remanſerat, ideo male quidam putaverunt unam & eandem fuiſſe.

De ſitu è regione Sicyonis, Plutarchus in Numa videtur conſentire, nam, ubi de viris à Diis adamatis tractat, ſic ait: Ὥσπερ αὖ καὶ τὸν Σικυώνιον Ἱππόλυτον, οὗ δὴ, καὶ φασὶν, ὁσάκις τύχοι διαπλέων εἰς Κίῤῥαν ἐκ Σικυῶνος, οὕτω χρᾶν τὴν Πυθίαν, οἷον αἰσθανομένου τοῦ θεοῦ, καὶ χαίροντος ἀποθεσπίζειν τοῦτο δὲ τὸ ἡρῷον·

Καὶ δ' αὖθ' Ἱππολύτοιο φίλον κάρα εἰς ἅλα βαίνει. Id eſt: *Ut etiam Sicyonium Hippolytum, de quo ajunt, quod quoties Sicyone Cirrham per mare petebat: ſic canere ſolitam Pythiam, tamquam Deo ſentiente & gaudente, hoc Heroïcum carmen:* *Jam-*

Jamque iterum Hippolyti carum caput æquora ſulcat.

In ea urbe mortuum fuiſſe Lycurgum quidam aſſeruerunt, ut narrat idem Plutarchus in Lycurgo, ſed Nicolaus Damaſcenus Criſſæ id accidiſſe dicit. Eam urbem Cretenſium coloniam fuiſſe, narrat Plutarchus lib. de Solertia animalium, non autem ex propria ſcientia, ſed ex quorundam opinione, quæ fabulam ſapit; ajebant enim Apollinem Cretenſibus delphinum ducem dediſſe, qui eos Cirrham deduxit. Navale Delphorum fuiſſe ſcribit Pauſanias Phocicorum initio, & vocat Cirrham: Τὸ ἐπίνειον Δελφῶν. Id eſt: *Delphorum navale.* Et rurſus eodem lib. ubi de Pliſto fluvio agit, ait: οὗτος ὁ Πλεῖστος ἐπὶ Κίῤῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν, καὶ τὴν ταύτῃ κάτεισι θάλασσαν. Id eſt: *Pliſtus ille deſcendit ad Cirrham Delphorum navale, & ad mare quod ibi eſt.* Et rurſus de ſitu expreſſius eod. lib. Ἐς δὲ Κίῤῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν, ὁδὸς μὲν σταδίων ἑξήκοντά ἐστιν ἐκ Δελφῶν· καταβάντι δὲ ἐς τὸ πεδίον Ἱππόδρομός τε ἐστὶ, καὶ ἀγῶνα Πύθια ἄγουσιν ἐνταῦθα τὸν ἱππικόν. Id eſt: *Ad Cirrham Delphorum navale iter eſt ſtadiorum ſexaginta, deſcendenti autem in planitiem Hippodromus extat, & equorum certamen illic celebrant, quod Pythia vocatur.* Suidas id ſpatium contrahit, & triginta tantum ſtadia numerat à Delphis Cirrham, ſed Pauſaniæ fides mihi potior, fuit enim locorum inſpector αὐτόπτης. Sed mirum eſt Polyænum lib. 3. Stratagem. 6. dixiſſe Cirrham procul à mari ſitam fuiſſe, ſic autem habet: Κλισθένης Κίῤῥαν ἐπολιόρκει, μάντευμα ἦν, Κιῤῥαίαν ἀνάλωτον ἔσεσθαι τὴν πόλιν, ἕως ἂν ψαύσῃ τῆς ἱερᾶς γῆς ἡ θάλασσα· οἱ μὲν Κιῤῥαῖοι κατεφρόνουν, πλεῖστον ἀπέχοντες θαλάσσης. Id eſt: *Cliſtenes Cirrham obſidebat, erat oraculum, Cirrham inexpugnabilem fore, niſi quando mare terram ſanctam attingeret. Cirrhæni id nihili faciebant, ut pote longe a mari*

ſiti. In hoc Polyæni loco pro Κιῤῥαῖαν procul dubio legendum 6. Κιῤῥαίων. Id eſt oraculum erat *Cirrhæorum*. Id eſt *Cirrhæis* datum, ſed hoc eſt in morbo ſontico recidivam ſanare, nam quæ ſequuntur innuunt, Polyænum rem non intellexiſſe, addit enim continuo. Ἡ δὲ Κίῤῥα τῆς ἱερᾶς γῆς ἔψαυσε, καθηκούσης ἐπὶ θάλασσαν· ὁ Κλεισθένης τὸ μαντεῖον μαθὼν, καθιέρωσε τῷ θεῷ τήν τε πόλιν, καὶ τὴν χώραν τὴν Κιῤῥαίαν, ἵνα πᾶσα ἱερὰ γινομένη κατὰ τὸν χρησμὸν ψαύσειε τῆς θαλάσσης. Id eſt: *At Cirrha ſacram terram attingebat, quæ ad mare pertingebat, Cliſthenes cum oraculum reſciviſſet, conſecravit Deo tum urbem, tum ditionem Cirrhæam, ut univerſa ſacra facta mare contingeret ſecundum oraculum.* Vides lector, quam male intelligebat oraculum & rem ipſam Polyænus? Nam ſi ſacra terra uſque ad mare extendebatur, ut ait hoc loco, oraculi conditio erat impleta, nec opus erat alia conſecratione, ut Cirrha expugnabilis foret, itaque nihil habet ſani Polyæni narratio, ut legitur, ſed ut autorem à tam abſurda ſententia liberemus pro καθηκούσης legendum καθήκουσα, ut referatur ad Κίῤῥα, & ſic legendo ſententia erit plana. Totum hoc negotium explicat Pauſanias in Phocicis circa finem, nam ipſius oraculi verba citat: Χρωμένοις δέ σφισιν ὑπὲρ νίκης ἀνεῖπεν ἡ Πυθία·

Οὐ πρὶν τῆσδε πόληος ἐρείψετε πύργον ἑλόντες
Πρὶν γε ἐμῷ τεμένει κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης
Κῦμα ποτικλύζῃ κελαδοῦν ἐπὶ οἴνοπα πόντον. Id eſt:
Non prius urbis ejus turrem captam diruetis,
Antequam meum ſeptum fluctus Amphitritæ
Cæruleos oculos habentis alluat reſonans & nigricans mare.

Deinde addit: Ἔπεισεν οὖν ὁ Σόλων καθιερῶσαι τῷ θεῷ τὴν Κιῤῥαίαν, ἵνα δὴ τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος γένηται γείτων ἡ θάλασσα. Id eſt: *Suaſit igitur Solon, ut Cirrhæa ditio conſecrare-*

craretur Deo, ut ſacro ſepto Apollinis fieret vicinum mare. Hæc optime cum oraculo, & re geſta conveniunt, corrigenda igitur Polyæni lectio, vel ipſe caſtigandus, qui falſam loci deſcriptionem nobis obtrudit, & Cirrham longe à mari ponit, quæ Delphorum navale erat, quod & firmat Lucianus in Phalaride ſecundo, ubi de Pythio Apolline ſic ait: Εἰ γοῦν ἐμίσει τὸν Φάλαριν, ἢ τὸ δῶρον αὐτὸ ἐμυσάττετο, ῥᾴδιον ἦν ἐν τῷ Ἰονίῳ μέσῳ καταδῦσαι αὐτὸ μετὰ τῆς ἀγούσης ὁλκάδος, ὁ δὲ πολὺ τοὐναντίον ἐν εὐδίᾳ τε διαπεραιωθῆναι, ὥς φασι, παρέσχεν αὐτοῖς, καὶ σῶς ἐς τὴν Κίῤῥαν καταρᾶραι. Id eſt: *Si enim Phalarin odio habuiſſet, vel ipſum donum abominatus fuiſſet, facile illi erat in medio Iönio id ſubmergere una cum navi, quæ id attulerat, ſed ille è contrario præbuit ipſis, ut ajunt, in ſereno cælo transfretare, & ſalvos Cirrham appellere.* T. Livius lib. 42. Cirrham licet everſam nominavit, & iter ab ea Delphos deſcribit, in quo rex Eumenes graviter læſus, & fere occiſus fuit, locum vide, nam prolixior eſt ea narratio, quam ut hîc inſeri poſſit, ex ea tamen dicam, me conjicere, numerum ſtadiorum apud Suidam magis conveniens eſſe, triginta ſcilicet ſtadiis diſtare Delphos à Cirrha, quam numerum 80. ſtadiorum, quem numerat Strabo, vel 60. ut numerat Panſanias, quando id ſpatium rex Eumenes pedes emetiebatur, ut narrat Livius. Eandem narrationem habet Plutarchus in lib. de amore fraterno, ſed non tam exacte: eam urbem ſcopuloſam vocat Lucanus, jure credo, ob Parnaſſi viciniam, habebat tamen vicinum campum, quem Strabo felicem vocat in loco libri 9. ſupra citato. De ejus conditu & ſitu plura non habemus dicenda, ſed de ejus everſione quædam addenda ſunt ex Strabone & Pauſania, ille igitur lib, 9. ſic ait: Ἡ δὲ Κίῤῥα καὶ ἡ Κρίσα κατεσπάσθησαν, ἡ μὲν πρότερον ὑπὸ Κρισαίων, ἡ δὲ ὕστερον ἐπὶ Εὐρυλόχου τοῦ Θεσσαλοῦ κατὰ τὸν Κρισαῖον πόλεμον·

μον· εὐτυχήσαντες γὰρ οἱ Κρισσαῖοι διὰ τὰ ἐκ τῆς Σικελίας καὶ τῆς Ἰταλίας τέλη, πικρῶς ἐπελώνουν τοὺς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀφικνουμένους, καὶ παρὰ τὰ προστάγματα τῶν Ἀμφικτυόνων. Id eſt: *Cirrha autem & Criſſa everſæ fuerunt, illa quidem à Criſſæis, hæc vero ab Eurylocho Theſſalo in bello Criſſæo: cum enim feliciter agerent Criſſæi ob portoria, quæ à Sicilia & Italia colligebant, acerbe vectigalia exigebant ab iis, qui ad templum proficiſcebantur, & ultra modum ab Amphictyonibus præſcriptum.* Sed aliter id negotium narrat Pauſanias in Phocicis: Χρόνῳ δὲ ὕστερον οἱ ἐν τῇ Κίρρᾳ ἄλλα τε ἠσέβησαν ἐς τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ ἀπέτεμνον τοῦ θεοῦ τῆς χώρας· πολεμεῖν οὖν πρὸς τοὺς Κιρραίους ἔδοξεν Ἀμφικτύοσι, καὶ Κλεισθένη τε Σικυωνίων τυραννοῦντα προεστήσαντο ἡγεμόνα εἶναι, καὶ Σόλωνα ἐξ Ἀθηνῶν ἐπηγάγοντο συμβουλεύειν.... ἔπεισεν οὖν ὁ Σόλων τῷ θεῷ καθιερῶσαι τὴν Κιρραίαν, ἵνα δὴ τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος γένηται γείτων ἡ θάλασσα· εὑρέθη δὲ καὶ ἕτερον τῷ Σόλωνι σόφισμα εἰς τοὺς Κιρραίους· τοῦ γὰρ Πλείστου τὸ ὕδωρ ῥέων διὰ ὀχετοῦ σφίσιν ἐς τὴν πόλιν ἀπέτρεψεν ἀλλαχόσε ὁ Σόλων· καὶ οἱ μὲν πρὸς τοὺς πολιορκοῦντας ἔτι ἀντεῖχον ἔκ τε φρεάτων καὶ ὕδωρ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ πίνοντες, ὁ δὲ τοῦ ἐλλεβόρου τὰς ῥίζας ἐμβαλὼν εἰς τὸν Πλεῖστον, ἐπειδὰν ἱκανῶς τοῦ φαρμάκου τὸ ὕδωρ ᾔσθετο ἔχον, ἀπέστρεψεν αὖθις ἐς τὸν ὀχετόν· καὶ ἐνεφορήσαντο γὰρ ἄδην οἱ Κιρραῖοι τοῦ ὕδατος· καὶ οἱ μὲν ὑπὸ ἀπαύστου τῆς διαρροίας ἐξέλιπον οἱ ἐπὶ τοῦ τείχους τὴν φρουράν. Ἀμφικτύονες δὲ ὡς εἷλον τὴν πόλιν, ἐπράξαντο ὑπὲρ θεοῦ δίκας παρὰ Κιρραίων. Id eſt: *Multo poſt tempore qui Cirrham incolebant, alia contra Apollinem perpetrarunt, & partem ſoli Apollini conſecrati ſibi uſurparunt: viſum eſt igitur Amphictyonibus bellum decernere contra Cirrhæos, & Cliſthenem Sicyoniorum tyrannum ei bello præfecerunt ducem, & Solonem etiam Athenis evocarunt, cujus conſilio uterentur ..... ſuaſit igitur Solon, ut conſecrarent Apollini Cirrhæum agrum, ut ſacro Apollini ſepto fieret vicinum mare, ſed & invenit etiam Solon aliam*

aliam contra Cirrhæos verſutiam. Nam Pliſti fluvii aquam,quæ per canalem eorum urbem influebat,alio divertit Solon: Cirrhæi tamen adhuc obſidentibus reſiſtebant, ex puteis & aqua in celeſtem bibentes. Ille vero Hellebori radices in Pliſtum immittens,poſtquam aquam ejus venenum ſatis imbibiſſe judicavit, rurſus aquam in canalem immiſit, & ea aqua ad ſatietatem uſque ſe ingurgitarunt Cirrhæi, & propter effluvium ventris nimium ii qui murorum cuſtodiam habebant, eam dereliquerunt: Amphictyones vero urbe capta Dei injurias ulti ſunt. Sic non concordaret cum Strabone Pauſanias, niſi dicamus de eodem negotio non loqui, & primnm bellum Cirrhæis illatum fuiſſe à Cliſthene cum Criſſæorum auxilio, & ideo Strabonem dixiſſe à Criſſæis everſam fuiſſe Cirrham: ſecundum vero bellum, contra Criſſæos inſoleſcentes ab Eurylocho Theſſalo geſtum fuiſſe, & ſic non abiret à Strabone Pauſanias. Stephanus de Cirrha non loquitur, nam in loco ubi de Cirrha ſecundum ordinem dixerat, vel dicere debuerat hiatus eſt magnus, ideo plura non ſuppetunt de ea urbe dicenda, niſi quod Dominicus Niger ait, ibi nunc vicum eſſe, qui ab incolis Solona dicitur.

CAPUT IV.

De CRISSA.

De Criſſa vero, quæ Cirrhæ tam vicina erat, ut plerique pro una & eadem urbe eas acceperint, plura jam ſupra in Cirrhæ narrationibus diximus, pauca tamen de ea addenda ſunt. Homerus Iliad. β. verſ. 320. eam ζαθέην, id eſt, divinam vocat, credo ob viciniam oraculi Delphici. Adducenda ſunt ſuper eo loco quæ

ſcripſit Euſtathius: ζαθέην, αὐτὴν λέγει, ἐπεὶ Δημήτρειόν φασι περὶ αὐτὴν ἐπιφανὲς, ἢ ὡς ἀνακειμένην Ἀπόλλωνι· ἐξ ἧς καὶ πεδίον Κρισσαῖον καὶ κόλπος ἐκεῖ Κρισσαῖος· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Κρισσαῖος διὰ τὸ καὶ τὴν Κρίσσαν διπλάζουσι τὸ Σ. κατὰ τοὺς νεωτέρους Κίῤῥαν λέγεσθαι, ὡς καὶ Πύρσος Πυῤῥὸς τροπῇ τοῦ ἑνὸς σ εἰς ρ. Id eſt: *Divinam autem dicit, eo quod Cereris templum ajunt ibi fuiſſe percelebre: vel quod ad Apollinem pertinebat, a qua & campus & ſinus Criſſæus & Cirrhæus dictus eſt, & eo quod per duo Σ. ſcripta ſecundum recentiores Cirrha dicta fuit, ut ex pyrſos ſit Pyrrhos, mutato uno σ in ρ.* At verba Euſtathii ſecum non quadrant, nam ſecundum exemplum quod adducit, ut ex Πύρσος fit Πυῤῥὸς, ſic in Cirrha fieret Cirſa, non Criſſa. Sophocles in Electra per unicum ſigma Κρίσαν vocat, & βουνόμον ἀκτὰν eam dicit per epithetum, id eſt, *littus paſcendis bobus aptum.* Ejus certe agri fertilitas eum litigioſum fecit, & Strabo eum campum felicem dixit ſupra loco citato. Igitur prius Cirrhæi & poſt eos Amphiſſæi eum colere affectarunt, ut ſupra dictum eſt. Poſt deſcenſum è Parnaſſo, fuiſſe Hippodromum, & ibi Pythia certamina committi ſolita ſupra ex Pauſania notavimus, id etiam firmatur ex Pindaro in Pythiis carm. 6: Κοινάν τε γενεᾷ, λόγοισι θνατῶν εὔδοξον ἁρματονίκαν Κρισσαίαισιν ἐν πτυχαῖς ἀπαγγελεῖ. Id eſt: *Communem etiam familiæ ſermonibus hominum, glorioſam in curru victori Criſſæis in receſſibus anunciabit.* Ad quæ Scholiaſtes: Νίκην τὴν εὐτυχηθεῖσαν ἐν Δελφοῖς· ἡ γὰρ Κρίσσα τῶν Δελφῶν. Id eſt: *Victoriam fælicem in Delphis: Criſſa enim Delphorum eſt.* Et idem Pindarus Iſthmiorum 2: Ἐν Κρίσσᾳ δ' εὐρυσθενὴς εἶδ' Ἀπόλλων μιν. Id eſt: *Criſſæ vero fortis Apollo vidit eum.* Ad quæ Scholiaſtes: Τοῦτό φησιν, ὡς τὰ Πύθια νενικηκότος αὐτοῦ, ἡ γὰρ Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐστὶ χωρίον. Id eſt: *Hoc ait eo quod Pythia vicerat ille, Criſa enim Phocidis*

dis eſt oppidum. Criſſam per duo σ. ſcribit Lycophron verſ. 165. ad quam vocem Tzetzes: Κρίσα πόλις Φωκίδος, κληθεῖσα παρὰ Κρίσου τοῦ Πανοπέως ἀδελφοῦ. Id eſt: *Criſſa urbs Phocidis, condita à Criſſo Panopei fratre.* Situm ejus urbis prope Cirphin aſſerit Antoninus Liberalis metamorph. 8: Παρὰ τὰ σφυρὰ τοῦ Παρνασσοῦ πρὸς νότον ὄρος ἐστὶν, ὃ καλεῖται Κίρφις παρὰ τὴν Κρίσαν. Id eſt: *Ad Parnaſſi pedes meridiem verſus mons eſt, qui Cirphis vocatur, prope Criſſam.* Quidam fuere qui Cirrham & Criſſam pro eadem urbe ſumpſerunt, ut ſupra diximus, & id etiam vult Stephanus: Κρίσα, πόλις Φωκίδος. (ait) Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἀπὸ Κρίσου Φωκέως. Id eſt: *Criſa urbs Phocidis. Hecatæus in Europa. A Criſo Phocenſi dicta.* Deinde addit: Τινὲς δὲ αὐτὴν τῇ Κίρρᾳ φασί. Id eſt: *Quidam eandem eſſe cum Cirrha dicunt.* Nonnus Dionyſiac. 13. verſ. 123. eam ἀειδομένην, id eſt, *celebratam* vocat, etiam tempore Benjamini Tudelenſis nomen ſuum adhuc ſervaſſe videtur, ſic enim ille: *Ab hac urbe ad Lepantum dimidii diei iter eſt maritimum, ubi in littore maris centum fere Judæi: hinc ſeſquidiei iter ad Criſam, ubi in monte Parnaſſo ſoli habitant ducenti fere Judæi, qui ſerunt ac metunt in fundis ſuis.* Sed ex hoc loco non colligitur eam urbem adhuc ſtetiſſe, quando Parnaſſum incolebant ii ducenti Judæi, non urbem, cujus tamen nomen adhuc durabat. Tempore certe Nicetæ Choniatis nulla erat in eo portu munitio, ſed patebat omnibus eum adire volentibus, ſic enim ille de Rogerio Siciliæ rege: Ἀκαρνᾶνας τε καὶ Αἰτωλοὺς τοὺς νῦν λεγομένους Ἀρτίνους καὶ ὅσα πάραλα ἀμαύρων τὸν Κορινθιακὸν κόλπον εἰσέπλευσε, καὶ τῷ Κρισσαίῳ λιμένι προσαρμοσθεὶς τοῖς ἐν μεσογαίῳ θάῤῥει προσβαλεῖν. Id eſt: *Acarnanas, & Ætolos nunc Artinos vocatos, & maritimam oram devaſtans in Corinthiacum ſinum navibus penetravit, & in Criſſæum ſinum invectus mediter-*

terranea etiam auſus eſt inuadere. Criſſæum ſinum nunc Pipadoſtria vocari dicit Niger, ſed ab Italis credo potius nautis, quam ab incolis, vox enim Italicum idioma ſapit, de ea urbe plura à me non habebit lector.

CAPUT V.

De monte Cirphi & Pliſto flumine.

Cirphis mons inter Cirrham & Delphos præruptus erat, de quo Strabo loco jam citato: Πρόκειται δὲ τῆς πόλεως ἡ Κίρφις ἐκ τοῦ νοτίου μέρους, ὄρος ἀπότομον, νάπην ὑπολιπὸν μεταξὺ, δι᾽ ἧς ὁ Πλεῖστος διαῤῥεῖ ποταμός. Id eſt: *Ante urbem eſt Cirphis ad meridiem ſitus, vallem relinquens in medio, per quam Pliſtus fluvius fluit.* De eo Antoninus Liberalis metamorph. 8: παρὰ τὰ σφυρὰ τοῦ Παρνασοῦ πρὸς νότον ὄρος ἐστὶν, ὃ καλεῖται Κίρφις παρὰ τὴν Κρῖσαν, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστὶν ἔτι νῦν σπήλαιον ὑπερμεγεθές. Id eſt: *Ad Parnaſſi devexa ad meridiem mons eſt, qui Cirphis vocatur, prope Criſſam, & in eo eſt etiam nunc maxima ſpelunca.* Narrat deinde fabulam de beſtia quadam magna, ſed ea ad noſtrum propoſitum nihil facit.

Pliſtus fluvius eo loco fluebat, de eo antiquiſſimam mentionem fecerat Æſchylus in Eumenidibus, ubi Pythias prophetiſſa ſic canit:

> Πλειστοῦ τε πηγὰς καὶ Ποσειδῶνος κράτος
> Καλοῦσα, καὶ τέλειον ὕψιστον Δία. Id eſt:
> *Pliſti fontes & Neptuni robur*
> *Invocans, & perfectum altiſſimum Jovem.*

De eo etiam meminit Callimachus Hymno in Delum:

> Οὐδέ τι πω τέθνηκεν ὄφις μέγας· ἀλλ᾽ ἔτι κεῖνο
> Θηρίον αἰνογένειον ἀπὸ Πλειστοῖο καθέρπον
> Παρνησὸν νιφόεντα περιστέφει ἐννέα κύκλοις. Id eſt:

Non-

Nondum mortuum eſt ſerpens magnus, ſed adhuc
Illud monſtrum horribile mentum habens à Pliſto adrepens
Parnaſſum nivoſum coronat novem ſpiris.

Apollonius etiam Argonaut 2. ubi de pugna Apollinis contra Delphinem ſerpentem loquitur, ait:

Πολλὰ δὲ Κωρυκίαι Νύμφαι Πλειστοῖο θύγατρες
Θαρσύνεσκον ἐπέεσσιν, ἰήϊε κεκληγυῖαι. Id eſt:
Multum etiam Corycia Nymphæ Pliſti filiæ,
Obfirmabant eum, clamantes Ië Ië.

De eo Pauſanias in Phocicis ſic ait: Τραπομένῳ δὲ ἐς ἀριστερὰν ἀπὸ τοῦ γυμνασίου καὶ ὑποκαταβάντι οὐ πλέον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἢ τρία στάδια, ποταμός ἐστιν ὀνομαζόμενος Πλεῖστος· οὗτος ὁ Πλεῖστος ἐπὶ Κίρραν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν καὶ τὴν ταύτῃ κάτεισι θάλασσαν. Id eſt: *A gymnaſio autem ad ſiniſtram ſe vertenti & deſcendenti non plus (ut mihi videtur) quam tria ſtadia, fluvius eſt Pliſtus vocatus, qui ad Cirrham Delphorum navale & mare adjacens deſcendit.* Ejus aquam per canalem in urbem deductam olim fuiſſe, jam ſupra ex eodem Pauſania docuimus. Meminerat ejus olim Nicander in transformationibus, quod nos docet Athenæus lib.3. ubi hos verſus citat:

Αὐτίχ᾽ ὅ δε ἐκ Σιδόεντος ἢε Πλείστου ἀπὸ κήπων
Μῆλα ταμὼν χλοάοντα, τύπους νομήσατο Κάδμου. Id eſt:
Statim ille è Sidunte vel ex hortis Pliſti mala cum
Incidiſſet viridia figuras inſcripſit Cadmi.

CAPUT VI.

De CRISSÆO *ſinu.*

Criſſæus ſinus Phocidis fuit, in quem Pliſtus ille delabebatur: de eo loquitur Strabo lib.8. ubi Græciam

in diverſas peninſulas dividit, ſic ait: Τρίτη δ᾽ ἡ καὶ ταύτην περιέχουσα, ἧς ἰσθμὸς ἀπὸ μυχοῦ τοῦ Κρισσαίου κόλπου, μέχρι Θερμοπυλῶν· ἡ δ᾽ ἐπινοουμένη εὐθεῖα γραμμή, ὅσον πεντακοσίων ὀκτὼ σταδίων, τὴν μὲν Βοιωτίαν ἅπασαν ἐντὸς ἀπολαμβάνουσα, τὴν δὲ Φωκίδα τέμνουσα λοξὴν καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους. Id eſt: *Tertia* (nempe peninſula) *hanc etiam continens, cujus iſthmus ab intimo receſſu Criſſæi ſinus uſque ad Thermopylas, & intelligitur recta linea, circiter ſtadiorum quingentorum octo, totam Bœotiam includens, Phocidem vero oblique ſecans & Epicnemidios.* Ex hoc Strabonis loco, ſi attente conſideretur, evincitur, male eos putare, qui per Criſſæum ſinum, totum Corinthiorum mare, à Rhio & Antirrhio, uſque ad iſthmum Corinthiacum, intelligunt. Nam ſi ab illo iſthmo, linea recta ad Thermopylas duceretur, ea linea Bœotiam totam non includeret, ſed mediam fere ſecaret, toto Helicone, Thisbe, Theſpiis, Lebadia, Chæronea credo & Orchomeno ab ea peninſula excludens contra Strabonis ſententiam; nec ab ea ſententia me dimovet alius Strabonis, locus, qui eodem libro paulo poſt legitur, obſcurus, corruptus, forte & mutilus, qui ſic habet: Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀντιρρίου μέχρι ἰσθμοῦ θάλασσα Ἀλκυονὶς καλεῖται, μέρος οὖσα τοῦ Κρισσαίου κόλπου * διέχουσα ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι τοῦ Ἀράξου σταδίους τριάκοντα, ἐπὶ τοῖς...... Numerus integer deeſt, ſic autem Latine ſonat is locus: *Mare autem ab Antirrhio uſque ad iſthmum, Alcyonis vocatur. Pars Criſſæi ſinus * diſtans ab iſthmo uſque ad Araxum ſtadiis ...... & triginta.* In hoc loco, ut legitur, aſteriſco notato, nihil eſt ſani: Araxus promontorium non eſt in Criſſæo ſinu, ideo ex eo loco non eſt, unde fides aſtrui poſſet locorum poſitioni. Fuit igitur, ſi bene conjicio, Criſſæus ſinus pars quædam totius illius maris, quod à freto, inter Rhium & Antirrhium, uſque ad iſthmum Corinthiacum continetur,

netur, quod ſuadet etiam locus Strabonis paucis lineis ante citatus: Τὸ δὲ Ἀντίῤῥιον ἐν μεθορίοις τῆς Αἰτωλίας, καὶ τῆς Λοκρίδος ἵδρυται· καλοῦσι δὲ Μολύκριον Ῥίον· εἶτα ἐντεῦθεν διΐσταται πάλιν ἡ παραλία μετρίως ἑκατέρωθεν· προϊοῦσα δὲ εἰς τὸν Κρισσαῖον κόλπον, ἐνταῦθα τελευτᾷ. Id eſt: *Antirrhium autem in confinio Ætoliæ & Locridis ſitum eſt, id autem vocant Molycrium Rhium, inde rurſus mediocriter littora à ſe invicem disjunguntur, & uſque ad Criſſæum ſinum procedit littus, & ibi deſinit.* Nam ſi ſtatim ab Antirrhio ſinus Criſſæus dictus fuiſſet, non dixiſſet Strabo, id littus procedere uſque ad Criſſæum ſinum. Sed mirum mihi videtur, inter autores, qui ad nos uſque pervenerunt, nullum, præter, Strabonem illud mare vocaſſe Alcyonium vel Alcyonidem. Idem Strabo lib. 9. ſed loco corrupto, circa Pegas Megaridis fuiſſe ait: τὴν Ἀλκυονίδα θάλασσαν κατὰ Πηγάς. Id eſt: *Alcyonide mare quod eſt ad Pegas.* Et hunc locum ſequendo, Criſſæus ille ſinus fuit in extremitate orientali totius Corinthiaci ſinus, quod tamen non concordat Criſſæ poſitioni, quæ fuit Cirrhæ vicina & Cirphi monti ſub Parnaſſo.

CAPUT VII.

De Anticirrha, Pharygio & Mycho.

In Criſſæi ſinus littore fuit Anticirrha civitas, aliis Anticyra dicta, ſed magis credo antiquioribus, qui Anticirrham dixerunt, eo quod Cirrhæ oppoſita fuit, celebris ob Hellebori abundautiam & excellentiam. Scylax in periplo: Μετὰ δὲ Λοκροὺς εἰσὶν ἔθνος Φωκεῖς, καὶ τὸ Κυραῖον (lege Κιῤῥαῖον) πεδίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Δελφοὶ πόλις, καὶ Ἀντίκυρα πόλις, οὗ βέλτιστα Ἐλλεβορίζουσι). Id eſt: *Poſt Locros eſt natio Phocenſes, & campus Cirrhæus, &*

templum Apollinis, & Delphi urbs, & Anticyra urbs, ubi optime Helleboro utuntur. Dicæarchus in Græciæ deſcriptione verſu 52.

---- ὅ τε Παρνασὸς μέγα
Καὶ σύσκιον ὄρος· εἶτα Νυμφῶν ἐχόμενον
Κωρύκιον ἄντρον· εἶτ' ἐς' Ἀντίκιρρα πόλις. Id eſt:
---- *Et Parnaſſus magnus,*
Et umbroſus mons: deinde Nympharum
Corycium antrum: deinde Anticirrha urbs.

Mallem legi Κωρυκίων, ut lex trimetri conſtaret, & ſenſu optimo. Theophraſtus lib. 9. cap. 10: Ὁ δ' ἐλλέβορος ἐπὶ πάντα τῇ τε ῥίζῃ καὶ τῷ καρπῷ χρήσιμος, εἴπερ οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ καθάπερ φασὶ τῷ καρπῷ καθαίρουσι. Id eſt: *Helleborus etiam ad ea & radice & fructu utilis, ii quidem, ut ajunt, qui Anticyræ habitant, etiam per fructum purgant.* Strabo lib. 9: Αὐτὴ γὰρ ἡ Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐστὶν, ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάσσης, καὶ Κίρρα καὶ Ἀντίκιρρα, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ συνεχῆ κείμενα χωρία, πρὸς τῷ Παρνασῷ. Id eſt: *Nam & ipſa Criſſa Phocidis eſt, ad ipſum mare ſita, & Cirrha, & Anticirrha, & ea quæ ſupra ſunt, in mediterraneo ſita loca.* Et non multo poſt eodem libro: πάλιν δ' ἐφεξῆς ἐστιν ἄλλη πόλις Κρίσσα, ἀφ' ἧς ὁ κόλπος Κρισσαῖος· εἶτα Ἀντίκυρα ὁμώνυμος τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον καὶ τὴν Οἴτην· καὶ δὴ φασὶν ἐκεῖ τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι τὸν ἄριστον, ἐνταῦθα δὲ σκευάζεσθαι βέλτιον, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν δεῦρο πολλοὺς καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν. Id eſt: *Rurſus ſequitur aliud oppidum Criſſa, à qua dicitur Criſſæus ſinus, deinde Anticyra, ejuſdem nominis cum ea, quæ eſt ad Maliacum ſinum & Oetam: & certe ajunt ibi optimum Helleborum provenire; ſed & in hac melius præparari, & ideo multos purgationis & remedii cauſa ad hanc proficiſci.* Et rurſus eodem libro: Ἀλλ' ἐπάνειμι ἐπὶ τοὺς Φωκέας, ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ μετὰ τὴν Ἀντίκιρραν πολίχνιόν ἐστι, ὅπισθεν ὁ

Μαρα-

Μαραθὼν (manuſcripti habent Μάραθος, Niger vero legit Μαραθοῦς quod melius) εἶτ᾽ ἄκρα Φαρύγιον, ἔχουσα ὕφορμον, εἶθ᾽ ὁ λιμὴν ὕστατος ὁ προσαγορευθεὶς Μυχὸς ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ὑπὸ τῷ Ἑλικῶνι καὶ τῇ Ἄσκρῃ κείμενος. Id eſt: *Sed ad Phocidem revertor, nam ſtatim in ora maritima poſt Anticirrham oppidulum eſt à tergo Marathon,* (ceu Marathus) *deinde promontorium Pharygium, quod ſtationem habet navium, deinde portus ultimus Mychus, dictus ab eventu, ſub Helicone & Aſcra ſitus.* His concinit Pauſanias Phocicorum initio. Τὰ μὲν δὴ ἀπαντικρὺ Πελοποννήσου καὶ τὰ ἐπὶ Βοιωτίας καθήκουσιν ἐς θάλασσαν οἱ Φωκεῖς, τῇ μὲν ἐς Κίῤῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν, τῇ δὲ ἐπὶ Ἀντίκυραν πόλιν. Id eſt: *In iis vero, quæ ſunt è regione Peloponneſi & ad Bœotiam tendunt, ad mare ſiti ſunt Phocenſes, partim ad Cirrham Delphorum navale, partim ad Anticyram urbem.* Idem Pauſanias eodem libro, Anticyram ait olim vocatam fuiſſe Κυπάρισσον. Id eſt: *Cupreſſum.* Sed Anticyrea virum fuiſſe, eodem, quo Hercules, tempore, à quo Anticyra dicta eſt, addit deinde: Κεῖται μὲν δὴ ἡ πόλις κατὰ Μεδέωνος τὰ ἐρείπια. Id eſt: *Sita autem ea urbs prope Medeonis ruinas.* De ea etiam meminerat Helladius Beſantinous, ſed paucis, ut videre eſt apud Photium, & ſupra dictis concinit. Ptolemæus de ſitu cum ſupra citatis autoribus omnino conſentit, ponit enim eam in littore parum à Criſſa diſtantem, orientem verſus, nec diſſident tabulæ. Stephanus etiam hæc habet: Ἀντίκυραι πόλεις δύο, ἡ μία Φωκίδος, ὡς Δημήτριος ὁ Καλλατιανός· ἡ δὲ ἐν Μαλιεῦσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος· ἐνταῦθά φασιν φύεσθαι τὸν ἐλλέβορον, τὸν ἄστον (forte legendum ἄριστον.). Id eſt: *Anticyræ duæ, altera quidem Phocidis, ut ait Demetrius Callantianus, altera in Melienſibus, ut Apollodorus: ibi ajunt helleborum optimum naſci.* Multas calamitates paſſa eſt ea urbs, nam & Philippus Amyntæ eam

evertit; ſic enim Pauſanias in Phocicis: Ἀντικυρέας δὲ ἐποίησεν ἀναστάτους, καὶ ὁ Ἀμύντου Φίλιππος. Id factum eſt poſt bellum ſacrum, ſub Philippi ducatu geſtum & abſolutum. Id narrat fuſe Diodorus lib. 16. ad quem te remitto, lector, id tantum de ea prolixa oratione excerpam: Amphictyonas, in quorum numero Philippus fuerat accenſus, id decreviſſe: Τὰς δὲ πόλεις ἁπάσας τῶν Φωκέων κατασκάψαι, καὶ μετοικίσαι εἰς κώμας, ὧν ἑκάστην μὴ πλεῖον ἔχειν οἰκιῶν πεντήκοντα. Id eſt: *Omnes autem Phocenſium urbes everti debere, & eos in pagos tranſportari, quorum unumquemque non plus quam quinquaginta domos habere deberet.* Sed tempore procedente, rurſus inſtaurata. Everſa eſt ab Atilio Romano duce, quod nos docet idem Pauſanias in Achaïcis. Ἀτίλιος δὲ τὰ μὲν ἄλλα τοῖς πράγμασι κατὰ τὰ ἐπιτεταγμένα ἐχρῆτο, τὰ δὲ οὐ κατὰ γνώμην οἱ τῶν Ῥωμαίων ἐστὶν εἰργασμένα, Εὐβοέων γὰρ Ἑστίαιαν πόλιν, καὶ Ἀντίκυραν, τὴν ἐν τῇ Φωκίδι ἑλὼν, ὑπηκόους κατ᾽ ἀνάγκην οὔσας Φιλίππου, ἐποίησεν ἀναστάτους. Id eſt: *Atilius autem in cæteris quidem negotiis ſequutus eſt juſſa, hæc vero non ſecundum Romanorum conſilium fecit: nam Eſtiæam Eubœorum, & Anticyram urbem Phocidis cum cepiſſet, quæ, neceſſitate ingruente obediebant Philippo, evertit.* De eorum vicinia ſic, eodem libro: Τὰ δὲ ὄρη τὰ ὑπὲρ τῆς Ἀντικύρας πετρώδη τε ἄγαν ἐστὶ, καὶ ἐν αὐτοῖς φύεται μάλιστα ἐλλέβορος, ὁ μὲν αὐτοῦ μέλας χωρεῖται ἀνθρώποις, καὶ ἐστὶ γαστρὶ καθάρσιον, ὁ δὲ ἕτερος λευκὸς, καὶ δι᾽ ἐμέτου καθαίρειν πέφυκε. Id eſt: *Montes autem, qui ſupra Anticyram ſunt, valde petroſi ſunt, & in iis præcipue naſcitur helleborus, & qui niger eſt prodeſt hominibus, & ventrem purgat, albus vero per vomitum purgare capax eſt.* Si Livio credimus, ſex aut ſeptem circiter annis antea bello vexata & obſeſſa fuerat à M. Valerio Lævino, cum Ætolorum auxilio, & per deditionem capta; à Lævino tradita fuit Ætolis

tolis ex ſocietatis pacto. Eam urbem portum habuiſſe capaciſſimum nos docet Livius, qui etiam audiendus eſt, ejus enim urbis ſitum curioſe deſcribit lib. 32. Poſtquam T. Quintium Romanum conſulem, incaſſum tentata Rhage obſidione, de locis ad hybernandum & claſſem recipiendam deliberaſſet, hæc addit: *Itaque relicta obſidione, quia nullus in tota Acarnaniæ & Ætoliæ ora portus erat, qui ſimul & omnes onerarias, quæ commeatum exercitus portabant, caperet; & tecta ad hybernandum legionibus præberet. Anticyra in Phocide in Corinthium verſa ſinum, ad id opportuniſſime ſita viſa; quia nec procul Theſſalia, hoſtiumque locis abibant: & ex adverſo Peloponneſum exiguo maris ſpatio diviſam; ab tergo Ætoliam Acarnaniamque, ab lateribus Locridem & Bœotiam habebant.* Dominicus Niger eum in promontorio, anguſto collo continenti annexo fuiſſe dicit, & ideo à quibuſdam inſulam dictam fuiſſe ait. Sed quoniam nullos autores ſuarum aſſertionum citat, non mihi videtur magnam fidem mereri. Ex ſupra poſitis locis patet, eam in littore ſinus Criſſæi, qui pars erat Corinthiaci ſinus, ſitam fuiſſe, ſub rupibus Heliconis, ad orientem Criſſæ urbis, & paucis ab ea diſſitâ milliaribus. Nec plura de ea dicenda putamus, niſi addamus Ortelium ſcripſiſſe in ſuo lexico, Serapionem dixiſſe, Errezalum vocatam fuiſſe, Pinetum vero nunc Suola vocari aſſerere, & in tabula à Philippo de la Rue delineata, Salonam in eo tractu notari.

Poſt Anticyram, ſequendo littus verſus orientem, Strabo lib. 9. ponit Pharygium Φαρύγιον, ſic: ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ μετὰ τὴν Ἀντίκιῤῥαν ἐστὶν ὄπισθεν ὁ Μαραθὼν, εἶτ' ἄκρα Φαρύγιον ἔχουσα ὕφορμον. Id eſt: *Statim in ora maritima, poſt Anticirrham oppidum, à tergo eſt Marathon, deinde promontorium Pharygium, quod ſtationem navium habet.*

habet. De eo promontorio ſilent omnes alii, & ideo nobis ſilendum eſt.

Pergit continue Strabo, & addit: Εἶθ' ὁ λιμὴν ὕστατος ὁ προσαγορευθεὶς Μυχὸς, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ὑπὸ τῷ Ἑλικῶνι καὶ τῇ Ἄσκρῃ κείμενος. Id eſt: *Poſtea ultimus eſt portus, dictus Mychus, ab eo, quod ei accidit ſub Helicone & Aſcra.* Sed de eo eodem lib. jam ſupra dixerat, ubi de Helicone monte ſic ait: Ὁ δὲ Ἑλικὼν συνεχής ἐστι τῇ Φωκίδι ἐκ τῶν πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μερῶν· μικρὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν, καὶ τὸν ὕστατον λιμένα τῆς Φωκίδος, ὃν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Μυχόν· ὑπέρκειται γὰρ μὲν τοῦτον μάλιστα τὸν λιμένα, τοῦ Κρισσαίου κόλπου, καὶ ὁ Ἑλικὼν, καὶ ἡ Ἄσκρη, καὶ ἔτι αἱ Θεσπιαί. Id eſt: *Helicon autem contiguus eſt Phocidi ad ejus partes ſeptentrionales, & parvus etiam ad occidentem, & ultimum portum Phocidis quem vocant, ob id, quod ei accidit Mychum, ſuperjacet enim præcipue Criſſæo ſinui ſecundum illum portum Helicon & Aſcra.* Hic locus Strabonis, ut legitur, ſi attente conſideretur, habet aliquid abſurdi, niſi pro ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν, legatur ἐκ τῶν πρὸς ἕω. Nam poſtquam dixit, ἐκ τῶν πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μερῶν, ubi per αὐτῆς nihil aliud intelligi poteſt, quam Φωκίδος, nam Helicon, non eſt fœminini generis, addit μικρὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν, quod de eadem Phocide intelligi debet ex ſermonis ſerie & conſequentia, & quod addit: Καὶ τὸν ὕστατον λιμένα τῆς Φωκίδος ὃν καλοῦσι .... Μυχὸν, non convenit ſuperioribus, eſt enim Μυχὸς *Mychus*, ille portus in tota Phocide orientalior locus. Ergo ſi ſic, ut legitur, Strabo ſcripſit, properante calamo, per inadvertentiam ἑσπέραν poſuit pro ἕω, *occidentem* pro *oriente*, plura de eo littore ne expectes.

CAPUT VIII.

De Delphis.

Nunc ad mediterranea recurrendum & ab occidente incipiendum, & de urbe celebri, quæ Græcis Δελφοὶ, & Πυθὼ dicebatur, vel Πυθών: hoc ultimo nomine eam vocavit Homerus in catalogo verſ. 519.

Οἳ Κυπάρισσον ἔχον Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.

Ad quæ ſic vetus Scholiaſtes: Πυθὼν, ἡ αὕτη πόλις Φωκίδος, τὸ πρότερον δὲ ἐκαλεῖτο Παρνασσία νάπη, ὡς ἀπὸ τοῦ παρακειμένου ὄρους, ἔπειτα Πυθῶν, ὕστερον Δελφοί. Id eſt: *Python urbs Phocidis, prius autem vocabatur Parneſſia vallis à monte adjacente, poſtea Python, & tandem Delphi.* Et Iliad. I. verſ. 405. Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ. Id eſt: *In Pytho lapidoſa.* Ad quæ idem Scholiaſtes: Πυθὼ πόλις Φωκίδος, ἧς οἱ οἰκήτορες Δελφοί. ἔστι δὲ ἱερὰ Ἀπόλλωνος, καὶ κέκληται, ἤτοι ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι τῆς Πυθείας τοὺς μαντευομένης, ἢ ἀπὸ τοῦ τοξευθέντα τὸν τοῦ χρηστηρίου φύλακα δράκοντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος αὐτόθι πυθῆναι, ὅ ἐστι σαπῆναι. Id eſt: *Pytho urbs Phocidis, cujus incolæ Delphi, eſt autem Apollini ſacra, & ſic vocatur, vel à ſiſcitando, eo quod qui oraculum interrogabant, Pythiam ſiſcitabant; vel à dracone cuſtode oraculi ab Apolline ſagittis confixo, qui ibi computuit.* Sed Apollonii doctus Scholiaſtes aliud nomen etiam habuiſſe dicit, ſic enim ad verſum Apollonii 1490. ad voces Φοίβοιο Λυκωρείοιο commentatur. Λυκωρείοιο, ἀντὶ τοῦ Δελφικοῦ· οἱ γὰρ Δελφοὶ τὸ πρῶτον Λυκωρεῖς ἐκαλοῦντο, ἀπό τινος κώμης Λυκωρείας. Id eſt: *Lycoræo, pro Delphico, nam Delphi prius Lycorenſes vocabantur à quodam pago Lycoria.* Euſtathius ad Dionyſium: Πυθῶνος θυόεν πέδον interpretatur: διὰ τὰς ἐκεῖ πολλὰς θυσίας. Id eſt: *Propter frequentia ibi ſacrificia.* Sive intelligat de malo odore,

qualis eſt in macellis, ubi carnes proſtant, vel de bono odore, ob thuris oblationes, quæ ibi fiebant. Sed turbat Ptolemæus, qui Pythiam & Delphos diverſas facit, & ab invicem diſſitas locat, ſic enim habet Europæ tabula 10.

ΦΩΚΙΔΩΣ μεσόγεια.
Πυθία νς'. λζ. δ'.
Δελφοὶ ν'. λζ. ς'.

Sed non debent nos turbare Ptolemæi numeri corruptiſſimi, nam quis iis fidem poterit habere, cum ita vicinæ fuerint, ut pro una eademque à pluribus autoribus accipiantur. Pythia certe, quæ & Pytho, videtur fuiſſe templum Apollinis Pythii, ubi reddebantur oracula, & ubi procul dubio fuerunt ædificia alia ad miniſtrorum templi habitationem, & fuit velut alia civitas, nam & iter inter Delphos & ſacrum Apollinis περίβολον, id eſt: *ſeptum* deſcribitur à Pauſania, & olim Delphi, qui Lycoræi dicebantur, altius habitabant, ſed poſtea ad viciniam templi deſcenderunt, & inferius ſedes poſuerunt. Sed quamvis ab omnibus autoribus Phocidi attribuantur Delphi, ipſi tamen Phocenſium nomen reſpuebant, id ait Pauſanias in Meſſeniacis: Ἀλλὰ οἱ μὲν Στυρεῖς καλεῖσθαι Δρύοπες ὑπερφρονοῦσι, καθάπερ καὶ Δελφοὶ πεφεύγασι ὀνομάζεσθαι Φωκεῖς. Id eſt: *Sed Syrenſes per contemptum nolunt appellari Dryopes, ſicut & Delphi nolunt Phocenſes vocari.* Itaque licet in Phocide ſiti, ſæpe illis male conveniebat cum Phocenſibus, ut patet ex Plutarcho in Cimone, his verbis: Ἐν δὲ τούτῳ τῶν Λακεδαιμονίων ὡς ἐπανήρχοντο, Δελφοὺς ἀπὸ Φωκέων ἐλευθερώσαντες ἐν Τανάγρᾳ καταστρατοπεδευσάντων. Id eſt: *Interea cum Lacedæmonii in reditu, Delphos à Phocenſibus liberaſſent, ad Tanagram caſtra poſuiſſent.* Ex hoc loco colligitur, Delphos invitos Phocenſibus paruiſſe, & eorum imperium, ut tyran-

tyrannidem, detrectaſſe, ideo ſine dubio in numero urbium viginti duarum, quem ex Demoſthene & Pauſania ſupra aſſeruimus, nec Delphi, nec eorum navale Cirrha numerantur. Longum foret, omnes autores recenſere, qui de ea urbe loquuti poſt Homerum; eos igitur ſolos laudabimus, qui aliquid lucis afferunt, vel ad conditum, vel ad ſitum, vel denique ad hiſtoriam. Et certe, licet tot antiqui eam urbem Pytho, vel Pythonem vocaverint, Euripidis tamen Scholiaſtes Delphida urbem Phocenſium μητρόπολιν, à Delpho conditam ait, pluribus poſt diluvium generationibus: ideo Pytho ſecundum eum fuit tantum μαντεῖον, id eſt oraculum, vel oraculi locus, Δελφοὶ, *Delphi* vero civitas, Deucalione multo recentior, addita oraculo, & condita non longe ab adyto, ſic igitur Euripides in Oreſte, ubi Pylades loquitur:

---- τί γὰρ ἐρῶ καλόν ποτε
τὴν Δελφίδ' ἐλθὼν Φωκέων ἀκρόπολιν.

Ad quæ Scholiaſtes: Ὕασπος ὁ Λυκώρας, (quem melius Pauſanias Ὕαμον τοῦ Λυκώρου vocat) μετὰ τὸν κατακλυσμὸν βασιλεύων τῶν περὶ τὸν Παρνασσὸν, Ὑάμπολιν ἔκτισε, καὶ γήμας Μελάνθειαν, τὴν Δευκαλίωνος ἐποίησε Μελανίδα, ἐκ δὲ Μελανίδος Δελφὸς, ὃς τὴν ἀρχὴν τοῦ μητροπάτορος παραλαβὼν, ἔγημε Καστελίαν, καὶ ἔσχε Καστέλιον καὶ Φήμινον, ὃν φασὶ πρῶτον ἐξαμέτρῳ χρήσασθαι· πόλιν δὲ κτίσας Δελφὸς, Δελφίδα ὠνόμασε, μετὰ δὲ θάνατον αὐτοῦ ἦρξε Καστέλιος, τοῦ υἱὸς Λάφειος, οὗ Νῆπος· ἐξ οὗ Δελφοὶ πολεμοῦντες πρὸς τοὺς ὁμόρους, ἀναρχίαν εἶλοντο, καὶ τὸν Ἀκρίσιον μετεπέμψαντο, ὃς αὐτοῖς τὸν πόλεμον καλῶς διέθετο, καὶ κατὰ ζῆλον τοῦ Ἀμφικτυονικοῦ συνεδρίου, ὃν κατεστήσατο Ἀμφικτύων ὁ Δευκαλίωνος ἐν Θερμοπύλαις τῆς Θεσσαλίας, ἕτερον ἐν Δελφοῖς κατεστήσατο. Id eſt: *Hyaſpis Lycoræ* (melius leg. Hyamis Lycori) *poſt diluvium regnans circa Parnaſſum, Hyampolin condidit, & ducta Melanthia Deucalionis, Melanida genuit, Melanidis vero fuit*

 filius

filius Delphus, qui regnum avi materni accipiens, duxit Caſtaliam, ex qua habuit Caſtalium & Pheminum, qui prius hexametro vaticinatus eſt: Delphus autem urbem condidit, & Delphidem nominavit, poſt cujus mortem regnavit Caſtalius, cujus filius Laphrius, cujus Nutius. Poſtea Delphi contra collimitaneos bellum gerentes, anarchia uſi ſunt, & Acriſium evocarunt, qui bello optime adminiſtrato, ad imitationem Amphictyonici conſeſſus, quem inſtituerat Amphictyon, Deucalionis filius, in Thermopylis Theſſaliæ, alium Delphis inſtituit. Æſchylus ab antiquiſſima origine ejus loci poſſeſſores recenſet, ejus verba operæ pretium eſt hîc inſerere ex Eumenidibus, ubi ſic incipit:

Πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν
Τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν, ἐκ δὲ τῆς Θέμιν
Ἣ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ᾽ ἕζετο
Μαντεῖον, ὡς λόγος τις· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
Λάχει, θελούσης, οὐδὲ πρὸς βίαν τινὸς
Τιτανὶς, ἄλλη, παῖς Χθονός, καθέζετο
Φοίβη, δίδωσιν δ᾽ ἣ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ. τὸ Φοίβης δ᾽ ὄνομ᾽ ἔχει παρώνυμον·
Λιπὼν δὲ λίμνην, Δηλίαν τε χοιράδα,
Κέλσας ἐπ᾽ ἀκτὰς ναυπόρους τε Παλλάδος
Ἐς τὴν δε γαῖαν ἦλθε Παρνησοῦ θ᾽ ἕδρας. Id eſt:

Primum hac prece memor vel ſaluto Dearum
Primam vaticinatricem Terram, & poſt eam Themin,
Quæ ſecunda poſt matrem huic
Oraculi loco præſedit, ut eſt ſermo:
Tertio vero loco conſortita eſt ſine vi
Titanis alia, Terræ filia
Phœbe: dedit autem ea natale munus
Phœbo, nomen autem habet ad Phœbes nomen accedens.

Lin-

Linquens autem lacum, & petram Deliam,
Cum appuliſſet ad littora navibus commoda Palladis,
In hanc terram venit, & Parnaſſi ſedes.

Et paulo poſt:

Μελόντα δ' αὐτὸν κάρτα τιμαλφεῖ λεὼς,
Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ. Id eſt:
Eum autem advenientem valde honorat populus,
Et Delphus ejus regionis rex ad gubernaculum ſedens.

Aliter hunc locum interpretor, quam vulgo faciunt, nam τὸ Δελφὸς referunt ad λεὼς adjective; at nunquam, credo, invenietur exemplum talis ſignificatus, ut populus vocatus fuit rex. Et ſupra vidimus Delphum Melarcidis filium eam urbem condidiſſe, & id teſtatur Euripidis Scholiaſtes ad Oreſtem, ad hæc verba, pagina 221: τὴν Δελφίδ' ἐλθὼν, Φωκέων ἀκρόπολιν, ubi ſic commentatur: ἐκ Μηλανίδος Δελφὸς, ὃς τὴν ἀρχὴν τοῦ Μητροπάτορος παραλαβὼν, ἔγημε Κασταλίαν ..... πόλιν δὲ κτίσας Δελφὸς, Δελφίδα ὠνόμασε. Id eſt: *Ex Melanide Delphus, qui, avi materni regnum cum accepiſſet, Caſtaliam duxit uxorem ..... urbem autem cum condidiſſet Delphus, Delphidem nominavit.* Sed expreſſius Pauſanias in Phocicis: Κελαινὼ θυγατέρα Ὑάμῳ τῷ Λυκώρου γενέσθαι· Δελφὸν δὲ, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει, τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστι. Κελαινοῦς τε αὐτὸν τῆς Ὑάμου καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι. Id eſt: *Filiam Celæno habuiſſe, Hyamum, Lycori filium, Delphum autem, à quo nomen urbis, quod nunc obtinet, Celænus Hyami fuiſſe filium & Apollonis.* Ex his igitur locis rurſus patet, male ſentire eos, qui nomen Δελφὸς apud Æſchylum referunt ad λεὼς, ut intelligatur, *populus Delphicus.* Ex hoc igitur Æſchyli loco colligitur, ex Græcorum fabuloſa traditione, Terram Deam eum locum primam poſſediſſe, dein-

de ejus filiam Themin, tertio loco Phœbem Titanidem, Themidis ſororem, quæ Apollini recens nato eam regionem & oraculi ſedem dedit; Delphum autem quendam nomen urbi impoſuiſe Delphos, quæ antea Pytho & Python. Eum locum umbilicum terræ, & totius mundi medium putarunt antiqui: ſic Pindarus Pythior. 6: Ἀκούσατ'. ἦ γὰρ ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας ἄρουραν, ἢ Χαρίτων ἀναπολίζομεν ὀμφαλὸν ἐριβρόμου χθονός. Id eſt: *Auſcultate, nam Veneris verſatiles oculos habentis agrum, vel Gratiarum iterum vertimus, umbilicum terræ horriſonæ.* Et de ejus templi ruina & inſtauratione idem Pindarus Pythiorum 7. ubi de Alcmæonidis ait: οἳ τεόν τε δόμον Πυθῶνι δίᾳ θαητὸν ἔτευξαν. Id eſt: *Qui tuam domum, in divina Pythone admirabile ædificaverunt.* Ad quæ Scholiaſtes: λέγεται γὰρ ὅτι τὸν Πυθικὸν ναὸν πρησθέντα, ὥς φασιν ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν, οἱ Ἀλκμαιωνίδαι φυγαδευθέντες ὑπ' αὐτῶν, ὑπέσχοντο ἀνοικοδομῆσαι· καὶ δεξάμενοι χρήματα, καὶ συναγαγόντες δύναμιν, ἐπέθεντο τοῖς Πεισιστρατίδαις· καὶ νικήσαντες μετ' εὐχαριστηρίων πλειόνων ἀνῳκοδόμησαν τῷ θεῷ τέμενος· Φιλόχορος ἱστορεῖ. Id eſt: *Dicitur autem quod Pythicum templum à Piſiſtratidis, ut ajunt, combuſtum, Alcmæonidæ in exilium pulſi ab iis promiſerunt, ſe reædificaturos; & cum pecunias accepiſſent & copias collegiſſent, Piſiſtratidas adorti ſunt, & victores cum multis gratiarum actionibus reædificarunt Dei templum. Philochorus id narrat.* Umbilicum etiam terræ dixit Euripides in Oreſte: Τρίποδος ἀπόφασιν, ἂν ὁ Φοῖβος ἔλαχεν· Ἔλαχε δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον, ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοὶ γᾶς. Id eſt: *Tripodis enunciatum quod Phœbus ſortitus eſt: ſorte accepit ſolum, ubi dicuntur eſſe terræ receſſus in medio ejus umbilico.* Ad quæ Scholiaſtes: Ὀμφαλὸς λέγεται ἡ Πυθὼ παρὰ τὸ τὰς ὀμφὰς, τὰς ἀπὸ θεοῦ χρηστηριαζομένας λέγειν· ἢ παρὰ τὸ εἶναι ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης· λέγεται δὲ

τὸν Δία

τ Δία μαθεῖν. βȣλόμενον τὸ πλ⁀ τ γῆς, δύο ἀετȣ̀ς ἰσοταχεῖς ἀφεῖναι, τ μὲν ἀπὸ δύσεως, τ δ᾽ ἀπὸ ἀνατολῆς, ϗ ἐκεῖ αὐτȣ̀ς συναντῆσαι, ὅθεν ὀμφαλ⁀ ἐκλήθη. Id eſt: *Umbilicus dicitur Pytho, eo quod voces, quas Deus in oraculis pandit, dicat, vel quod ſit in medio terræ habitabilis. Dicitur enim quod Jupiter, diſcere volens terræ terminum, duas aquilas æqualiter veloces dimiſerit, unam ex oriente, alteram ab oriente, & ibi ſibi invicem occurriſſe, unde umbilicus dictus eſt ille locus.* Eadem repetit idem Euripides in Tauris, & in Jone. Orpheus, ceu Onomacritus Hymno in Themin, ab Æſchylo diſcedit, & nullam de Phœbe mentionem facit, ſic enim verſu 3.

Ἡ πρώτη κατέδειξε βροτοῖς μαντήιον ἁγνὸν,
Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι θεμιστεύȣσα θεοῖσι
Πυθίῳ ἐν δαπέδῳ, ὅτι Πυθοῖ ἐμβασίλευεν
Ἡ ϗ Φοῖβον ἄνακτα θεσμοσύνας ἐδίδαξε. Id eſt:
Quæ prima hominibus monſtravit oraculum purum,
In Delphico receſſu oracula pandens diis in ſolo
Pytho, & quod Pythone regnabat, quæ
Etiam Phœbum regem docuit jura.

De eo etiam Pauſanias in Phocicis, ſic: Φασὶ γὰρ δὴ τὰ ἀρχαιότατα Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον, ϗ Δάφνlω ταχθῆναι ἐπ᾽ αὐτῷ πρόμαντιν ὑπὸ τ Γῆς· εἶναι δ᾽ αὐτlὼ τ περὶ τὸ ὄρ⁀ Νυμφῶν· Ἔστι δ᾽ ἐν Ἕλλησι ποίησις, ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσιν Εὐμολπία, Μȣσαίῳ δ᾽ τῷ Ἀντιοφήμȣ προσποιȣ̃σι τὰ ἔπη· πεποιημένον οὖν ἐν τȣ́τοις ἐστὶν, Ποσειδῶν⁀ ἐν κοινῷ ϗ Γῆς εἶναι τὸ μαντεῖον· καὶ τlὼ μὲν χρᾶν αὐτlὼ, Ποσειδῶνι δ᾽ ὑπηρέτlω ἐς τὰ μαντεύματα εἶναι Πύρκωνα· ϗ ȣ̈τως ἔχει τὰ ἔπη·

Αὐτίκα δ᾽ Χθονίης φωνὴ πινυτὸν φάτο μῦθον
Σὺν δέ τι Πύρκων ἀμφιπόλ⁀ κλυτȣ̃ Ἐννοσιγαίȣ.

Χρόνῳ δ᾽ ὕστερον ὅσον ὀλίγη μεθ᾽ lὼ δοθlῶαι Θέμιδι ὑπ᾽ αὐτῆς λέγȣσιν, Ἀπόλλωνα δ᾽ παρὰ Θέμιδ⁀ λαβεῖν δωρεάν. Ποσειδῶνι δ᾽

νι δὲ ἀντὶ τοῦ μαντείου Καλαύρειαν ἀντιδοῦναί φασιν αὐτὸν τὴν πρὸ Τροιζῆνος. Id eſt: *Ajunt autem ex antiquiſſima memoria Terræ fuiſſe oraculum, & Daphnem fuiſſe prophetiſſam à Terra ordinatam, fuiſſe autem de numero Nympharum, quæ ſunt circa montem. Eſt autem apud Græcos poëſis quædam, cui nomen eſt Eumolpia: Muſæo quidem Antiophemi tribuunt eos verſus; in iis narratur, oraculum fuiſſe commune Neptuno & Terræ, & illam quidem vaticinatam fuiſſe, Neptuni vero prophetam fuiſſe Purconem, & ſic ſe habent ii verſus:*

Nunc ſapientem Terræ veſtræ dicite ſermonem,
Et ſimul Pyrcon incly ti Neptuni miniſter.

Paulo poſt autem dicunt datum ab ea fuiſſe Themidi, Apollinem vero à Themide donum accepiſſe, Neptuno vero pro oraculi compenſatione eum dediſſe Calauriam, quæ eſt, ante Træzenam. Ex hoc loco Pauſaniæ Euſtathius ad Dionyſium accepit, credo, hæc, quæ conſonant: Καὶ ἡ Καλαύρεια δὲ ἱερά ἐστι Ποσειδῶνος, ὥς φασι Φιλοστέφανος· ἦν δὲ πρότερον μὲν Ἀπόλλωνος· ἡ δὲ Πυθὼ Ποσειδῶνος, καὶ ἀντήμειψαν ἤγουν κατήλλαξαν. Id eſt: *Calauria quidem ſacra eſt Neptuno, ut ait Philoſtephanus, erat autem prius Apollinis, Pytho vero Neptuni, & ſibi invicem jus ceſſerunt, id eſt: permutarunt.* Sed cum Æſchylus ſit multo antiquior Philoſtephano, & curioſe recenſeat omnes ejus loci poſſeſſores, ei fides eſt potius adhibenda, qualis ſcilicet fabulis adhibenda eſt. Sed idem Euſtathius non ſibi conſtat, nam ad hæc verba Dionyſii verſu 499: Καλαύρειά τε τρηχεῖα, ſic commentatur: ἠλλάξατο δέ φασὶν ὁ Ποσειδῶν τὴν Καλαύρειαν ταύτην πρὸς τὴν Λητώ, ἀντιδοὺς τὴν Δῆλον· ὥσπερ καὶ τὴν Πυθὼ ἀντιδοὺς, ἔσχε τὸ Ταίναρον· ὅθεν καὶ λόγος παροιμιώδης, ἐπὶ τῶν ἴσα ἀνθῃρημένων, καὶ ἀντικαταλλασσόντων ...... Ἶσόν τοι Δῆλόν τε Καλαύρειάν τε νέμεσθαι, Πυθώ τ' ἠγαθέην καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα. Id eſt: *Commutavit autem Neptu-*

Neptunus, ut ajunt, eam Calauriam cum Latona, ei Delum contracedens ut & Pytho contracedens habuit Tænarum. Hæ fabuloſæ narrationes, non mirum ſi non conveniant: tædioſum foret, ſi multas alias opiniones recenſere vellem, æque fabuloſas. Supra eam urbem templum Ariſtides in Panathenaïco vocavit: Κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἱερόν. Id eſt: *Templum commune Græcorum.* Adeo celebre erat, eo quod omnes Græciæ populi ad illud, oraculorum cauſa, frequentes ventitabant, & quod non ſolum inter Græcos celebre erat & veneratione dignum exiſtimabatur; ſed & barbaræ gentes & Romani duces ei loco reverentiam exhibuerunt, & curam ejus habuere: teſtis Polybius in excerptis pag. 194: Ὅτι ὁ ϛρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, μετὰ τὸ χωρισθῆναι ἐξ Ἀχαΐας τὸ συνέδριον, ἐπισκευάσας τὸν ἐν ἰσθμῷ τόπον, καὶ κοσμήσας τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ἐν Δελφοῖς νεών. &c. Id eſt: *Proconſul* (vel prætor) *Romanus, poſtquam concilium ex Achaja deceſſit, cum templum, quod in iſthmo eſt, reparaſſet, & Olympiæ & Delphorum templa ornaſſet.* De Crœſo autem & donariis, quæ in eo conſecravit, narrationes, ex Herodoto & aliis, notæ ſunt omnibus. Ideo fuit ea civitas celebris, & inter omnes Phocidis urbes principatum habebat, quod nos docet, in Phocicis Pauſanias: Ἐλάτειά τε τῶν ἐν Φωκεῦσι μεγίϛη πόλεων ἐϛὶ τῶν ἄλλων μετά γε τοὺς Δελφούς. Id eſt: *Elatia quidem maxima eſt omnium urbium, quæ ſunt in Phocide, poſt Delphos.* De ejus urbis ſitu audiendus Strabo lib. 9. ubi ſic loquitur: Αὐτὴ γὰρ ἡ Κρίσα τῆς Φωκίδος ἐϛὶν, ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάσσης, καὶ Κίῤῥα, καὶ Ἀντικίῤῥα, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ συνεχῆ κείμενα χωρία, πρὸς τῷ Παρνασσῷ, Δελφοί τε καὶ Κίρφις, καὶ Δαυλίς. Id eſt: *Ipſa enim Criſſa Phocidis eſt, ad ipſum mare ſita, & Cirrha, & Anticirrha, & ea, quæ ſupra eas in mediterraneo continuo ſita ſunt loca ad*

Parnaſſum, Delphi, & Cirphis, & Daulis. Ex hoc loco colligitur, Delphos urbem ſitam fuiſſe in latere Parnaſſi, quod ſinum Corinthiacum, & Cirrham,& Criſſam ſpectat. Spatium inter Cirrham & Delphos facit Strabo ſtadiorum 80. eodem libro 9. Locus jam citatus fuit ſupra pag. 597. ideo non eſt hic repetendus, ut nec locus Pauſaniæ, qui numerum ſtadiorum 60. definit, ſupra etiam citatus pag. 599. nec rurſus de ſpatio 30. ſtadiorum, quod ponit Suidas, & exemplo regis Eumenis, qui id iter læſus faciebat, diſputandum, quod factum & ſupra, ubi de Cirrha tractavimus pag. 601. Inter Delphos & Thebas erant anguſtiæ, tranſitu difficiles, quod nos docet Plutarchus in Demetrio, de quo poſt Thebas captas, ſic ait: Ἐπεὶ γὰρ Αἰτωλοὶ τὰ περὶ Δελφοὺς στενὰ κατεῖχον, ἐν Ἀθήναις αὐτὸς ἦγε τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν πανήγυριν. Id eſt: *Nam cum Ætoli anguſtias, quæ ſunt circa Delphos occupaſſent, Athenis agonem* (Pythicum ſcilicet) *celebravit, & publicum conventum.* Eas anguſtias ſuſpicor fuiſſe eas, quæ σχιστὴ ὁδός, id eſt, *via inciſa* dicebantur; de qua in ſuo loco dicendum erit. Inter Delphos & Platæas intercedebant ſtadia quingenta,ut colligitur ex Plutarcho in Ariſtide, ubi ait, Euchidam Platæenſem eodem die Platæis Delphos iviſſe, & ante ſolis occaſum Platæas rediiſſe: Τῆς αὐτῆς ἡμέρας χιλίους σταδίους ἀνύσας. Id eſt: *Eadem die mille ſtadiorum iter emenſus.* Diſtabant etiam Delphi ab Amphiſſa ſtadiis 60. quod ait Æſchines contra Cteſiphontem: Ταῦτα δὲ ἡμῶν πραττόντων, οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, ἑξήκοντα στάδια ἄπωθεν οἰκοῦντες Δελφῶν, ἧκον πρὸς ἡμᾶς. Id eſt: *Hæc cum agebamus Locri Amphiſſenſes, ſexaginta ſtadia & Delphis diſſiti, ad nos venerunt.* A Dolopibus per montem Oetam Delphos ibatur, quod ait Livius lib. 41. *Perſeus* (ait) *per id tempus, quia quidam ex Dolopibus non parebant;*

rebant ...... cum exercitu profectus, ſub jus judiciumque ſuum totam gentem coëgit. Inde per Oetæos montes tranſgreſſus, religionibus quibuſdam animo objectis, oraculum aditurus, Delphos aſcendit. Et hæc ſunt, quæ de ſitu ejus loci undique corradere potui: ſi quis noſſe velit, quomodo inventum fuerit illud oraculum, & quomodo utebantur eo homines ab initio, adeat Diodorum lib. 16. ad annum 2. Olymp. 106. prolixior enim eſt is locus, quam ut hic aſcribi poſſit. Plures calamitates paſſa eſt ea civitas, quarum antiquiſſima memoratur expeditio à Phorbante, Phlegyarum rege, contra eam facta, de qua Pauſanias in Arcadicis meminit: χρόνῳ δὲ ὕστερον μετῴκησεν ὁ Ἔλατος ἐς τὴν νῦν καλουμένην Φωκίδα, καὶ τοῖς δὲ Φωκεῦσιν ἤμυνεν ὑπὸ Φλεγυῶν πολέμῳ πιεζομένοις. Id eſt: *Poſtea vero Elatus, mutatis ſedibus, terram, quæ nunc Phocis appellatur, incoluit, & Phocenſes propugnavit à Phlegyis bello oppreſſos.* Et in Phocicis: Ἔλατον γὰρ τὸν Ἀρκάδος ἡνίκα ἐπὶ τὸ ἱερὸν Φλεγύαι τὸ ἐν Δελφοῖς ἐστρατεύσαντο. Id eſt: *Elatum Arcadis filium, quando Phlegyæ exercitum contra Delphos duxerunt.* De eo etiam negotio locus eſt elegans apud Philoſtratum in Phorbante: ὁ ποταμὸς ὦ παῖ Κηφισσὸς ..... σκηνοῦσι δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῦ Φλεγύαι βάρβαροι, πόλεις οὔπω ὄντες· οἱ δὲ πυκτεύοντες, τόν τε οἶμαι Ἀπόλλωνα ὁρᾷς. Ὁ δ᾽ αὖ Φόρβας ἐστὶν, ὃν ἐστήσαντο οἱ Φλεγύαι βασιλέα, ἐπεὶ δ᾽ ἂν μέγας παρὰ πάντας οὗτος, καὶ ὠμότατος τοῦ ἔθνους· πυκτεύει δὲ Ἀπόλλων πρὸς αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν παρόδων· τὴν γὰρ ἐπὶ Φωκέων τε καὶ Δελφῶν ὁδὸν κατασχὼν· οὔτε θύει Πυθοῖ οὐδεὶς ἔτι. Id eſt: *Fluvius hic, o puer, eſt Cephiſſus ..... tentoria autem ſua habent ſuper eo Phlegyæ barbari, nondum urbes habentes: ſunt autem pugiles. Apollinem, ut puto, vides, & rurſus Phorbas eſt, quem regem ſibi conſtituerunt Phlegyæ, quoniam maximus omnium & crudeliſſimus in tota gente, pugillatu autem*

cum eo certat Apollo, de viarum libertate. Nam cum viam rectam, quæ ad Phocenſes & Delphos ducit, occupaſſet, nullus jam Pythoï ſacra facit. Sed neque Apollinis pugillatus, neque Elati auxilium vetuit, quo minus Phlegyæ Delphos diriperent. Nam Euſtathius ad Iliad. N. verſ. 302. hæc habet: Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Φλεγύαι, ὅμοροι τοῖς Ἐφύροις ὄντες, οἱ κάτοικοι τῆς ἐν Φωκίδι Γυρτώνης, ἡ περὶ τὴν Δαυλίδα τῆς Φωκίδος, ἀσεβεῖς ἄνδρες καὶ λῃστρικοὶ, οἱ καὶ τὸν ἐν Πυθοῖ ναὸν ἐπόρθησαν. Id eſt: *Similiter & Phlegyæ, Ephyrorum vicini, & incolentes Gyrtonem, quæ ſita eſt in Phocide, prope Daulidem Phocidis, viri impii & latrones, qui etiam templum Pythium expilarunt.* Secunda Delphorum calamitas, quæ Delphos evertit, evenit in Xerxis tranſitu, de quo negotio Diodorus lib. XI. ad Olymp. 75. ubi de Xerxe: Αὐτὸς δὲ μέρος δυνάμεως ἀπέλιπε, καὶ προσέταξεν ἐς Δελφοὺς ἰέναι, καὶ τὸ μὲν τέμενος τοῦ Ἀπόλλωνος ἐμπρῆσαι, τὰ δὲ ἀναθήματα συλῆσαι. Id eſt: *Ille autem partem copiarum reliquit, & juſſit ut Delphos invaderent, & Apollinis templum incenderent, & donaria violarent.* Subjungit tamen, eos ab ea direptione repulſos fuiſſe per fulgura, fulgetra & imbres immodicos, & rupium fragmenta, narratione prorſus ſimili & germana, quæ multis poſtea ſæculis eveniſſe ait Græcia mendax in Gallorum ad eos acceſſu. Eas fabulas ſuperſtitio fabricavit, ut oraculo ſuo dignitas inviolata maneret. Nam alii autores aſſerunt, templum à Gallis ſpoliatum fuiſſe: & cladem Gallorum ad internecionem cæſorum falſam eſſe, evincit Gallorum in Aſiam tranſitus & victoria. Nec tamen mirum foret, ſi diabolus, qui princeps aëris dicitur, & tempeſtatibus & fulminibus ſe immiſcere putatur, templum illud intactum ſervaſſet, ubi ipſe oracula edebat, & miſeros mortales, in ſui cultum infœliciter deditos, in idololatriæ barathrum falſis miraculis

culis præcipitabat. Tertiam cladem paſſi ſunt Delphi, quando Phocenſes, duce Philomelo, Delphos invaſerunt, de quo Diodorus lib. 16. ad Olymp. 106. anno tertio, ubi de illo Philomelo ait: Ἀθροίσας δὲ στρατιωτῶν πλῆθος, καὶ καταλαβόμενος τὸ μαντεῖον, τούς τε Θρακίδας καλουμένους τῶν Δελφῶν ἐναντιουμένους ἀνεῖλε, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσε. Id eſt: *Cum collegiſſet militum multitudinem, & locum oraculi occupaſſet, Thracidas, qui ſe illi oppoſuerant, occidit, & eorum bona publicavit.* Et paulo poſt ad eundem annum, de eodem viro: Ὁ Φιλόμηλος ἔκρινε μισθοφόρων ἀθροίζειν πλῆθος, προσδεομένου δὲ τοῦ πολέμου χρημάτων πλειόνων, ἠναγκάζετο τοῖς ἱεροῖς ἀναθήμασιν ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας, καὶ συλᾶν τὸ μαντεῖον. Id eſt: *Philomelus decrevit mercenariorum militum copias colligere, ſed cum id bellum egeret pluribus pecuniis, coactus fuit manus ad publica donaria extendere, & oraculum ſpoliare.* Quarta clades annumeranda eſt, quando Brennus Gallorum dux, cum ſexaginta quinque millibus Gallorum Delphos, & templum Apollinis expilavit. Nam licet Trogus ceu Juſtinus, mendaces Græcos ſequutus, tradiderit, Brennum repulſum à quatuor millibus Græcorum, & ipſum *Brennum, cum dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione vitam finiviſſe:* tamen ne hoc credamus, Strabo lib. 5. ſic ſcribit: Καὶ τοὺς Τεκτοσάγας δέ φασι μετασχεῖν τῆς ἐπὶ Δελφοὺς στρατείας, καὶ τούς τε θησαυροὺς τοὺς εὑρεθέντας παρ' αὐτοῖς, ὑπὸ Καιπίωνος τοῦ στρατηγοῦ, ἐν πόλει Τολώσσῃ τῶν ἐκεῖθεν χρημάτων μέρος εἶναι φασί. Id eſt: *Et Tectoſagas ajunt participes fuiſſe expeditionis in Delphos, & theſauros, quos apud eos invenit Cæpio in urbe Toloſſa, partem fuiſſe divitiarum inde aſportatarum.* Derogat etiam fidem Juſtino Dio Caſſius in excerptis pag. 630. de Toloſa: Τὸ γὰρ χωρίον ἄλλως τε παλαιόπλουτον ἦν, καὶ τὰ ἀναθήματα, ἅ ποτε οἱ Γαλάται οἱ μετὰ Βρέννου στρατεύσαντες ἐκ τῶν Δελφῶν ἐσύλησαν εἶχεν.

εἶχεν. Id eſt: *Locus enim alias etiam divitiis ab antiquo abundabat, & donaria, quæ olim Galli, qui ſub Brenno militabant, è Delphis diripuerant, habebat.* Itaque non dubito, quin eæ narrationes de Xerxe & Medis, ut de Brenno & Gallis, iis annumerandæ ſint, *quæ Græcia mendax audet in hiſtoria.* Dum idolorum ſuorum miracula fingit, Tandem ultimam divitiarum expilationem paſſi ſunt Delphi, quando Sylla, in obſidione Athenarum & Piræi, egens pecunia, donaria, quæ ibi erant, abſtulit, quod Dio Coccejanus narrat in excerptis pag. 646. de Sylla: Ἐπεὶ δὲ χρημάτων ἐδεῖτο πολλῶν, ἐκίνει τὰ τῆς Ἑλλάδος ἄσυλα, τὰ μὲν ἐξ Ἐπιδαύρου, τὰ δὲ ἐκ τῆς Ὀλυμπίας, τὰ κάλλιστα καὶ πολυτελέστατα τῶν ἀναθημάτων μεταπεμπόμενος, ὅτι καὶ τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἔγραψεν ἐς Δελφοὺς, ὅτι τὰ χρήματα τοῦ θεοῦ βέλτιον εἴη κομισθῆναι πρὸς αὐτὸν, ἢ γὰρ φυλάξειν ἀσφαλέστερον, ἢ χρησάμενος ἀποδώσειν οὐκ ἐλάττω. Id eſt: *Jam cum multa pecunia egeret, Græciæ inviolata ſacraria expilavit, & cum ab Epidauro tum ab Olympia pulcherrima, & pretioſiſſima quæque donaria ad ſe deferri juſſit, Delphos quoque ad Amphictyonas ſcripſit, quod melius erat Dei theſauros ad ſe mittere, nam eos aut ſe cuſtoditurum ſecurius, aut ſi iis uteretur, non minora ſe redditurum.* Et hæc externa fuere mala, ſed & domi in factiones & civiles diſcordias, jam ab Ariſtotelis tempore, lacerabantur Delphi, ſic enim ille Politic. 5. cap. 4. Καὶ ἐν Δελφοῖς ἐκ κηδείας γινομένης διαφορᾶς, ἀρχὴ πασῶν ἐγένετο τῶν στάσεων τῶν ὕστερον. Id eſt: *Et Delphis etiam ex nuptiis exorta contentio, cauſa fuit & principium ſeditionum omnium, quæ poſtea evenerunt.* De ea civitate & templo plura non habemus.

CAPUT

CAPUT IX.

De Cypariſſo.

Non longe à Delphis fuit Κυπάρισσος *Cypariſſus*, & ſimul eas memorat Homerus tamquam vicinas in catalogo, verſu 519.

> Οἳ Κυπάρισσον ἔχον Πυθῶνά τε πετρήεσσαν. Id eſt:
> *Qui Cypariſſum habebant, & Pythonem lapidoſam.*

Ad quæ ſic Didymus: Κυπάρισσον πόλιν Φωκίδος, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Ὀρχομενοῦ ἀδελφοῦ, ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων κυπαρίσσων. Id eſt: *Cypariſſum urbem Phocidis: nominata eſt à Cypariſſo, Orchomeni fratre, vel à cupreſſis eo loci natis.* Et ſic Euſtathius ad eundem locum. Πόλιν οὕτω καλουμένην, ἢ μάλιστα κώμην ὁμώνυμον τῷ φυτῷ. Id eſt: *Urbem ſic vocatam, vel potius pagum eodem nomine, quo arbor.* De ea Strabo lib. 9. ad locum Homeri ſupra citatum: Καὶ τὸ, οἳ Κυπάρισσον ἔχον, δέχονται διττῶς, οἱ μὲν ὁμωνύμως τῷ φυτῷ, οἱ δὲ παρωνύμως κώμην ὑπὸ τῇ Λυκωρείᾳ. Id eſt: *Et illud, qui Cypariſſum habebant, duobus modis intelligitur, alii enim eodem, quo arbor nomine, alii vero denominatione ſimilem pagum ſub Lycoria ſitum.* Dicæarchus obiter de ea verſ. 80. ubi de Phocide agit:

> Ἔν τε μεσογείᾳ δ᾽ ἐστὶ Κυπάρισσος πόλις. Id eſt:
> *In mediterraneo autem eſt urbs Cypariſſus.*

De ea etiam Nonnus lib. 53. verſ. 123.

> Ἀγχίποροι Φωκῆες ὁμήλυδες οἳ Κυπαρίσσου
> Εἶχον ἕδος. Id eſt:
> *Vicini Phocenſes ſimul venientes, qui Cypariſſi*
> *Terram habebant.*

Stephanus in Κυπάρισσος, hæc habet: Πόλις ἐν Παρνασσῷ κατὰ τοὺς Δελφοὺς, ἡ πρότερον Ἐρανος ..... ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Μι-

τοῦ Μινύου· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν αὐτόθι κυπαρίσσων, ἣν Κυπαρισσοῦντά τινες ἢ Ἀπολλωνιάδα φασίν· τὸ ἐθνικὸν Κυπαρισσεύς. Id eſt: *Urbs in Parnaſſo prope Delphos, quæ prius Eranus dicebatur ..... à Cypariſſo Minyæ filio, alii vero ab abundantia cypreſſorum, quæ ibi erant, quam quidam Cypariſſuntem & Apolloniadem dicunt. Gentile Cypariſſeus.* Ii certe, qui noluerunt ab abundantia cypreſſorum dictam fuiſſe, iidem procul dubio fuerunt, qui Cypariſſuntem vocarunt: nam ea terminatio abundantiam alicujus rei innuit: Δαφνοῦς, Κεραсοῦς, Πτελεοῦς, Ἐλαιοῦς, Σελινοῦς, & alia innumera: ſed ii contra Homerum non ſunt audiendi, & optime dictam fuiſſe opinor ab unica arbore, ſed conſpicua & eximiæ proceritatis, ut hodie etiam fit, ut in noſtra Neuſtria, *le Pin, le Chesne, le Sap, le Poiriet*, pagorum nomina dicuntur. Idem Stephanus in Ἀπολλωνία, ſic: ιά Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπάρισσόν φασι, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν κυπαρίσσους, ὡς Δίδυμος. Id eſt: *Undecima Phocidis, quam Homerus Cypariſſum vocat, eo, quod multas habebat Cypreſſos, ut vult Didymus.* Papinius Statius Thebaid. 7. verſ. 344. eam urbem nominat:

> *Phocida? quis Panopen? quis Aulida? quis Cypariſſum?*
> *Et valles Lebadea tuas?*

Sed ibi pro *Aulida* legendum credo *Daulida*, nam ibi videtur Phocidis urbes recenſere.

CAPUT X.

De Lycoria.

Nunc, quoniam notavimus ex Strabone Cypariſſum fuiſſe ſub Lycoria, de Lycoria nobis dicendum eſt. Antiquiſſimam de eo loco mentionem factam fuiſſe reperimus

perimus ab autore Chronici marmoris Arundeliani, ſic enim habet lin. 4. Ἀφ' οὗ Δευκαλίων περὶ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευε, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κέκροπος. Id eſt: *Ex quo Deucalion in Lycoria regnavit, regnante Athenis Cecrope.* Et rurſus lin. 6. & 7. Δευκαλίων τοὺς ὄμβρους ἔφυγεν ἐκ Λυκωρείας ἰς Ἀθήνας. Id eſt: *Et Deucalion imbres effugit à Lycoria Athenas.* Fuit igitur tempore Deucalionis non ſolum mons, aut montis vertex, ſed etiam pagus, vel oppidum à pluribus inhabitatum: aliter non dictus fuiſſet rex Deucalion, non enim eſt rex ſine populo, qui regitur. Sed ex Strabone diſcimus, ibi olim habitaſſe Delphos ſupra templum Apollinis lib. 9. Ὑπέρκειται δ' αὐτῆς ἡ Λυκώρεια, ἐφ' οὗ τόπου πρότερον ἵδρυντο οἱ Δελφοὶ ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ, νῦν δ' ἐπ' αὐτῷ οἰκοῦσι περὶ τὴν κρήνην τὴν Κασταλίαν. Id eſt: *Supra eam ſita eſt Lycoria, quo in loco incolebant olim Delphi ſupra templum, nunc autem ad ipſum templum accolunt, circa fontem Caſtaliam.* Pauſanias etiam antiquitatum Græcanicarum diligens ſcrutator, poſtquam de Parnaſſo viro, qui Parnaſſiam vallem condiderat egit, hæc addit in Phocicis: Ταύτην μὲν οὖν κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ὄμβρων, τῶν κατὰ Δευκαλίωνα συμβάντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων ὅσοι διαφυγεῖν τὸν χειμῶνα ἐδυνήθησαν, λύκων ὠρυγαῖς ἀπεσώθησαν ἐς τοῦ Παρνασσοῦ τὰ ἄκρα, ὑπὸ ἡγέμωσι τῆς πορείας τοῖς θηρίοις, πόλιν δὲ, ἣν ἔκτισαν, ἐκάλεσαν ἐπὶ τούτου Λυκώρειαν. Id eſt: *Eam igitur urbem imbribus inundatam periiſſe, Deucalionis tempore ingruentibus: viros vero, qui potuerunt diluvium effugere, luporum ululatibus ſalvos factos fuiſſe, ad vertices Parnaſſi evadentes, ducibus viæ iis animalibus, & urbem, quam ibi condiderunt, ea de cauſa vocaverunt Lycoriam.* Ea vero Pauſaniæ narratio non convenit cum marmoris Arundeliani antiquiſſimo autographo, qui ante diluvium Deucalionem Lycoriæ habitaſſe & regnaſſe ait.

Sed ſtatim aliam narrationem ſubjungit Pauſanias, quæ Lycorum quendam, Apollinis & Coryciæ nymphæ filium, nomen loco dediſſe ait. Straboni conſentit Apollonii Scholiaſtes ad verſum 1490. qui ad vocem Λυκωρείοιο ſic commentatur: Ἀντὶ τοῦ Δελφικοῦ, οἱ γὰρ Δελφοὶ τὸ πρῶτον Λυκωρεῖς ἐκαλοῦντο. Id eſt: *Lycorii pro Delphici, nam Delphi prius Lycorenſes vocabantur.* A Luporum ululatu ejus etymon non deducit autor Etymologici, ſic enim habet: Λυκωρεία πόλις Δελφίδος, ἐν ᾗ τιμᾶται ὁ Ἀπόλλων, ἀπὸ Λυκώρου κτίσαντος αὐτήν, υἱοῦ Κωρυκείας, οἰκούντων ἐν τῷ Παρνασσῷ· καὶ τὸ παρακείμενον ὄρος ἐκάλεσε Κωρύκιον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς Κωρυκείας. Id eſt: *Lycoria urbs Delphidis, ubi veneratur Apollo, à Lycoro, qui eam condidit, Coryciæ filio in Parnaſſo habitantibus, & montem juxta ſitum Corycium appellavit à ſua matre Corycia.* Huic conſentit Stephanus in Λυκώρεια, ubi ait: Κώμη ἐν Δελφοῖς· Καλλίμαχος τρίτῳ, ἀπὸ Λυκωρέως τοῦ βασιλέως· ὁ πολίτης, Λυκωρεύς. Id eſt: *Pagus in Delphis. Callimachus in tertio, à Lycoreo rege: civis, Lycoreus.* Ea igitur narratio de Luporum ululatu pro fabula haberi poteſt, ut etiam ea, quam narrat Pindari Scholiaſtes ad Olymp. 9. qui ſic habet: Διὸς τὴν γῆν κατακλύσαντος, Δευκαλίων καὶ Πύῤῥα ἔν τινι κιβωτίῳ εἰσελθόντες μετεωρίσθησαν ὑπὸ τοῦ ὕδατος ὑπεράνω τοῦ Παρνασσοῦ· κατὰ δέ τινας ὄρους Λυκωρέως καλουμένου· πεπαυμένου δὲ τοῦ ὕδατος, ἐξελθόντες τοῦ κιβωτίου, προσετάχθησαν ὑπὸ τοῦ Διὸς τὰ τῆς μητρὸς αὐτῶν ὀστᾶ ὄπισθεν ῥίπτειν· οὐκ ἄλλην δὲ ἢ τὴν γῆν μητέρα ὑποτοπάσαντες, λίθους λαβόντες ὄπισθεν αὐτῶν ἔῤῥιπτον, καὶ οὓς μὲν ἡ Πύῤῥα ἔῤῥιπτε, γυναῖκες, οὓς δὲ ὁ Δευκαλίων, ἄνδρες ἐγένοντο, ὅθεν ἐστὶ καὶ τὸ λαὸς ὄνομα, λᾶς γὰρ ὁ λίθος. Id eſt: *Jove terram inundante, Deucalion & Pyrrha in quandam arculam introeuntes ſurſum ab aqua elati ſunt ſuper Parnaſſum, ſecundum quoſdam Lycoreum vocatum: ceſſante autem imbre, ex arcula exilientes, a Jove*

Jove juſſi ſunt oſſa eorum matris pone jacere, non aliam vero matrem, quam ipſam terram intelligentes, lapides accipientes pone ejecerunt, & eos quidem, quos Pyrrha jecit, fœminæ, quos vero Deucalion, viri facti ſunt, unde nomen λάος (populus) *factum eſt,* λᾶς *enim & lapis.*

CAPUT XI.

De Hyampia, fonte Caſtalia, Tithorea & Neone.

Sed fuit & in Delphorum urbis vicinia montis Parnaſſi vertex, qui *Hyampia* dicebatur, & puto eum verticem unum eſſe ex iis duobus, qui Parnaſſum bicipitem faciebant. De eo mentionem fecit Herodotus lib. 8. ubi de clade Medorum ait, ſe audiviſſe barbaros, qui cladem Delphis acceptam effugerant, narraviſſe: Δύο ὁπλίτας μείζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας, ἕπεσθαί σφι κτείνοντας καὶ διώκοντας· τοὺς δύο δὲ τούτους Δελφοὶ λέγουσιν ἐπιχωρίους Ἥρωας εἶναι Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον, τῶν τὰ τέμενα ἐστὶ περὶ τὸ ἱρόν· Φυλάκου μὲν παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν κατύπερθε τοῦ ἱροῦ τῆς Προνοίης, Αὐτονόου δὲ, πέλας τῆς Κασταλίης ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ, Id eſt: *Duos armatos, ſtatura humana proceriores, ipſos inſequi, occidentes & perſequentes: eos autem duos Delphi dicunt indigenas heroas eſſe, Phylacum & Autonoum, quorum fana viſuntur circa templum: Phylaci quidem ad ipſam viam ſupra ædem Pronoïæ: Autonoi vero juxta Caſtaliam ſub Hyampæo jugo.* Plutarchus etiam libro de iis, qui ſero puniuntur, ait de Æſopo & Delphis: οἱ δὲ συνθέντες αἰτίαν ἐπ' αὐτὸν ἱεροσυλίας ἀπέκτειναν, ὤσαντες ἀπὸ τῆς πέτρας ἐκείνης, ἣν Ὑάμπειαν καλοῦσι. Id eſt: *Qui ex compoſito eum ſacrilegii accuſantes occiderunt, præcipitantes de ſaxo, quod Hyampæum vocant.* Ex iis duobus locis colligitur, ſaxum illud præruptum in monte fuiſſe in

ipſa Delphorum urbis vicinia; an vero ad ortum aut occaſum, aut denique ad ſeptentrionem ignoratur; ad meridiem certe fuiſſe non videtur, ubi Cirphis erat, & id latus à Strabone ſatis notatum; ſed nec ad ſeptentrionem, ubi Lycorea deſcribitur, & ad eum verticem via: reſtat igitur, ut ad ortum vel occaſum ſitus fuerit ille vertex: fuit certe prope Caſtaliam fontem, de cujus ſitu quærendum. Ejus fontis mentionem antiquiſſimam fecit Sophocles in Antigone, ſed nec ex eo, nec ex ejus Scholiaſte aliud diſcimus, niſi fuiſſe fontem in Parnaſſo. De ea etiam Euripides in Phœniſſis, ſed à Scholiaſte nihil notatur, niſi fontem eſſe ἐν Πυθίᾳ, *in Pythia*, & in ea oraculo ſervientes virgines debere lavari, antequam in adytum intrarent & tripodem aſcenderent. Strabo nihil aliud habet, niſi ad eam Delphorum urbem ſitam eſſe. Pauſanias ſcintillam luminis habet, dum ait in Phocicis: Ἐκ δὲ τοῦ γυμνασίου, τὴν ἐς τὸ ἱερὸν ἀνιόντι, ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τὸ ὕδωρ τῆς Κασταλίας. Id eſt: *Ex gymnaſio autem aſcendenti per viam, quæ ducit ad templum, ad dextram eſt aqua Caſtaliæ.* Ex quo deducitur, Hyampiam fuiſſe ad dextram euntibus ex gymnaſio urbis ad templum Apollinis, quando Caſtalia erat ſub eo monte. An defluxum habuerit Caſtalia & rivulum fecerit, an non, nobis non liquet; nam de eo tacent autores, credo magis eam fuiſſe jacentem ſine effluvio, ſed limpidam & nunquam deficientem.

Alius vertex Parnaſſi celebris fuit Τιθόρεα *Tithorea*, apud Herodotum in Urania ſic vocatus: Plutarcho vero Τιθόρα dicta in Erotico & in Sylla: Pauſaniæ vero pluries Τιθόρεα, qui cum Herodoto conſentit, & qui in Phocicis nomen ſuum accepiſſe ait à Nympha quadam Dryade, eodem nomine vocata. Circa hoc oppidulum Phocenſes antiqui habitabant, quod docet Pauſanias in Co-

rinthiacis, ubi de Phoco Ornytionis ait: Ἐπὶ μὲν δὴ Φώκου τούτου περὶ Τιθορέαν καὶ Παρνασσὸν ἐκαλεῖτο ἡ Φωκὶς, ἐπὶ δὲ τοῦ Αἰακοῦ καὶ πᾶσιν ἐξενίκησεν. Id eſt: *Ejus Phoci tempore, circa Tithoream & Parnaſſum regio Phocis dicebatur, at ſub Phoco Æaci in omnes obtinuit id nomen.* Et rurſus id repetit in Phocicis ſtatim initio: Γῆς δὲ τῆς Φωκίδος, ὅσον μὲν περὶ Τιθόρεαν καὶ Δελφοὺς ἐστὶν, αὐτῆς ἐκ παλαιοτάτου φανερὰ τὸ ὄνομα τοῦτο εἰληφυῖά ἐστιν ἀπὸ ἀνδρὸς Κορινθίου Φώκου τοῦ Ὀρνυτίωνος, ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς ἐξενίκησε, καὶ ἁπάσῃ γενέσθαι τῇ καθ' ἡμῶν καλουμένῃ Φωκίδι. Id eſt: *Terræ Phocidis, quantum eſt ejus circa Tithoream & Delphos, ab antiquo manifeſtum eſt accepiſſe id nomen à viro Corinthio Phoco Ornytionis, paucis vero poſt annis obtinuit, ut ſic vocaretur omnis ea regio, quæ noſtro tempore Phocis appellatur.* Situm ejus verticis & urbis notat Herodotus in octavo; nam ubi narrat irruptionem barbarorum, qui ſub Xerxe Græciam inundabant, ducibus Theſſalis, hæc addit: Ὡς δ' ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐτοὺς μὲν τοὺς Φωκέας οὐκ αἱρέουσιν· οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνασσοῦ ἀνέβησαν, ἐστὶ δὲ καὶ ἐπιτηδείη δέξασθαι ὅμιλον τὰ Παρνασσοῦ ἡ κορυφὴ, κατὰ Νέωνα πόλιν, κειμένη ἐπ' ἑωϋτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ. Id eſt: *Ut autem ex Doride in Phocidem irruerunt, ipſos Phocenſes non invenerunt. Nam eorum alii ad juga Parnaſſi aſcenderant, eſt autem cacumen Parnaſſi capax multitudinis ricipiendæ circa Neona urbem, quæ illi ſubjecta eſt: Tithorea eſt nomen ejus.* Sed expreſſius Pauſanias in Phocicis ſitum ejus demonſtrat, dum ait: Τιθορέα δὲ ἀπωτέρω Δελφῶν ὀγδοήκοντα (ὡς εἰκάσαι) σταδίοις ἐστὶν, ἰόντι τὴν διὰ τοῦ Παρνασσοῦ· τῇ δὲ οὐ πάντα ὀρεινὴν, ἀλλὰ καὶ ὀχήμασιν ἐπιτήδειον, πλειόνων ἔτι ἐλέγετο εἶναι σταδίων. Id eſt: *Tithorea autem longius abeſt ultra Delphos octoginta (ut conjicitur) ſtadiis, via, quæ per Parnaſſum ducit, ea autem quæ non eſt admodum mon-*

toſa, ſed quæ eſt vehiculis commoda, longior dicitur eſſe pluribus ſtadiis. Idem Pauſanias ex Herodoti loco ſupra citato concludit, Neona fuiſſe olim urbis nomen, Tithoream vero fuiſſe Parnaſſi verticem: ſed procedente tempore, nomen etiam inditum urbi Tithorea, quæ olim ſatis celebris debebat eſſe, quoniam theatrum habuit, & forum antiquum, & lucum, & Minervæ templum & alia. In ea voce caſtigandus eſt Stephanus, qui Bœotiæ tribuit, ſic enim habet ejus editio Aldina: Τιθορεία, πόλις Βοιωτίας, ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ. Duplex eſt in eo erratum, ſive ab ipſo Stephano, ſive ab Hermolao, ejus abbreviatore, ſive à typographo. Nam pro Βοιωτίας, reponendum eſt Φωκίδος, & pro ἐννάτῳ, δεκάτῳ; nam in Phocicis ea Pauſaniæ verba de Tithorea Nympha inveniuntur, qui liber eſt decimus. Addit Stephanus: Ἐνταῦθα Ζῆθος καὶ Ἀμφίων ἐτάφησαν. ὁ πολίτης Τιθορεεύς. Ἔστι δὲ ἐν τῇ ἄκρᾳ Παρνασσοῦ, (melius credo dixiſſet ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ Παρνασσοῦ.) Id eſt: *Ibi Zethus & Amphion ſepulti ſunt. Gentile Tithoræus; eſt autem in ſummitate Parnaſſi.* Civem habuit Theonem Philoſophum Stoïcum, de quo Diogenes Laërtius in Pyrrhone. Ejus jugo ſubjectam & vicinam fuiſſe Neonem, di. dicimus ex Herodoto, paulo ſupra laudato. De ejus urbis nomine olim Crates & Metrodorus Scepſius diverſa tradiderunt, ut notat Strabo lib.9. ſuper Homerico verſu Iliad κ. 266.

- - - - ἐξ Ἐλεῶνος Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο
Ἐξέλετ' Αὐτόλυκος πυκινὸν δόμον ἀντιτορήσας. Id eſt:
- - - - *Ex Eleone Amyntoris Ormenidæ*
Abſtulit Autolycus firmam domum, cum perforaſſet.

Ad quæ ſic Strabo: Κράτης δὲ Φωκέα ποιεῖ τὸν Φοίνικα, τεκμαιρόμενος ἐκ τοῦ κράνους τοῦ Μέγητος, ᾧ ἐχρήσατο ὁ Ὀδυσσεὺς κατὰ τὴν

τὴν νυκτεγερσίαν, περὶ ἧς φησὶν ὁ ποιητής· ὅτι ἐξ Ἐλεῶνος. &c. Τόν τε γὰρ Ἐλεῶνα ἐν τῷ Παρνασσῷ πολίχνιον εἶναι, τόν τε Ὁρμενίδην Ἀμύντορα οὐκ ἄλλόν τινα λέγεσθαι, ἢ τὸν τοῦ Φοίνικος πατέρα, καὶ τὸν Αὐτόλυκον οἰκοῦντα ἐν τῷ Παρνασσῷ τοιχωρυχεῖν τὰ τῶν γειτόνων, ὅπερ κοινόν ἐστι τοιχωρύχου παντός, οὐ τὰ πόρρωθεν· ὁ δὲ Σκήψιός φησι μήτε Ἐλεῶνα μηδένα τόπον τοῦ Παρνασσοῦ δείκνυσθαι, ἀλλὰ Νεῶνα· καὶ αὐτὴν οἰκισθεῖσαν μετὰ τὰ Τρωϊκά, μήτ' ἐκ γειτόνων τὰς τοιχωρυχίας γίνεσθαι μόνον. Id eſt: *Crates Phœnicem facit Phocenſem, conjecturam faciens à Megetis galea, qua Ulyſſes uſus eſt in nocturna expeditione, de quo negotio poëta ait, ex Eleone.* &c. *Nam Eleonem oppidulum eſſe in Parnaſſo, & Hormenidem Amyntorem non alium fuiſſe, quam Phœnicis patrem, & Antolycum, Parnaſſi incolam, vicinorum domos perforaſſe, ut mos eſt omnis murorum perforatoris, non vero longe ſitorum: at Scepſius ait, neque ullum locum nomine Eleonem in Parnaſſo indicari poſſe, ſed Neonem, quæ etiam poſt Trojani belli tempora condita fuit.* Ex Scepſii igitur ſententia Neon, urbs ſub Tithorea in Parnaſſo, non fuit antiquiſſima: ejus nomen in plurali Νεῶνας vocavit Androtion, apud Harpocrationem in Νεών. Pauſanias in Phocicis eandem Neonem urbem nomen mutaſſe, & Tithoream appellatam fuiſſe ait, & id ex Herodoti loco ſupra citato concludit, his verbis: Ἔοικεν οὖν ἀνὰ χρόνον πρῶτα μὲν δὴ τῇ ἁπάσῃ χώρᾳ, μετὰ δὲ τοῦτο ἐπειδὰν ἀνῳκίσθησαν ἀπὸ τῶν κωμῶν ἐκνικῆσαι καὶ ἐπὶ τῇ πόλει Τιθορέαν μηδ' ἔτι Νεῶνα ὀνομάζεσθαι. Id eſt: *Videtur autem tempore procedente prius quidem totius regionis nomen fuiſſe, Tithoream poſtea vero, poſtquam è pagis migrantes ſimul habitaverunt, obtinuiſſe, ut ipſa urbs Tithorea, & non amplius Neon, nominaretur.* Id oppidum infœliciter celebre factum eſt, poſtquam prope id cladem maximam Phocenſes paſſi ſunt, à Thebanis victi, & Philomelus, Phocenſium dux

dux, fugiens, à rupe inacceſſa & abrupta ſeſe præcipitavit, quod narrat Pauſanias in Phocicis.

CAPUT XII.

De Daulide, Hypſanio monte &c.

Non longe ab illo tractu fuit Daulis oppidum, ſic dictum ab arborum denſitate: ejus meminit Homerus Iliad. β. verſu 520.

Κρίσαν τε ζαθέην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα. Id eſt:
Et Criſſam divinam, & Daulidem, & Panopeam.

Ad quæ ſic Didymus: Δαυλὶς, πόλις Φωκίδος ἀπὸ Δαυλιέως ὀνομασθεῖσα τοῦ Τυράννου καὶ Κρηστώνης, ἢ διὰ τὸ σύμφυτον, Δαῦλον γὰρ τὸ δασὺ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Id eſt: *Daulis urbs Phocidis, à Daulieo nominata Tyranno & Creſtona, vel propter denſitatem, Daulum enim, quod ſpiſſum eſt, dixerunt antiqui.* Similia notat Euſtathius ad eundem locum, ait enim: Δασεῖα δὲ ἡ πόλις καὶ σύμφυτος, ὅθεν καὶ τὴν κλῆσιν ἔλαχε, Δαῦλον γὰρ τὸ δασὺ ἔλεγον περισπωμένως, ὡς λέγει Παυσανίας.... Αἴσχυλος· Δαῦλος δὲ ὑπήνη· κατὰ δὲ ἑτέρους ἀπὸ Δαυλιέως τυράννου ἐκλήθη οὕτως. οἱ δὲ ὕστερον Δαύλειαν αὐτὴν φασὶ προπαροξυτόνως, καὶ διὰ διφθόγγου, ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας λέγει. Id eſt: *Arboribus autem denſa ea eſt urbs & conſita, unde nomen ſortita eſt, Daulum enim conſitum & denſum dicebant cum circumflexo in penultima, ut ait Pauſanias .... Æſchylus Daula autem myſtax. Secundum alios autem à Daulieo tyranno ſic vocata eſt ... ſed inferioris ſæculi autores Daulejam illam dicunt cum acuto accentu in antepenultima, & per diphthongum, ut ait qui Ethnica ſcripſit.* Apud Æſchylum in Choephoris, Oreſtes patriam diſſimulans, ait: ξένος μὲν εἰμὶ Δαυλιεὺς ἐκ Φωκέων. Id eſt: *Sum peregrinus Daulieus*

lieus ex Phocide. Ad quæ peſſime Scholiaſtes: Δαυλὶς, ἢ καὶ Αὐλὶς, confundens Daulidem Phocidis cum Aulide Bœotiæ. Sophocles etiam in Oedipo Tyranno de ejus ſitu aliquid luminis affert: nam dum Oedipus interrogat ſervum de loco, ubi Laïus occiſus fuerat, ſervus reſpondet:

Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλήζεται, σχιστὴ δ' ὁδὸς
Ἐς τ' αὐτὸ Δελφῶν, κ' ἀπὸ Δαυλίας ἄγει. Id eſt:
Phocis quidem terra vocatur, inciſa vero
Via a Delphis & Daulia in unum ſe jungunt.

Ad quem locum corrigendus Scholiaſtæ textus, vel ipſe caſtigandus, qui ad hæc ſic commentatur: Περὶ Αὐλίδα φησὶ τὴν σχιστὴν ὁδὸν, ubi reponendum περὶ Δαυλίδα. Ut ſit, *Circa Daulidem ait fuiſſe inciſam viam.* Quæ addit Scholiaſtes de Potniis, ad hunc locum nihil faciunt, nec puto ſollicitandam Homeri lectionem, ut pro Δαυλίδα legatur Ἀνακρίδα, quando nullus alius de ea lectione mentionem fecerit. Herodotus etiam in octavo de Dauliis meminit, ubi de Xerxis expeditione hæc narrat: Ἄλλοι δὲ αὐτέων ἡγεμόνας ἔχοντες, ὁρμέατο ἐπὶ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσιν, ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησὸν ἀπέργοντες· ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα ἐσιναμώρεον· καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολίδων. Id eſt: *Alii autem duces habentes, impetu delati ſunt ad templum, quod eſt Delphis, Parnaſſum à dextra præſtringentes, & quicquid Phocidis occuparunt omne devaſtantes, nam & Panopæorum urbem incenderunt, Dauliorum, & Æolidum.* Diviſa autem fuerat ea exercitus pars à cætero Xerxis exercitu in Panopæorum urbe, ut ait idem Herodotus; unde ſequitur, à Panopæis verſus Delphos iter habentes, debere habere Parnaſſum à dextra, & per Daulidem iter habere debuiſſe. Quod ad vocem Αἰολίδων, non dubito mendum ibi cubare, nullus enim alius

in eo tractu de Æolidis mentionem fecit, ſed quid ſupplendum ſit, de eo non mihi conſtare fateor. Daulis etiam nominatur à Strabone, in Phocidis deſcriptione, ſed non ſatis exacte ſitus declaratur, ſic enim ait lib. 9: Αὐτὴ γὰρ ἡ Κρίσα τῆς Φωκίδος .... καὶ Κίῤῥα καὶ Ἀντίκιῤῥα καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ συνεχῆ κείμενα χωρία πρὸς τῷ Παρνασσῷ, Δελφοί τε, καὶ Κίρφις, καὶ Δαυλίς. Id eſt: *Nam ipſa Criſſa eſt Phocidis .... & Cirrha & Anticirrha, & quæ ſupra eas in mediterraneo contigua ſita ſunt oppida ad Parnaſſum, Delphi, & Cirphis, & Daulis.* Sed paulo lucidius inferius eod. lib. hæc ait: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς, ὡς πρὸς τὴν ἕω, Δαυλὶς πολίχνιον, ὅπου τὸν Θηρέα τὸν Θρᾷκά φασι δυναστεῦσαι .... τοὔνομα δὲ τόπου γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· Δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση. Id eſt: *In mediterraneo autem poſt Delphos fere verſus auroram Daulis oppidulum, ubi Thereum Thracem ajunt dynaſtem fuiſſe .... nomen autem loci à denſitate datum fuiſſe: nam Daulos vocant loca arboribus conſita.* Et non multo poſt: Τὸ δὲ Δαύλιον περιτείνειν ἔφη ἑξήκοντα στάδια μέχρι τοῦ Ὑφαντείου, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχομενός. Id eſt: *Daulium autem*, (id eſt, Dauliorum ditio) *extendi ait ad ſexaginta ſtadia uſque ad Hyphantium, ad quem ſitus eſt Orchomenus.* De eo Hyphantio monte apud omnes alios autores magnum ſilentium, & ſupra idem Strabo montem, ſupra quem ſitus eſt Orchomenus, Acontium vocat, quem etiam nominat Plutarchus in Sylla, & Plinius lib. 4. cap. 7. ſed credo fuiſſe quoddam cacumen, & ut partem Acontii montis, qui per ſtadia 60. extendebatur, ut ait idem Strabo. De ea Daulide meminit Pauſanias in Atticis, ubi de Thereo & Philomela agit, & de eo ait: Δαυλίδος ἦρχε τῆς περὶ Χαιρωνείας. Id eſt: *Regnavit in Daulide, quæ eſt ſupra Chæroneam.* Sed expreſſius in Phocicis: Πανοπέως δὲ ὅσον στά-

δια

διὰ ἑπτὰ ἀπέχει Δαυλίς ..... τὸ δὲ ὄνομα τῇ πόλει τεθῆναι λέγουσι ἀπὸ Δαυλίδος νύμφης, θυγατέρα δὲ εἶναι τοῦ Κηφισοῦ τὴν Δαυλίδα, τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένον ὡς τὸ χωρίον, ἔνθα ἡ πόλις ᾠκίσθη, παρείχετο συνεχῆ δένδρα· καλεῖσθαι δὲ τὰ δασέα ὑπὸ τῶν πάλαι Δαύλια. Id eſt: *Panopeus autem diſtat Daulis ſtadia ſeptem..... nomen autem urbi inditum eſſe ajunt à Daulide nympha, Cephiſi filia, alii dicunt quod locus, ubi urbs condita fuit, arbores habebat continuas... appellata autem fuiſſe loca conſita ab antiquis Daulia.* In hoc loco vehemens eſt ſuſpicio, pro ἑπτὰ, *ſeptem*, legendum ἑπτήκοντα, *ſeptuaginta*, nam cum ſupra dixerit, Dauliorum ditionem uſque ad Hyphantium, ubi ſita eſt Orchomenus, per 60. ſtadia extendi, non poſſum admittere, eam tam arcte à Panopeo conſtringi poſſe; ergo, vel pro ἑπτὰ forte legendum ἑπτήκοντα, vel ſi literis numeralibus ab autore is numerus expreſſus fuerit, pro ζ legerem ξ' nam ſæpe obſervavi, in literis numeralibus unum pro altero poſitum fuiſſe. Nam licet Homerus eas urbes ut vicinas enumeret: Κρίσαν τε ζαθέην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα, quæ ſequutus Nonnus Dionyſ. lib. 3. dixit: Κρίσαν ἀειδομένην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα. Id eſt: *Criſſam decantatam, & Daulidem, & Penopeum.* Id non innuit, tam exiguum inter eas urbes ſpatium. Nam Criſſa ad littus maris longe à Daulide & Panopeo, ſed de eo iterum tractabimus infra in Panopeo. Stephanus nihil aliud habet, quam quæ ſupra ex Strabone & Pauſania adduximus. Conſtantinus in Europæ quinto themate, eam Δαύλιον vocat, Δαυλὶς dicitur Etymologico: quæ addit de Tereï fabula & arborum opacitate, jam ſupra dicta ſunt. Inter Latinos autores ſolus Livius de ſitu ejus aliquid dixit lib. 32. Nam dum T. Quintii conſulis expeditiones narrat, ſic ait: *Anticyra haud multum in oppugnando præbuit moræ. Ambryſus deinde Hyampoliſ-*

poliſ.

poliſque receptæ: Daulis, quia in excelſo tumulo ſita eſt, nec ſcalis nec operibus capi poterat. Fuit igitur in excelſo tumulo ſita, non longe à Parnaſſo ad orientalem montis partem.

In Dauliorum regione fuit vel pagus, vel ager, vel regiuncula nomine Τρωνὶς, *Tronis* dicta, de qua ſolus Pauſanias in Phocicis, ideo de eo nihil aliud habemus dicendum.

Inter Delphos & Daulidem locus fuit nomine Phocicum, an pagus, an domus ſola, non liquet. De eo ſic Pauſanias: Ἐς δὲ τὴν ἐπὶ Δελφῶν εὐθεῖαν ἀναστρέψαντι ἐκ Δαυλίδος, καὶ ἰόντι ἐπὶ τὸ πρόσω, ἐστὶν οἰκοδόμημα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ καλούμενον Φωκικὸν, ἐς ὃ ἀπὸ ἑκάστης πόλεως συνίασιν οἱ Φωκεῖς. Id eſt: *In via recta autem redeunti a Daulide, & in anteriora procedenti, ad ſiniſtram viæ eſt ædificium, quod vocatur Phocicum, in quo congregantur ex una quaque urbe Phocenſes.* Deſcribit deinde illud ædificium, atque ex eo, quod ibi congregabantur Phocenſes, non inepte colligitur, fuiſſe oppidulum, vel pagum cum hoſpitiis, ad illorum legatorum receptionem neceſſariis; ſed de eo ſolus Pauſanias mentionem facit, & in loco ejus ſupra citato inter 22. urbes habet nomen Φωκικὸς, quod de hoc intelligo.

CAPUT XIII.

De Ambryſo.

Daulidi fuiſſe non remotam Ambryſum urbem, colligi poſſe videtur ex Polybio, qui lib. 4. ubi de conſilio Corinthi habito coram rege Philippo adoleſcente agit, & ſociorum Philippi querelas de Ætolorum injuriis narrat: Ἐγκαλούντων δὲ Βοιωτῶν . . . . , ... Φωκέων δὲ διότι στρατεύσαντες ἐπ᾽ Ἄμβρυσον, καὶ Δαύλιον ἐπεβάλοντο καταλαβέσθαι

λαβέσθαι τὰς πόλεις. Id eſt: *Cum à Bœotis accuſarentur . . . : . . . . à Phocenſibus vero, quod ad occupandas Ambryſum & Daulium expeditionem ſuſcepiſſent.* Strabo lib. 9. ubi de locis in Phocidis littore & prope ſitis agit, hæc habet: οὐδ' αἱ Ἄβαι δὲ τὸ μαντεῖον ἄπωθεν τῶν τόπων τούτων ἐστίν, οὐδ' ἡ Ἄμβρυσος . . . . ὁμώνυμος τῇ Βοιωτικῇ. Id eſt: *Neque Abæ, ubi oraculum, longe ſitæ ſunt ab his locis, neque Ambryſus . . . . Bœoticæ cognominis.* In quo ultimo hiatu notandum eſt, neceſſe eſſe, aliud quoddam nomen evanuiſſe, nulla enim urbs aut pagus in Bœotia, cui nomen fuerit Ambryſus invenitur, ea urbs pulcherrimis muris cincta erat tempore Pauſaniæ, ſic enim ille in Meſſenicis: Τὰ μὲν οὖν Βαβυλωνίων, ἢ τὰ Μεμνόνεια τὰ ἐν Σούσοις τείχη τοῖς Περσικοῖς οὔτε εἶδον, οὔτε ἄλλων περὶ αὐτῶν ἤκουσα αὐτοπτούντων· τὰ δὲ ἐν Ἀμβρύσῳ τῇ Φωκικῇ ἔν τε Βυζαντίῳ, καὶ Ῥόδῳ (ταῦτα γὰρ δὴ τετειχισμένα δοκεῖ τὰ χωρία ἄριστα) τούτων Μεσσηνίοις ἐστὶν ἐχυρώτερον. Id eſt: *De Babyloniorum igitur muris, & de Memnoniis in Suſis Perſicis, nihil vidi nec audivi à viris, qui ea viderint, ſed quæ in Ambryſo Phocica, & in Byſantio, & Rhodo (ea enim videntur optime muris cincta) iis Meſſenii habent validiora.* De ejus ſitu idem autor hæc habet in Phocicis: Ἐς δὲ Ἄμβρυσον στάδιοι περὶ ἑξήκοντά εἰσιν ἐκ Στίρεως· πεδιὰς ἡ ὁδὸς, ὄρων ἐν μέσῳ πεδίον κείμενον· ἄμπελοι δὲ τὸ πολύ εἰσι τοῦ πεδίου, καὶ ἐν γῇ τῇ Ἀμβρυσσέων· συνεχεῖς μὲν ὥσπερ αἱ ἄμπελοι πεφύκασιν οἱ θάμνοι· τὴν δὲ θάμνον ταύτην Ἴωνες μὲν καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν κόκκον, Γαλάται δὲ ὑπὲρ Φρυγίας φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ σφίσιν ὀνομάζουσιν ὗς. Id eſt: *A Stiri ad Ambryſum ſtadia circiter ſexaginta ſunt, campeſtris eſt via, vitibus ut plurimum eſt conſita: & in Ambryſorum terra, ut vites, continui ſunt etiam frutices, quos Iones & cæteri Græci coccum vocant, Galli vero, qui ſupra Phrygiam incolunt, voce iis propria vocant hus.* De hac voce ὗς, quam defor-

maverunt in ὕσγῃ recentiorum editionum curatores, pluribus tractavimus in noſtris ad autores Græcos exercitationibus pag.440. illuc te remittimus, curioſe lector; ea enim quęſtio geographiam non attinet. Rurſus de ejus ſitu Pauſanias, paulo poſt: Ἡ δὲ Ἄμβρυσος κεῖται μὲν ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Παρνασσὸν, τὰ ἐπέκεινα δὲ οἱ Δελφοί· τεθῆναι δὲ τὸ ὄνομα τῇ πόλει ἀπὸ Ἥρωός φασιν Ἀμβρύσου· Θηβαῖοι ἐς τὸν Μακεδόνων καὶ Φιλίππου καθιστάμενοι πόλεμον, περιέβαλον τῇ Ἀμβρύσσῳ διπλοῦν τεῖχος· τὸ δέ ἐστιν ἐπιχωρίου λίθου χροιὰν μέλανος ἐς τὰ μάλιστα ἰσχυροῦ. Id eſt: *Ambryſus autem ſita eſt ſub monte Parnaſſo, ab altera parte vero Delphi, nomen autem impoſitum fuiſſe ajunt ab heroë Ambryſſo. Thebani, dum bellum à Philippo Macedone patiebantur, duplici muro Ambryſum cinxerunt, qui indidem extracto lapide ſtructus, colore nigro, & valde duro.* In hoc loco vox Θηβαῖοι me torquet, nam Philippus, in bello, quod ſacrum dictum eſt, & per annos decem duravit, Thebanos ſocios habebat, & Ambryſus Phocenſium erat non Thebanorum: ſi tamen genuina eſt lectio, intelligendum eſt, Thebanos, bello ſacro confecto, ſocietatis & auxilii præmium accepiſſe Ambryſum, & ſibi muniviſſe. Pergit Pauſanias: Κύκλος ὁ ἑκάτερος τοῦ τείχους, πλάτος μὲν ἀποδέον ὀλίγον ἐστὶν ὀργυιᾶς· τὸ δὲ ὕψος ἐστὶν ἐς ἡμίσειάν τε καὶ δύο ὀργυιᾶς, ὅπου μὴ τὸ τεῖχος πεπόνηκε· διάστημα δὲ ἀπὸ τοῦ προτέρου τῶν κύκλων ἐπὶ τὸν δεύτερόν ἐστιν ὀργυιά. Id eſt: *Circulus uterque muri .... latitudo quidem parum a ſex pedum ſpatio abeſt, altitudo vero quindecim pedes habet, ubi murus eſt integer, ſpatium a primo muro ac ſecundum ſex pedes habet.* Hiatum notavi, deeſt enim in Pauſaniæ textu menſura circuli murorum. Ambryſus in tranſitu exercitus Perſarum ſub Xerxe diruta fuit; & pagus manſit, quod narrat Pauſanias in Phocicis, poſt multarum enim urbium enumerationem addit:

Καὶ

Καὶ Ἐχεδάμεια, καὶ Ἄμβρυσος, καὶ Λέδων, καὶ Φλυγόνιον ἔτι καὶ Στιρρίς. Id eſt: *Et Echedamia, & Ambryſus, & Ledon, & Phlygonium etiam Sterris*. Deinde addit: Τότε δὲ κατεσκάφησαν αἱ κατειλεγμέναι, καὶ ἐς κώμας πλὴν Ἄβας ᾠκίσθησαν. Id eſt: *Et tunc autem dirutæ ſunt ſupradictæ urbes, & omnes præter Abas in pagos redactæ fuerunt*. Sed paulo poſt: Ἀνὰ χρόνον μέντοι τοῖς Φωκεῦσι αἱ πόλεις ἀνῳκίσθησαν, καὶ ἐς τὰς πατρίδας κατήχθησαν ἐκ τῶν κωμῶν· πλὴν εἰ ἀνοικισθῆναί τινας ἐκώλυσεν ἀσθένεια τε, ἡ ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἡ τῶν χρημάτων ἐν τῷ τότε ἔνδεια. Id eſt: *Cum tempore tamen Phocenſes ſuas urbes reædificaverunt, & è pagis in ſuas patrias reduces facti ſunt, niſi ſi quos vetuit paupertas ab antiquo, & in eo tempore pecuniarum defectus*. Ea urbs à T. Quintio conſule Romano, capta eſt, ſic enim T. Livius lib. 32. *Phocidis primo impetu Panopeum ſine certamine cepit: Anticyra haud multum in oppugnando præbuit moræ: Ambryſus inde Hyampoliſque receptæ*. Unde colligitur, eo tempore eam urbem præclaris illis muris non fuiſſe munitam; plus enim Conſuli negotii dediſſet, quam ut uno verbo de ea mentionem feciſſet Livius. De ea urbe Stephanus in Ἄμφρυσος, πόλις Φωκίδος. τινὲς δὲ διὰ τοῦ β φασί. Id eſt: *Amphryſus, urbs Phocidis, quidam per B vocant*. Daulidi vicinam fuiſſe colligitur ex Domitillæ nummo, quem habet Goltzius, cum hac inſcriptione: Ἀμφρυσίων καὶ Δαυλίδων ὁμόνοια. Id eſt: *Amphryſiorum & Daulidarum concordia*. Quod notat Ortelius in Ἄμφρυσος.

CAPUT XIV.

De Stiri.

In eo tractu fuit etiam Stiris, Græce Στῖρις, vel Στίρις, vel Στιρρὶς (ſic enim apud autores varie ſcribitur) oppidu-

pidulum, aut pagus, de quo Plutarchus in Lucullo, ubi de poſteris cujuſdam Damonis: Τοὺς δὲ ἀπὸ γένους αὐτοῦ (διασώζονται γὰρ ἔνιοι μάλιστα τῆς Φωκίδος περὶ Στίριν αἰολίζοντες.) Id eſt: *Ex ejus autem progenie* (*ſuperſunt autem nonnulli potiſſimum circa Stirim, qui Æolice loquuntur.*) De ea urbe etiam loquitur Pauſanias loco paulo ſupra citato, ubi eam annumerat iis, quæ dirutæ fuerunt à Philippo, & ibi Στίρρις legitur. Sed multo fuſius idem Pauſanias eodem libro de ejus ſitu plura tradit: Ἐσβολὴ δὲ ἐκ Χαιρωνείας ἐς γῆν τὴν Φωκίδα, οὐ μόνον ἡ εὐθεῖά ἐστιν ἐς Δελφοὺς, ἡ διά τε Πανοπέως, καὶ παρὰ τὴν Δαυλίδα, καὶ ὁδὸν τὴν σχιστήν· φέρει δὲ ἐκ Χαιρωνείας, καὶ ἑτέρα τραχεῖά τε ὁδὸς, καὶ ὀρεινὴ τὰ πλέονα ἐς πόλιν Φωκέων Στίριν· μῆκος δὲ εἴκοσι στάδιοι τῆς ὁδοῦ καὶ ἑκατόν· οἱ δὲ ἐνταῦθα φασὶν οὐ Φωκεῖς, Ἀθηναῖοι δὲ εἶναι τὰ ἄνωθεν, καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῷ τῷ Ὀρνέως ἀφικέσθαι· διωχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν· ὅτι δὲ τῷ Πετεῷ πολὺ ἐκ τοῦ Δήμου τῶν Στιρέων ἠκολούθησεν, ἐπὶ τούτῳ κληθῆναι τὴν πόλιν Στίριν· Στιρίταις δέ ἐστιν ἐπὶ ὑψηλοῦ καὶ πετρώδους ἡ οἴκησις· σπανίζουσιν οὖν κατὰ τοῦτο ὕδατος θέρους ὥρᾳ ...... τὸ δὲ ὕδωρ οἱ ἄνθρωποι τὸ πότιμον ὅσον στάδια τέσσαρα ὑποκαταβαίνοντες λαμβάνουσιν ἐκ πηγῆς· ἡ δὲ ἐν πέτραις ἐστὶν ὀρωρυγμένη, καὶ ἀρύονται καθιέντες ἐς τὴν πηγήν. Id eſt: *A Chæronea Phocis aditur, non ſolum per viam, quæ recta ducit Delphos, per Panopæum Daulidem, & viam inciſam (ceu cavatam.) Sed a Chæronea alia via fert aſpera quidem & montoſa ut plurimum, ad urbem Phocenſium Stirin, ea via longa eſt centum & viginti ſtadia: incolæ ajunt ſe non eſſe Phocenſes, ſed origine Athenienſes, & ex Attica olim cum Peteo migraſſe, qui ab Ægæo pulſus fuerat: eo autem, quod multi è Stireorum demo ſequuti fuerunt Peteum, ideo urbem vocatam fuiſſe Stirin: habitant autem Stiritæ in excelſo & petroſo loco, & æſtate egent aqua ...... aquam autem ad bibendum accipiunt ex fonte, deſcendentes ſtadia quatuor circiter*

circiter quæ fons in petra exciſa eſt, & deſcendentes hauriunt ex ea fonte. Hanc ῥῆσιν tam prolixam neceſſe fuit uno tenore abſolvere, quia plura de ea urbe in autoribus non inveniuntur. Ex iis tribus locis unus eſt emendandus apud Pauſaniam, ubi Στίῤῥις *Sterrhis* male legitur, & Στειρὶς, vel Στίρις legendum. Sed non conſentit Plutarchus cum Pauſaniæ narratione: nam Plutarchus ait, Stiritas Æolizare, id eſt dialecto Æolica uſos fuiſſe, eſt ſi Athenienſes olim fuerant, conſentaneum erat, ut potius Atticiſarent, vel Iöniſarent, ideo contraria videntur narrare.

CAPUT XV.

De reliquis urbibus Phocidis, quas Herodotus enumerat.

Herodotus, dum de tranſitu Xerxis verba facit, enumerat urbes, quas diripuerunt & incenderunt ejus milites, hoc modo lib. 8. ſect. 33. Πορθεόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισὸν ποταμὸν, ἐδήϊουν πάντα· καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδραν, καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλάτειαν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παραποταμίους, καὶ Ἄβας .... Παραποταμίους δὲ παραμειβόμενοι οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας. Id eſt: *Nam ibi progredientes juxta Cephiſum amnem, omnia populati ſunt, & hinc urbem Drymum incenderunt, illinc Charadram, & Erochum, & Tethronium, & Amphicæam, & Neonem, & Pedieas, & Triteas, & Elateam, & Hyampolim, & Parapotamios, & Abas .... & prætergreſſi Parapotamios, ad Panopæos divertere.* In hac enumeratione non obſervavit Herodotus ordinem ſitus, nec omnes eæ urbes erant ſitæ ad Cephiſſum amnem, ut videtur innuere. Sequemur tamen ordinem,

quo illas enumeravit; incipiamus igitur ab urbe, quam Drymum nominat, cujus nomen varie exprimitur ab antiquis. Pauſanias Δρυμαίαν vocare videtur, ſic enim ille in Phocicis: Τὰς δὲ αὐτῶν ἡ στρατιὰ καταπρήσασα ἡ μετὰ Ξέρξου γνωριμωτέρας ἐς τὸ Ἑλληνικὸν ἐποίησεν Ἔρωχον, καὶ Χαράδραν, καὶ Ἀμφίκλειαν, καὶ Νέωνα, καὶ Τιθρώνιον, καὶ Δρυμαίαν. Id eſt: *Quaſdam ex iis exercitus Xerxis, qui eas incendit notiores fecit, apud Græcos Erochum, & Charadram, & Amphicleam, & Neonem, & Tithronium, & Drymæam.* Et rurſus: Ἐκ Τιθρωνίου δὲ εἴκοσιν ἐς Δρυμαίαν στάδιοι· καθότι δὲ αὕτη ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἐς Δρυμαίαν ἐξ Ἀμφικλείας ἡ εὐθεῖα περὶ τὸν Κηφισὸν συμμίσγουσιν, ἐστὶν Ἀπόλλωνος Τιθρωνεῦσι ἐνταῦθα ἄλσος τε καὶ βωμοί. Id eſt: *Et Tithronii ad Drymæam uſque ſtadia* 20. *eo loco, quo & hæc via, & quæ ex Amphiclea Drymæam recta fert ad Cephiſum amnem, conjunguntur: ibi Apollinis lucus & altaria Tithronii habent.* Sed quæ ſequuntur, turbant. Ἀπέχει δὲ Ἀμφικλείας ἡ Δρυμαία σταδίους ὀγδοήκοντα. Id eſt: *Abeſt autem Drymæa ab Amphiclea ſtadia* 80. Hic numerus non quadrat cum iis, quæ paulo ſupra aſſeruit, ſcilicet: Ἀμφικλείας δὲ ἀπωτέρω σταδίους πεντεκαίδεκα ἐστὶ Τιθρώνιον ἐν πεδίῳ κειμένη....... ἐκ Τιθρωνίου δὲ εἴκοσιν ἐς Δρυμαίαν στάδιοι. Id eſt: *Ultra Amphicleam ſtadiis* 15. *eſt Tithronium in plano ſita. .... à Tithronio autem* 20 *ſtadia uſque ad Drymæam.* Ex his duobus numeris exſurgit tantum ſumma ſtadiorum 35. ideo neceſſe eſt, in alterutro loco fuiſſe erratum in numero ſtadiorum; ſed puto magis erratum fuiſſe in numero ὀγδοήκοντα; nam quæ ſequuntur, videntur turbata, forte & mutila. T. Livius lib. 28. eam urbeculam Doridi, non Phocidi tribuit; ſic de Philippo: *Tritonum & Drymas Doridis parva atque ignobilia oppida cepit, inde Elatiam.....venit.* Nec dubito, quin per Drymas intelligere debeamus Δρύμον Herodoti, & per Tritonum

Τιθρώ-

Τιθρώνιον. De ea ſic Stephanus: Δρυμία, πόλις Φωκίδος· Παυσαν. ι'. Id eſt: *Drumia oppidum Phocidis, Pauſan. decimo.* Sic variant ſæpe apud autores urbium nomina.

Sequitur apud Herod. Χαράδρα, de qua cum Herodoto Pauſanias & Stephanus mentionem fecere, & Pauſanias quidem in Phocicis Charadram inter eas numerat, quæ antequam Xerxes Phocidem expilaſſet, & eas incendiſſet, parum celebres erant, ſed à ſola calamitate nomen & famam inter Græcos acquiſiverant. Τὰς δὲ αὐτῶν (ait) ἡ στρατιὰ καταπρήσασα ἡ μετὰ Ξέρξου γνωριμωτέρας ἐς τὸ Ἑλληνικὸν ἐποίησεν Ἔρωχον, καὶ Χαράδραν, καὶ Ἀμφίκλειαν, καὶ Νέωνα, καὶ Τιθρώνιον, καὶ Δρυμαίαν. Id eſt: *Quaſdam earum expeditio Xerxis, quæ eas incendit notiores inter Græcos fecit, Erochum, & Charadram, & Amphicleam, & Neonem, & Tithronium, & Drymæam.* Sed inferius in eodem libro ejus ſitum expreſſit, idem Pauſan. nam poſtquam de Lilæa tractavit, hæc ait: Χαράδρα δὲ εἴκοσι σταδίοις ἀπωτέρω ἐστὶν ὑπὲρ ὑψηλοῦ κειμένη κρημνοῦ, καὶ ὕδατος οἱ ἐνταῦθα σπανίζουσιν ἄνθρωποι· ποτὸν δέ σφισι ποταμός ἐστι Χάραδρος, κατερχόμενος ὅσον τρία ἐπ' αὐτὴν στάδια. Id eſt: *Charadra autem 20. ſtadiis diſtans, ſita eſt ſuper prærupta rupe, & incolæ penuriam aquæ patiuntur; potum tamen iis præbet Charadrus fluvius, tribus ſtadiis ab ea urbe diſtans.* Sunt & aliæ multæ urbes, ceu pagi, qui eodem nomine deſignantur, de quibus ſuo loco.

Sequitur Erochus in Herodoti loco citato, de quo ſolus Pauſanias ſemel tantum meminit, & ponit in numero eorum, qui ex incendio, à Xerxis exercitu paſſo, famam acquiſiverunt. Erat igitur olim oppidulum quoddam parum celebre, cujus verum ſitum indicare velle, temerarium foret.

Poſt Erochum Herodotus recenſet Τιθρώνιον quod Τιθρώνιον Pauſanias nominat in Phocicis bis, & ſecundo loco

ſitum aſſignat hoc modo: Ἀμφικλείας δὲ ἀπωτέρω σταδίους πεντεκαίδεκα ἐστὶ τιθρώνιον ἐν πεδίῳ κειμένη· παρέχεται δὲ οὐδὲν ἐς μνήμην· ἐκ Τιθρωνίου δὲ εἴκοσιν ἐς Δρυμαίαν στάδιοι· καθότι δὲ αὕτη ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἐς Δρυμαίαν ἐξ Ἀμφικλείας ἡ εὐθεῖα περὶ τὸν Κηφισσὸν συμμίσγουσιν, ἐστὶν Ἀπόλλωνος Τιθρωνεῦσιν ἐνταῦθα ἄλσος τε καὶ βωμοί· πεποίηται δὲ καὶ ναός· ἄγαλμα δὲ οὐκ ἐστίν. Id eſt: *Tithronium ultra Amphicleam ſtadia* 15. *ſitum eſt in plano, nihil autem habet memorabile: à Tithronio vero ad Drymæam* 20. *ſtadia, eo autem loco, quo & hæc via, & quæ ab Amphiclea Drymæam recta fert ad Cephiſum amnem, conjunguntur, ibi Tithronienſes habent Apollinis lucum & aras.* Stephanus: Τιθρώνιον, Φωκικὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν Τιθρωνεύς. Id eſt: *Tithronium, Phocica urbs. Gentile Tithroneus.* Sed credo legendum Τιθρωνιεὺς ſecundum analogiam.

Inter urbes à Perſis deſolatas & incenſas etiam Ἀμφικαίαν recenſet Herod. lib. 8. ſect. 33. De ea plura Pauſanias, ſed ter aut quater Ἀμφίκλειαν nominat, ſic igitur ait: Ὁδὸς δὲ ἡ ἐς Ἀμφίκλειαν σταδίων ἐκ Λιλαίας ἐστὶν ἑξήκοντα· ταύτην μὲν Ἀμφίκλειαν ἐλυμήναντο οἱ τε ἐπιχώριοι τῷ ὀνόματι, καὶ Ἡρόδοτος μὲν Ὀφιτείαν ἐκάλεσεν, ἑπόμενος τῷ ἀρχαιοτάτῳ τῶν λόγων· Ἀμφικτύονες δὲ δόγμα ἐπὶ τῇ τῶν πόλεων ἀπωλείᾳ τῶν ἐν Φωκεῦσι ἐξενεγκόντες ὄνομα ἔθεντο αὐτῇ Ὀφιτείαν. Οἱ δὲ ἐπιχώριοι τοιάδε ἐπ' αὐτῇ λέγουσιν· Δυνάστην ἄνδρα ἐπιβουλὴν ἐχθρῶν ὑποπτεύσαντα ἐς νήπιον παῖδα, καταθέσθαι τὸν παῖδα ἐς ἄγγειον, καὶ ἀποκρύψαι τῆς χώρας, ἔνθα οἱ ἄδειαν ἴσεσθαι πλείστην ἠπίστατο· λύκον μὲν δὴ ἐπιχειρεῖν τῷ παιδὶ, δράκοντα δὲ ἰσχυρὸν ἀνέχειν τὴν φρουρὰν, ἐσπειρομένον περὶ τὸ ἀγγεῖον· ὡς δὲ ὁ πατὴρ ἦλθε τοῦ παιδὸς, τὸν δράκοντα ἐπιβουλεῦσαι τῷ παιδὶ ἐλπίζων, ἀφίησι τὸ ἀκόντιον, καὶ ἐκεῖνόν τε ὁμοῦ τῷ δράκοντι τὸν παῖδα ἀπήκτεινε· διδαχθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν ποιμαινόντων, ὡς εὐεργέτην, καὶ φύλακα τοῦ παιδὸς ἀπεκτονὼς εἴη, τὴν πυρὰν τῷ δράκοντι, καὶ τῷ παιδὶ ἐποίησεν ἐν κοινῷ......... καὶ ἀπὸ τοῦ

δράκοντος ἐκείνου τὴν πόλιν Ὀφιτίαν ὀνομασθῆναι. Id eſt: *Via autem ducens Lilæa Amphicleam, ſtadiorum eſt 60. eam Amphicleam incolæ in nomine depravarunt, & Herodotus quidem Ophitiam* (id eſt, Serpentariam) *vocavit, in eo ſecutus narrationem antiquiſſimam. Amphictyones vero cum ſententiam ferrent de perditione urbium Phocenſium, nomine vocaverunt Ophitiam. Ejus autem loci incolæ hæc de ea narrant. Virum præpotentem, cum ſuſpicaretur ejus inimicos aliquid auſuros contra ejus filium infantulum, eum poſuiſſe in alveum, & in locum abdidiſſe, ubi multam habiturum eſſe ſecuritatem credebat, lupum vero puerulum invadere, draconem autem robuſtum ejus cuſtodiam exhibuiſſe circa alveum ſpiras involuens, cum vero veniſſet infantis pater, putans draconem puerulo inſidiari, jaculum vibravit, & una cum dracone puerum etiam occidit. Cum vero per paſtores didiciſſet, quod cuſtodem pueri, & beneficum occidiſſet, pyram poſuit puerulo & draconi communem. .... & ab eo dracone urbem nomen accepiſſe, & Ophitiam vocatam fuiſſe.* Hæc Pauſanias, ſed nunc apud Herodotum vox Ὀφιτεία, non comparet & in omnibus editis codicibus, quos vidi, Ἀμφίκλεια legitur: ſed non dubito apud Herodotum debere Ἀμφίκαιαν reponi; & male Pauſanias argutatur, quem docere debebat incolarum narratio. Nam Ἀμφίκαια ἀπὸ τοῦ ἄμφω καίεσθαι, ab eo, quod ambo in eadem pyra uſti ſunt, denominationem accepiſſe manifeſtum eſt. De eo oppido plura dicenda non ſuppetunt; ſed ex Stephano firmatur noſtra ſententia, ſic enim habet: Ἀμφίκαια, πόλις Φωκίδος· Παυσανίας δεκάτῃ· ὁ αὐτὸς Ἀμφίκλειαν εἶπεν. Ex ſilentio igitur Stephani, qui de Ophitia apud Pauſaniam nullam facit mentionem, ſequitur apud Pauſaniam reponi debere: Καὶ Ἡρόδοτος μὲν Ἀμφικαίαν ἐκάλεσεν. Id eſt: *Et*

Herodotus quidem Amphicæam vocavit. Et quæ ſequuntur id evincunt, nam ſi ab antiquo dixiſſet eam urbem Ophitiam vocatam fuiſſe; non opus fuiſſet authoritatem Amphictyonum addere de nomine Ophitiæ: ſed de his ſatis.

In ordine apud Herodotum, ſequitur Νέων, de qua Strabo lib. 9. hæc ait de Eleone, de qua Homerus in νυκτεγερσίᾳ· ὁ δὲ Σκήψιος φησὶ μήτι Ἐλεῶνα μηδένα τόπον τοῦ Παρνασοῦ δείκνυσθαι, ἀλλὰ Νέωνα, καὶ ταύτην οἰκισθεῖσαν μετὰ τὰ Τρωϊκά. Id eſt: *Sceptius autem ait nullum locum Eleonem inveniri in Parnaſſo, ſed Neonem, & eam quidem habitatam fuiſſe poſt bellum Trojanum.* Et de ea mentionem fecerunt Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, & Theopompus in 2. Philipic. ſi fides Harpocrationi: ſed apud Demoſthenem, nihil tale inveni, niſi ſumantur pro ea Neone Phocica hæc verba: Ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτι Φωκεῖς Θηβαίων εἶχον γὰρ Ὀρχομενὸν, καὶ Κορώνειαν, καὶ τὸ Τιλφωσαῖον, καὶ τοὺς ἐν νέωσιν ἀπηλείφουν αὐτῶν, ibi notandum, νέωσιν, licet per litteram non capitalem incipiat, non poſſe pro ναῦσι, id eſt, *navibus*, accipi, nam dativus Atticus pluralis eſt ναυσὶ, at Attice dicebat Demoſthenes: nollem tamen affirmare, ibi de Neone Phocica intelligendum eſſe. Sed notandum, apud eundem Harpocrationem inveniri etiam: Νεώη, Δημοσθένης κατ᾽ Αἰσχίνου, πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Φωκίδῃ, ἣν Ἡρόδοτος μὲν ἐν ὀγδόῃ Νεῶνα ὀνομάζει. Id eſt: *Neoa, Demoſthenes, contra Æſchinem, urbs eſt in Phocide, quam Herodotus in octavo Neonem nominat.* Sequitur deinde: Ἀνδροτίων δὲ ἐν ἕκτῃ Ἀτθίδος Νεῶνας. Id eſt: *Androtion vero in 6. Atthidis Neonas.*

Memorat deinde Herodotus Πεδιέας, ſed cum ſolus Herodotus de ea urbe, ceu oppido, forte & campeſtri planitie, in Phocide fecit mentionem, nihil ſuper eo habemus dicendum. Triteas

Triteas Τριτέας poſtea nominat. Sed Thucydides non in Phocide, ſed in Locride vicina id oppidum ponit, ut & Plinius lib. 4. cap. 3. ſed una & eadem eſt. At quoniam in limite Locridis & Phocidis ſita fuit, ideo quidam Phocidi tribuunt, ut Herodotus; aut Locridi, ut Thucydides, Plinius & alii. Fuiſſe autem in eo limite aſſerit Stephanus in Τρίτεα, ubi ait: Ἔστι δὲ ἄλλη μεταξὺ Φωκίδος καὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν. Id eſt: *Eſt & alia inter Phocidem & Locros ſita.*

Elatiam deinde recenſet Herodotus, urbem celebrem, de qua meminerunt Demoſtenes, Scylax, Theophraſtus, Polybius in fragmentis libri 27. Demoſthenes pluribus in locis, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Appianus, Pauſanias, Ptolemæus, Polyænus, Maximus Tyrius, Favorinus, Heſychius. Latini vero Livius & alii. Et Herodotus quidem in recenſione urbium, quas Medi, à Theſſalis ducti, in Phocide vaſtarunt, ſic ait: Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν, ἐδήιουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδραν, καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλάτειαν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παραποταμίους, καὶ Ἄβας. Id eſt: *Nam peragrantes eam, juxta Cephiſum amnem, cuncta populati ſunt, & hinc urbem Drymum incenderunt, illinc Charadram, & Erochum, & Tethronium, & Amphicæam, & Neona, & Pedieas, & Triteas, & Elatiam, & Hyampolim, & Parapotamios, & Abas.* Scylax in recenſione urbium Phocidis, Elatiam etiam recenſet, ſic: Μετὰ δὲ Λοκροὺς εἰσὶ Φωκεῖς ..... καὶ πόλεις αὐτοῖς εἰσὶν αἵδε Θρόνιον, Κνημὶς, Ἐλάτεια, Πανοπεύς. Id eſt: *Poſt Locros autem ſunt Phocenſes ..... & urbes eorum ſunt hæ: Thronium, Cnemis, Elatia, Panopeus.* Solus Heſychius Ἐλατὴν vocat, ſed, ut puto, error eſt geographicus. Demoſthenes in Philippica 2. vel ſecundum alios 6. narrat quidem

dem dixiſſe Philippum, debere Elatiam muro circumdari, & ſe ea contra Thebanos in bello uti: unde colligitur, eam urbem non longe à Bœotiæ finibus ſitam fuiſſe, eam namque urbem ceperat, ut ait idem Demoſthenes in Oratione de Corona: Ἧκεν ἔχων τὴν δύναμιν, καὶ τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν. Id eſt: *Venit copias habens, & Elatiam cepit.* De ejus urbis occupatione à Philippo facta etiam Diodorus lib. 16: Διόπερ ἄφνω καταλαβόμενος Ἐλάτειαν, πόλιν, καὶ τὴν δύναμιν εἰς ταύτην ἀθροίσας, διέγνω πολεμεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. Id eſt: *Itaque cum ſubito Elatiam urbem occupaſſet, & ibi copias cum adunaſſet, decrevit bellum Athenienſibus inferre.* In ubere campo ſita fuit, teſte Theophraſto; qui libro de Hiſt. plant. cap. 8. ait frumentum & hordeum circa Elatiam optime provenire. De ejus ſitu aliquid ex Strabone diximus, is enim lib. 9. ſic ait: Οὗτοι μὲν ἐκ τῶν Φωκικῶν ὀρῶν οἱ ποταμοὶ καταφέρονται, ὧν ὁ Κηφισσὸς ἐκ Λιλαίας, Φωκικῆς πόλεως τὴν ἀρχὴν λαμβάνει .... διὰ Ἐλατείας ἣ μεγίστη τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων, καὶ διὰ Παραποταμίων, καὶ Φανοτέων ὁμοίως Φωκικῶν, πολισμάτων εἰς Χαιρώνειαν, τῆς Βοιωτίας πρόεισιν. Id eſt: *Hi fluvii ex montibus premanant Phocicis, interque eos Cephiſſus è Lilæa oritur. Phocica urbe .... & per Elatiam fluens, Phocicarum urbium maximam, ac per Parapotamios & Phanoteos, ipſe quoque Phocidis oppida, ad Chæroneam Bœotiæ pergit.* Et non multo poſt eodem libro: Ἐλάτεια δὲ ὅτι πασῶν μεγίστη τῶν ἐνταῦθα πόλεων, καὶ ἐπικαιροτάτη διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι τοῖς στενοῖς, καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην ἔχειν τὰς εἰσβολὰς τὰς εἰς τὴν Φωκίδα, καὶ τὴν Βοιωτίαν. Id eſt: *Elatia autem eo quod maxima eſt urbium, quæ in eo tractu ſunt, & opportuniſſima ſitu in ipſis faucibus, ut, qui eam teneat, habeat in ſua poteſtate aditus in Phocidem & Bœotiam.* Et iterum in eodem libro: Καὶ Ἐλάτεια μεγίστη πόλις τῶν Φωκικῶν, ἣν Ὅμηρος μὲν οὐκ οἶδε, νεω-

τέρα

πέρα γὰρ ἐστὶ τῆς ἡλικίας ἐκείνου· ἐπικαιρίως δ' ἵδρυται πρὸς τὰς ἐκ τῆς Θετταλίας εἰσβολάς. Id eſt: *Et Elatia urbs maxima Phocicarum urbium, quam Homerus non noverat; nam poſt ejus ætatem condita fuit: opportune vero ſita eſt in ipſis ex Theſſaliæ aditibus.* Et paulo poſt: Καὶ ὁ Δαφνοῦς, ὃν ἔφαμεν κατεσπάσθαι· λιμὴν δ' ἐστὶν αὐτόθι διέχων Κύνου περὶ ἐνενήκοντα σταδίους· Ἐλατείας δὲ πεζεύοντι εἰς τὴν μεσόγαιαν ἑκατὸν εἴκοσι. Id eſt: *Et Daphnûs, quem deletum diximus: & ibi portus eſt à Cyno diſtans ad nonaginta ſtadia, & ab Elatia per mediterranea ſtadiis* 120. Ex his Strabonis locis ejus urbis ſitus deprehenditur, nempe in anguſtiis ſita fuit, quæ Bœotiam & Theſſaliam verſus aperiebantur, 20 ſtadiis diſtans à mari, ceu Euripo Euboïco, ubi olim Daphnûs, Phocenſium portus fuerat. Ex Pauſania etiam colligitur, eum non longe à Scarphia ſitum fuiſſe: ſic enim ille in Phocicis ſtatim initio de Phocide: Τὰ δὲ περὶ τοῦ Λαμιακοῦ κόλπου, Λοκροὶ σφᾶς παραθαλασσίους οἱ Ἐπικνημίδιοι κωλύουσιν εἶναι· οὗτοι γὰρ δή εἰσιν οἱ ταύτῃ τὴν Φωκίδα ὑπεροικοῦντες· Σκαρφεῖς μέν τοι τὰ ἐπέκεινα Ἐλατείας. Id eſt: *Quæ vero ad Lamiacum ſinum tendunt, Locri Epicnemidii vetant eos maritimos eſſe: ii enim illic ſuper Phocidem habitant: Scarphenſes vero ea, quæ ſunt ultra Elatiam, poſſident.* Et rurſus idem Pauſanias non longe à fine ejuſdem libri: Ἐλάτεια δὲ τῶν ἐν Φωκεῦσι μεγίστη πόλεών ἐστι τῶν ἄλλων μετά γε τοὺς Δελφούς. κεῖται δὲ κατὰ Ἀμφίκλειαν, καὶ ἐς αὐτὴν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ὁδός ἐστιν ἐξ Ἀμφικλείας σταδίων πεδιὰς ἡ πολλή. καὶ αὖθις οὐκ ἐπὶ πολὺ ἀνάντης ἡ ἐγγυτάτω τοῦ Ἐλατέων ἄστεως· ῥεῖ δὲ ἐν τῇ πεδιάδι ὁ Κηφισσός. Id eſt: *Elatia autem aliarum, quæ in Phocide ſunt, urbium maxima eſt poſt Delphos: ſita autem eſt è regione Amphicleæ, & iter eſt centum & octuoginta ſtadiorum ab ea ad Amphicleam; campeſtris fere tota, & paulo ſuperior eſt via, quæ proxima eſt Elatiæ: Cephiſſus autem in*

plano fluit. Hæc ſunt, quæ de ejus urbis ſitu inveniuntur: unde liquet, eam non fuiſſe ſitam ad Cephiſi ripam, ſed non longe ab ea in loco editiore. Inter Phocicas urbes præcipua, ad Cephiſum ſita. Calamitatem paſſa eſt, cum à Bœotis, duce Pelopida, obſeſſa fuit, quod narrat Polyænus lib. 2. cap. de Onomarcho: Ὀνόμαρχος Φωκεὺς, πολιορκουμένης Ἐλατείας ὑπὸ τῶν Βοιωτῶν, τὴν δύναμιν ἐξαγαγὼν, τὰς πύλας ἀνοικοδομήσας, τέκνα μὲν, καὶ γυναῖκας, καὶ μητέρας ἔστησεν, ἐφεξῆς, καὶ πατέρας· πρὸ δὲ τούτων τοὺς ὁπλίτας ἔταξε· Πελοπίδας συνεὶς τὴν παρασκευὴν τῆς ἀπονοίας, ὡς ἀποθνήσκειν ἢ κρατεῖν προθυμοῖντο, μὴ συνάψας μάχην, ἀπεχώρησεν. Id eſt: *Onumarchus Phocenſis, cum Elatia à Bæotis oppugnaretur, educto exercitu, & portis obturatis, liberos, & uxores, & matres atque patres ordine conſtituit; ante hos autem armatos collocavit: Pelopidas, cum apparatum deſperationis cognoviſſet, eos aut mortem pati, aut victoriam auferre velle, non commiſſo prælio diſceſſit.* Direptionem quoque paſſa eſt, cum à L. Quintio & Attalo per vim capta eſt, de quo negotio ſic Livius lib. 32. *Conſul in Phocide ad Elatiam caſtris poſitis ...... tum ſimul ab omni parte operibus armiſque urbem eſt aggreſſus .... Ita urbe potitus conſul, qua direpta, miſſis in arcem, qui vitam regiis, ſi abire vellent inermes, libertatem Elatienſibus pollicerentur, fideque in hæc data, poſt paucos dies arcem recepit.* De ejus urbis conditu ſic Pauſanias in Arcadicis, ubi de Arcadis progenie, & ejus uxoris, nymphæ, cui Erato nomen erat, ſic ait: Τὴν δὲ νύμφην ταύτην καλοῦσιν Ἐρατὼ, καὶ ἐκ ταύτης φασὶν Ἀρκάδι Ἀζᾶνα, καὶ Ἀφείδαντα γενέσθαι, καὶ Ἔλατον....... Ἔλατος δὲ ἔσχε τὸ ὄρος τὸ Κυλλήνην, ἔτι τότε οὖσαν ἀνώνυμον· χρόνῳ δὲ ὕστερον μετῴκησεν ὁ Ἔλατος ἐς τὴν νῦν καλουμένην Φωκίδα, καὶ τοῖς τε Φωκεῦσιν ἤμυνεν ὑπὸ Φλεγυῶν πολέμῳ πιεζομένοις, καὶ Ἐλατείας πόλεως ἐγένετο οἰκιστής. Id eſt: *Eam nympham vocant Era-*

to,

to, & ex ea Arcadi nati ſunt Azane, & Aphidantus & Elatus...... Elatus autem montem Cyllenem habuit, tunc nondum habentem nomen: poſtea vero, mutatis ſedibus, Elatus in regionem migravit nunc Phocidem dictam, & Phocenſibus auxiliatus eſt, qui eo tempore à Phlegyis bello premebantur, & Elatiæ urbis conditor factus eſt. Hinc Stephanus: Ἐλάτεια, πόλις μεγίστη Φωκίδος, ἀπὸ Ἐλάτου. Id eſt: *Elatia, urbs maxima Phocidis, ſic dicta ab Elato.* Ideo Elatenſes mille Arcades, lectos milites, libenter in ſuam urbe receperunt, utpote conſanguineos, quod narrat idem Pauſanias in Achaicis: Ἀρκάδων δὲ ἐξεστρατευμένοι λογάδες χίλιοι, οἱ Κριτολάῳ τοῦ ἔργου μετέσχον, προῆλθον μὲν ἄχρις Ἐλατείας τῆς Φωκέων, καὶ ἐς τὴν πόλιν ὑπ' αὐτῶν, κατὰ συγγένειαν δή τινα παλαιὰν ἐδέχθησαν. Id eſt: *Lectiſſimi Arcades mille, qui cum Critolao ad bellum exierant, Elatiam Phocidis urbem contenderunt, in eamque ob veterem quandam cognationem recepti ſunt.* In Elatiam impetum fecit Philippus, poſtquam potitus eſt Amphiſſa, eamque & cæteras Phocidis urbes occupavit, teſte Plutarcho in Demoſthene. Dom. Niger commentat. 11. ſcribit, Elatiam urbem inter Phocenſes ampliſſimam eſſe, per eamque Cephiſum amnem labi, & ad ſeptentrionem Parnaſſi montis ſitam: quæ valde confuſa ſunt, & non conveniunt cum iis, quæ à probatioribus authoribus de ea referuntur; quamvis enim Cephiſus non longe ab ipſa flueret, per eam tamen non ferebatur, nec ad Parnaſſum etiam ſita erat, à quo Cephiſo ipſo ſeparabatur: vide Max. Tyr. ſerm. 19. & Euſtathium Iliad. β. & Ptolemæum & alios, ſi plura de ea cupis.

Sequitur apud Herodotum Hyampolis, in anguſtiis ſita, per quas aditur Phocis à Theſſalia, & Bœotis, & Locris Epicnemidiis, id patet ex Herod. lib. 8. ſect. 28. his verbis: Ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ, ἡ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν, ἐν

ταύτῃ τάφρον μεγάλην ὀρύξαντες, ἀμφορέας κενοὺς εἰς ταύτην κατέθηκαν· χοῦν δὲ ἐπιφορήσαντες καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλλῳ χώρῳ, ἐδέχοντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλοντας· οἱ δὲ, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας φερόμενοι, ἐσέπεσον εἰς τοὺς ἀμφορέας· ἐνταῦθα οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. Id eſt: *Nam in introitu, qui eſt circa Hyampolim, ibi magnam foſſam cum fodiſſent, vacuas amphoras in ea poſuerunt, terram autem aggerentes & complanantes ad ſimilitudinem loci, Theſſalos exceperunt ingruentes: ii vero, tanquam rapturi Phocenſes, impetu ferebantur, in amphoras inciderunt & ibi equi crura corruperunt.* De ea urbe mentionem fecerat Homerus in catalogo:

Οἵ τ' Ἀνεμώρειαν, καὶ Ὑάμπολιν ἀμφενέμοντο. Id eſt:
Et qui Anemoream, & Hyampolim incolebant.

Ad quem locum Didymus: Οἵ τινες ᾤκουν τὴν ὑπὸ Ὑάντων ἔθνους βαρβάρου (ſic lego) οἰκισθεῖσαν πόλιν. Id eſt: *Qui urbem incolebant ab Hyantibus barbara gente conditam.* Sed aliter ad eum locum Euſtathius: Ἡ δὲ Ὑάμπολις, εἰ μὲν ἀπὸ τῶν Ὑάντων ὠνόμασται τῶν περὶ Βοιωτίαν, οὐκ ἔστιν ἀκριβῶς εἰπεῖν· οὐ πολὺν δὲ λόγον ἔχει παρὰ τοῖς παλαιοῖς· φασὶ δὲ τοὺς ἐγχωρίους σὺν τῷ Σ λέγειν αὐτὴν Ὑσάμπολιν· ἡ δὲ γεωγραφικὴ ἀκρίβεια παραδίδωσιν, ὅτι Ἀνεμώρεια ἡ προσεχῶς ἀνωτέρω ῥηθεῖσα, Ὑάμπολις μετωνομάσθη, ἐς ἣν ἐξέπεσον ἐκ Βοιωτίας Ὕαντες· ἑτέρα δὲ αὕτη τῆς ἐν Παρνασσῷ φησιν Ὑαμπόλεως· καὶ ὅρα, ὅτι τρεῖς ἐντεῦθεν Ὑαμπόλεις ἀναφαίνονται· ἥτε Ὁμηρικὴ αὕτη, ἥτε μετονομασθεῖσα ἐξ Ἀνεμωρείας Ὑάμπολις, καὶ τρίτη ἡ Παρνασσία. Id eſt: *Hyampolis, an ab Hyantibus nominata fuit, qui erant in Bœotia, non poteſt pro certo dici, & de eo antiqui parum rationis habent: ajunt autem loci incolæ cum litera S. eam Hyſampolim dictam: geographica vero diligentia tradit, quod Anemoria, de qua nuper ſupra diximus, Hyampolis mutato nomine dicta eſt, in quam ſeceſſerunt Hyantes è Bœotia. Non eadem qui-*

dem

dem cum Hyampoli quæ eſt ad Parnaſſum, & vide quod tres hinc Hyampoles emergant, ſcilicet Homerica ipſa, & ea, quæ ex Anemoria, & tertia Parnaſſia. Sed id non concedendum eſt Euſtathio, nam Homerica eadem fuit, quæ & Anemoria dicta fuit, ut patebit ex iis, quæ poſtea dicemus. Et hic locus Euſtathii profecto tenebras affundit potius, quam lucem facit, non enim addit ubi unaquæque ſita fuerit, nec video, quare inde tres emergant ejuſdem nominis urbes, cum Homerus videatur intellexiſſe eam, quæ vel Anemoria vocata fuit olim, vel ita vicinam, ut cum ea poſtea coaluerit. Et Parnaſſus cum longe lateque adeo extendatur, ut, niſi aliunde lux fiat, non poſſet aliquis deprehendere Parnaſſiæ Hyampolis ſitum, id tantum dico, ſi fuit altera in Parnaſſo Hyampolis, quod Strabo, quem Euſtathius ſequitur, cenſet, ubi de Hyampoli Parapotamioni vicina tractat, hæc addit: Ἑτέρα οὖσα ἡ ἐν Παρνασσῷ Ὑάμπολις, de ea procul dubio intelligenda ſunt ea, quę Pauſanias habet in Phocicis: Κελαινὼ θυγατέρα Ὑάμῳ τῷ Λυκώρου γενέσθαι· Δελφὸν δὲ, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστὶ, Κελαινοῦς τε αὐτὸν, τῆς Ὑάμου, καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι. Id eſt: *Ajunt Hyamo, Lycori filio, filiam fuiſſe Celæno: Delphum vero, à quo nomen habet urbs, quæ nunc extat, ex ea Celæno & Apolline genitum fuiſſe.* Nam Lycorus ille Lycoriam in Parnaſſo condidiſſe dicitur, cujus filius Hyamus in Parnaſſo habitans, ubi pater regnabat, nomen videtur dediſſe Hyampoli, in Parnaſſo ab illo conditæ, & ſic ea non ab Hyantibus, ut altera, ſed ab Hyamo conditore nomen accepiſſe, non male quis ſuſpicari poſſet: ſed ita omnino cenſet Euripidis Scholiaſtes ad Oreſtem pag. 221. ſed apud eum male Ὕαπος, pro Ὕαμος legitur: ſic autem habet ad hæç verba: Τὴν Δελφίδα ἐλθών· Ὕαπος ὁ Λυκώρου μετὰ τὸν κατακλυσμὸν βασιλεύων τῶν περὶ τὸν Παρνασσὸν, Ὑάμπολιν ἔκτισε, καὶ γήμας Μελάνθειαν

λάνθειαν, τὴν Δευκαλίωνος, ἐποίησε Μελανίδα· ἐκ δὲ Μελανίδος Δελφός. Id eſt: *Hyaſpus, Lycori, filius poſt diluvium regnans in Parnaſſo, Hyampolim condidit, & ducta Melanthia, Deucalionis filia, genuit Melanidem: & ex Melanide Delphum.* Sed procul dubio ex Pauſania corrigendus eſt Euripidis Scholiaſtes, & pro Ὕασπος legendum Ὕαμος. Herodotus certe lib. 3. ſect. 33. dum eas urbes recenſet, quas barbari Perſæ diripuerunt, & incenderunt, unius tantum Hyampolis mentionem facit, unde Euſtathium falſum nos fallere, non dubito aſſeverare, dum tres urbes ejuſdem nominis fuiſſe concludit. Nam unica fuit Hyampolis, Abis vicina: altera in Parnaſſo, de qua Strabo. Si fuit oppidulum, fuit nullius momenti, & parum celebre, cujus ſitum ignorare aut ſcire non multum refert. Homerus duas urbes videtur facere, quæ tamen poſtea coaluerunt, & unam conſtituerunt civitatem: ſic de eo negotio Strab. lib. 9. Τινὲς δὲ Ἀνεμώλειαν καλοῦσι· εἶθ' Ὑάμπολις μετὰ ταῦτα ἐκλήθη, εἰς ἣν ἐκ Βοιωτίας ἐκπεσεῖν τοὺς Ὕαντας ἔφαμεν· ἔστι δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ μάλιστα, καὶ αὕτη πλησίον τῶν Παραποταμίων, ἑτέρα οὖσα τῆς ἐν Παρνασσῷ Ὑαμπόλεως. Id eſt: *Quidam vero Anemoliam vocant, deinde Hyampolis vocata eſt, in quam Bœotia ejecti Hyantes ſeceſſerunt, ut diximus. Eſt autem in mediterraneo ſita juxta Parapotamios: alia exiſtens ab ea Hyampoli, quæ eſt in Parnaſſo.* Cum Strabone Euſtathius mentionem fecit de ea altera Hyampoli Parnaſſia, quod habet procul dubio ex Strabone. Mirum eſt nullum antiquorum de ea meminiſſe. Idem Strabo eodem lib. 9. de Anemoria ſic ait: Ἡ δὲ Ἀνεμώρεια ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους· καταιγίζει γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ καλούμενος Κατοπτήριος χῶρος, κρημνός τις, ἀπὸ τοῦ Παρνασσοῦ διήκων· ὅριον δ' ἦν ὁ τόπος οὗτος Δελφῶν καὶ Φωκέων, ἡνίκα ἀπέστησαν τοὺς Δελφοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συστήματος τῶν Φωκέων Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐπέτρεψαν παρ' αὐτοὺς πολι-

πολιτείας· τινὲς δὲ Ἀνεμώλειαν καλοῦσιν, εἶθ' Ὑάμπολις μετὰ ταῦτα ἐκλήθη, εἰς ἣν ἐκ Βοιωτίας ἐκπεσεῖν τοὺς Ὕαντας ἔφαμεν. Id eſt: *Anemoria vocata eſt ab eventu, nam procellæ ventorum in eam incumbunt à loco, qui Catopterius dicitur, præcipiti & abrupto à Parnaſſo huc pertingens: is autem locus diſterminabat Phocenſes & Delphos, quo tempore Lacedæmonii Delphos à Phocenſium republica diſſociarunt, & Delphos permiſerunt à ſeipſis gubernari: quidam vero Anemoliam vocant. Deinde Hyampolis vocata eſt, ad quam Hyanthes aufugiſſe diximus.* Ad eum Homeri locum Didymus hæc ait: Οἵ τινες ᾤκουν τὴν ὑπὸ Ὑάντων ἐθνοὺς βαρβάρου οἰκισθεῖσαν πόλιν. Id eſt: *Qui quidem incolebant urbem ab Hyantibus gente barbara habitatam.* De Anemoria meminit Lycophron pag. 166. ubi de Hyampoli facta mentione: Πάτραν Λιλαίαν, κ' Ἀνεμωρείας πέδον ποθοῦντες. Id eſt: *Patriam Lilæam, & Anemoreæ ſolum deſiderantes.* Ad quem locum Tzetzes: Ἀνεμώρεια δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ψυχρὰν, καὶ ἀνεμώδη. Id eſt: *Anemoria vocata eſt eo, quod erat frigida, & ventis obnoxia.* De Hyampolis ſitu, ad ea, quæ ex Herodoto notavimus, audiendus Strabo lib. 9. qui ſic habet: Ὑπέρκειται δὲ Ὀρχομενίας ὁ Πανοπεὺς, Φωκικὴ πόλις, καὶ Ὑάμπολις, τούτοις δὲ ὁμορεῖ Ὀποῦς, τῶν Λοκρῶν μητρόπολις, τῶν Ἐπικνημιδίων. Id eſt: *Supra Orchomeniam autem ſita eſt Panopeus, urbs Phocica, & Hyampolis, quibus confinis eſt Opus, primaria Locrorum Epicnemidiorum urbs.* In edito loco ſita fuit, quod nos docet Papinius Statius, Thebaïd. VII. verſ. 345.

Et valles, Lebadea, tuas? & Hyampolin acri
Subnixam ſcopulo?

Urbi Opuntiorum & Cyno, Locrorũ navali, vicina fuit, quod teſtatur Pauſanias in Phocicis, ſtatim initio: Τὰ δὲ πρὸ τοῦ Λαμιακοῦ κόλπου, Λοκροὶ σφᾶς παραθαλασσίους, οἱ Ὑποκνημίδιοι, καλοῦσιν εἶναι· οὗτοι γὰρ δή εἰσιν οἱ πρώτην τὴν Φωκίδα

ὑπεροι-

ὑπεροικοῦντες· Σκαρφεῖς μέν τοι τὰ ἐπέκεινα Ἐλατίας· ὑπὲρ δὲ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας, οἱ πόλιν τε Ὀποῦντα, καὶ Ὀπουντίων ἐπίνειον νεμόμενοι Κῦνον. Id eſt: *Nam ex parte, ubi eſt ſinus Lamiacus, Locri Epicnemidii eos vetant maritimos eſſe: illi enim ſunt, qui ſuper eam Phocidis partem habitant: Scarphenſes quidem ſupra Elatiam: ſupra Hyampolim vero & Abas, qui urbem Opuntem & Opuntiorum navale Cynum habitant.* De ejus ſitu etiam fuſe ſic narrat idem paulo poſt. Ἐπανελθόντα δὲ ἐς τὴν ὁδὸν, τὴν ἐς Ὀποῦντα εὐθεῖαν, Ὑάμπολις τὸ ἀπὸ τούτου σε ἐκδέξεται· τῶν δὲ ἐνταῦθα ἀνθρώπων καὶ αὐτὸ κατηγορεῖ τὸ ὄνομα· οἵ τινες ἦσαν ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὁπόθεν ἐξαναστάντες ἀφίκοντο εἰς ταύτην τὴν χώραν· Ὕαντες γὰρ, οἱ ἐκ Θηβῶν Κάδμον καὶ τὸν σὺν ἐκείνῳ φυγόντες στρατὸν, ἀφίκοντο ἐνταῦθα. Τὰ μὲν δὴ ἀρχαιότερα ὑπὸ τῶν περιχώρων ἐκαλοῦντο Ὑάντων πόλις· χρόνῳ μέν τοι ὕστερον Ὑάμπολιν ἐξενίκησεν ὀνομασθῆναι. Id eſt: *Revertentem vero in viam rectam, quæ Opuntem ducit, Hyampolis te excipiet: eorum vero, qui illic habitant, & ipſum nomen judicat, qui erant à principio, & unde exorti in eam regionem advenerunt: Hyantes enim, qui fugientes Cadmum & eum, qui eum ſequebatur, exercitum, è Thebis illuc ſucceſſerunt, & olim quidem à vicinis vocabantur Hyantum urbs: procedente vero tempore tandem obtinuit, ut Hyampolis vocaretur.* De ejus urbis etymo idem fere ſentit Nonnus lib. 13. verſ. 124.

---- Ὑάμπολιν, ἣν περ ἀκούω
Ἀονίης Ὑὸς ὕδας ἐπώνυμον.

Gerardus Mercator, qui Græciæ tabulam ad numeros Ptolemæi concinnavit, peſſime Hyampolim ad Cithæronem montem locat, longe ab Opunte & Cyno, ſequutus in eo codicem Ptolemæi mendoſum, & in ordine falſum; Hyampolim enim inter Bœoticas urbes numerat, ſic: Θίσβη, Θεσπειαὶ, Ὀρχομενὸς, Κορώνεια, Ὑάμπολις. De

λις. De ejus ſitu turbam faceret Plinius, ſi ordinem ſervaſſet ſitus in enumerandis urbibus, nam ſic ait: lib. 4. cap. 2. *Locri Epicnemidii cognominantur, olim Leleges appellati, per quos amnis Cephiſus defertur in mare. Oppida Opûs, unde Opuntius ſinus, Cynos, Phocidis in littore unum Daphnus: introrſus autem Lariſſæ, Elatea, & in ripa Cephiſi, ut diximus Lilæa, Delphoſque verſus Cnemis & Hyampolis.* Hæc ſeries monſtrum foret geographicum, ſi ſequendus foret hoc loco Plinius. Supra de ſitu Cnemidis, ad mare Euboïcum ſitæ, ſatis diximus. Lariſſas ponit in Phocide, quæ nullæ fuerunt, nam Stephanus, qui ad nauſeam uſque curioſe recenſet plures urbes ejus nominis, nullam in Phocide ponit, ideo de ordino locorum apud Plinium non eſt habenda ratio. Quod ad ejus urbis hiſtoriam attinet, calamitates paſſa eſt cum aliis Phocidis urbibus communes, primum cum Medi ceu Perſæ ducentibus Theſſalis omnes fere Phocenſium urbes vaſtaverunt, & incenderunt, & inter eas etiam Hyampolim narrante Herodoto lib. 8. de ea etiam Diodorus lib. 16. Ἐπὶ δὲ τούτων Βοιωτοὶ πολλὴν τῆς Φωκίδος χώραν πορθήσαντες περὶ τὴν ὀνομαζομένην Ὑάμπολιν, ἐνίκησαν τοὺς πολεμίους, καὶ κατέβαλον αὐτῶν περὶ ἑβδομήκοντα· μετὰ δὲ ταῦτα Βοιωτοὶ περὶ Κορώνειαν συμπλακέντες τοῖς Φωκεῦσι ἡττήθησαν, καὶ συχνοὺς ἀπέβαλον. Id eſt: *Poſtea Bœoti, plurima Phocenſium regione vaſtata, circa Hyampolim hoſtes vicerunt, & eorum circiter 70 occiderunt: poſtea vero Bœoti prope Coroneam cum Phocenſibus congreſſi, victi ſunt, & multos amiſerunt.* Deinde poſt Phocenſes à Philippo Macedone debellatos, qui poſt 10 annos bello ſacro finem impoſuit, una cum aliis urbibus deſolata & in pagum redacta fuit, quod narrat Pauſanias in Phocic. his verbis: Καὶ ἐς ἔδαφος ἁλοῦσαι κατεβλήθησαν τῶν Φωκέων αἱ πόλεις, ἀριθμὸς δὲ ἦν αὐτῶν Λιλαία, καὶ Ὑάμπολις,

 καὶ Ἀντι-

καὶ Ἀντίκυρα, καὶ Παραποτάμιοι, &c. Id eſt: *Et captæ urbes Phocidis ad ſolum uſque dirutæ ſunt, earum autem numerus erat Lilæa, & Hyampolis, & Anticyra, & Parapotamii:* De ea etiam eadem Pauſanias narrat in Phocicis. Ἀλλὰ γὰρ καὶ βασιλέως Ξέρξου καταπρήσαντος τὴν πόλιν, καὶ αὖθις Φιλίππου κατασκάψαντος, ὅμως τὰ ὑπολειπόμενα ἦν ἀγορᾶς τε ἀρχαίας κατασκευὴ, καὶ βουλευτήριον οἴκημα οὐ μέγα, καὶ θέατρον οὐ πόῤῥω τῶν πυλῶν· Ἀδριανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς στοὰν ᾠκοδομήσατο, καὶ ἐπώνυμος ἡ στοὰ τοῦ ἀναθέντος βασιλέως ἐστί. Id eſt: *Licet Xerxes rex eam incenderit, & rurſus Philippus eam diruerit, reliquiæ tamen erant, forum antiqui operis, & conſultatoria domus non magna, & theatrum non longe à portis: Hadrianus autem Imp. porticum ædificavit, quæ de ejus nomine vocata eſt.* Non tamen ſemper fortunam adverſam habuit ea urbs, ſed aliquando ei ſucceſſit in bello gerendo. Sic enim Euripidis Scholiaſtes ad Oreſtem ad hæc verba: Γῆν Δελφίδ' ἐλθὼν, ſic commentatur: Ὄρνυτος ὁ Σισύφου ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἀονίας αὐτόσε, καὶ πολεμοῦντας εὑρὼν Ὑαμπολίτας πρὸς Ὀπουντίους Λοκροὺς περὶ Δαφνοῦντος συμμαχήσας τε ἐνίκησεν. Id eſt: *Ornytus Siſyphi filius cum ex Aonia illic veniſſet, & inveniſſet Hyampolitas belligerantes contra Opuntios de Daphnuntis poſſeſſione inita ſocietate vicit.* Participes etiam fuerunt gloriæ, quam ex vindicata libertate habuerunt Phocenſes, quando à Theſſalis oppreſſi, tyrannos per urbes ſuas conſtitutos una eademque die neci dederunt, & ob id facinus bello internecino à Theſſalis petiti viriliter obſtiterunt, facto decreto, ut omnes adſtarent, & unum in locum uxores & pueros congregatos ponerent, & lignis ad accendendum paratis, poſitis cuſtodibus, circumdarent, ut ſi victi prælio forent, accenſis lignis univerſim comburerentur, in quod decretum uxores generoſe conſenſerant. Ergo duce Daiphanto ad vi-

ad vicum Cleonas in Hyampolitarum vicinia victoriam inſignem contra Theſſalos obtinuerunt, quod narrat Plutarchus lib. de Virtutibus mulierum, & ad perpetuam rei memoriam quotannis ſolemnia ſacrificia ad Hyampolim Phocenſes peragebant, quod idem autor ait ſe fuſe narraſſe in vita Daiphanti, quæ temporis injuria periit, locum videſis lector, eſt enim prolixior quam hic inſeri poſſit; & ex hoc loco patet fuiſſe Cleonas vicum in Hyampolitarum vicinia cum κλεώνας τῆς Ὑαμπολίδος vocet, de quo alibi non fit mentio.

Poſt Hyampolim recenſet Herodotus Parapotamios, quæ vox ſignificat populum vel urbem, quæ ad fluvium ſita eſt, quod veritati conſentit, ſita enim eſt ea urbs ad Cephiſum, teſte Strabone lib. nono, his verbis: Ὁ Κηφισὸς ἐκ Λιλαίας Φωκικῆς πόλεως τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, καθάπερ καὶ Ὅμηρος φησίν.

Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον, πηγῆς ἔπι Κηφισοῖο.

δι' Ἐλατίας ἢ ῥυεὶς μεγίστης τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων, καὶ διὰ Παραποταμίων. καὶ Φανοτίων ὁμοίως Φωκικῶν πολισμάτων εἰς Χαιρώνειαν τῆς Βοιωτίας πρόεισιν. Id eſt: *Cephiſus è Lilæa oritur Phocica urbe, quod & Homerus dicit:*

Quique Lilæam habent ad fontem Cephiſi.

Per Elatiam autem maximam Phocidis urbem fluens, & per Parapotamios, & Phanoteos, Phocidis etiam oppida, ad Chæroneam Bæotiæ vadit. Ex his Strabonis verbis videtur ſitos fuiſſe Parapotamios inter Elatiam & Phanoteos, ſed & in radicibus montis Acontii, ait idem Strabo eodem libro, ubi de Orchomeno ait, eam urbem: Ἀνοικισθῆναι πρὸς τὸ Ἀκόντιον ὄρος παρατεῖνον ἐπὶ ἑξήκοντα σταδίους μέχρι Παραποταμίων τῶν ἐν τῇ Φωκίδι. Id eſt: *Tranſlatam fuiſſe ad montem Acontium, qui extenditur per 60. ſtadia uſque ad Parapotamios in Phocide.* Vicini fuerunt Parapotamii Hyampolitis, de quibus ſupra diximus,

mus, & ex Strabone probavimus, qui ſic habet, ut ſupra citavimus: Ἔστι δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ μάλιστα, καὶ αὕτη πλησίον τῶν Παραποταμίων. Id eſt: *Eſt autem in mediterraneo potiſſimum ipſa prope Parapotamios.* Idem Strabo eodem libro ex Theopompo ſitum ejus prodit, ſic ſcribens: Παραποτάμιοι εἰσὶ κατοικία τις ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ ἱδρυμένη, πλησίον Φανοτεῦσι, καὶ Χαιρωνεῦσι, καὶ Ἐλατείᾳ· φησὶ δὲ Θεόπομπος τὸν τόπον τοῦτον διέχειν τῆς μὲν Χαιρωνείας ὅσον σταδίων τεσσαράκοντα, διορίζειν δὲ Ἀμβρυσέας, καὶ Πανοπέας, καὶ Δαυλιέας, κεῖσθαι δὲ ἐπὶ τῆς ἐμβολῆς τῆς Βοιωτίας εἰς Φωκέας ἐν λόφῳ μετρίως ὑψηλῷ, μεταξὺ τοῦ τε Παρνασσοῦ, καὶ τοῦ.........ὄρους πέντε στάδιον σχεδόν τι ἀπολεῖπον τῶν ἀν......ὁρίων. Sic locus Strabonis mutilus ſe habet, qui Latine ſic vertitur. *Parapotamii habitatio eſt quædam ad Cephiſum ſita, vicina Phanotenſium, & Chæronenſium, & Elatiæ. Ait autem Theopompus hunc locum diſtare à Chæronæa ſtadiis circiter 60. & fines diſterminare Ambryſeorum, & Panopæorum, & Daulienſium: ſitum autem eſſe in ipſo aditu quo itur à Bœotia Phocidem in colle mediocriter ſublimi inter Parnaſſum & ....montem ſpatium 5. ſtadios relinquens........* Et ex hoc loco licet mutilo aliquid tamen colligi poteſt de ejus loci ſitu. Notandum eſt autem, Theopompum urbem eum locum non nominaſſe, ſed tantum locum: Pauſanias tamen in Phocicis urbibus annumerat Parapotamios, ubi de fine ſacri belli verba facit, & ait: Καὶ ἐς ἔδαφος ἁλοῦσαι καθεβλήθησαν τῶν Φωκέων αἱ πόλεις· ἀριθμὸς δὲ ἦν αὐτῶν Λίλαια, καὶ Ὑάμπολις, καὶ Ἀντίκυρα, καὶ Παραποτάμιοι, καὶ Πανοπεύς τε, καὶ Δαυλίς. Id eſt: *Et urbes captæ ad ſolum uſque dirutæ ſunt urbes Phocenſium, quarum numerus eſt, Lilæa & Hyampolis, & Anticyra, & Parapotamii, & Panopeus, & Daulis.* Fuiſſe autem urbem, idem Pauſanias ex Homero concludit, qui de iis ſic cecinit in Catalogo:

Οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον. Id eſt:

Et qui ad Cephiſſum fluvium divinum habitant.

Et argumentum prodit ex Pythicarum victoriarum catalogo: Ἀμφικτύονες γὰρ, ait, Πύθια ἐτίθεσαν πρῶτον, καὶ Αἰχμαίας Παραποτάμιος πυγμὴν ἐνίκησεν ἐν παισίν. Id eſt: *Amphictyones enim Pythia primum inſtituerunt, & Æchmæas Parapotamius pugilatum puerorum vicit.* Addit deinde idem Pauſanias: Ὡσαύτως δὲ Ἡρόδοτος καταλέγων τὰς πόλεις ὅσας βασιλεὺς Ξέρξης τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἐνέπρησε, καὶ Παραποταμίους κατείλοχεν ἐν αὐταῖς πόλιν· οὐ μέν τοι οἱ Παραποτάμιοί γε ὑπὸ Ἀθηναίων, καὶ Βοιωτῶν ἀνῳκίσθησαν· ἀλλὰ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις οἱ ἄνθρωποι κατενεμήθησαν ὑπὸ ἀσθενείας, καὶ ἀπορίας χρημάτων· Παραποταμίων μὲν δὴ οὔτε ἐρείπια ἔτι ἦν, οὔτε ἔνθα τῆς χώρας ᾠκίσθη ἡ πόλις μνημονεύουσιν. Id eſt: *Similiter Herodotus recenſens urbes, quas rex Xerxes in Phocide incendit, Parapotamios etiam annumerat in urbium catalogo: non tamen Parapotamii ab Athenienſibus & Bœotis inſtaurati ſunt, ſed ejus homines in alias urbes diviſi ſunt ob infirmitatem & paupertatem. Parapotamiorum autem nec ruinæ quidem erant, nec meminerunt ubinam habitata fuerat ea urbs.* Tempore tamen Syllæ Rom. imperatoris non ignorabatur is locus, nam ſic Plutarchus in ejus vita, ubi narrat pavorem militum Rom. ob fulgorem exercitus, qui ſub Archelao merebat, & quo modo ſuos milites ad pugnandum coëgit, ſic ait: Ἐδέοντο μετὰ κραυγῆς ἄγειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· ὁ δὲ οὐ μάχεσθαι βουλομένων, ἀλλὰ μὴ βουλομένων πονεῖν, ἔφησεν εἶναι τὸν πόλεμον; εἰ δὲ οὕτως ἔχουσιν ἀγωνιστικῶς, ἐκέλευσεν ἤδη μετὰ τῶν ὅπλων ἐλθεῖν ἐκεῖσε, δείξας αὐτοῖς τὴν πρότερον μὲν γενομένην ἀκρόπολιν τῶν Παραποταμίων τότε ἀνῃρημένης τῆς πόλεως, λόφος ἐλείπετο πετρώδης καὶ περίκρημνος, τοῦ Ἡδυλίου διωρισμένος ὄρους ὅσον ὁ Ἄσσος ἐπέχει ῥέων, εἶτα συμπίπτων ὑπὸ τὴν ῥίζαν αὐτὴν τῷ Κηφισῷ, καὶ συνεκτραχυνόμενος

ὀχυρὸν ἐκστρατοπεδεῦσαι τῶν ἄκρων ποιεῖ. Id eſt: *Rogaverunt num duceret ipſos in hoſtes, ille non pugnare cupientium, ſed laborem defugientium eſſe belli deſiderium dixit: quod ſi dimicare averent, juſſit ut extemplo armati illuc pergerent, oſtendit illis eam, quæ olim Parapotamiorum fuerat, arcem. Tunc vero diruto oppido collis reſtabat ſaxoſus & abruptus, & Hedylio monte tanto direptus ſpatio quantum Aſſus fluvius occupat, qui deinde admixtus ſub ipſam radicem Cephiſſo reddituſque cum eo torrentior munitum efficit ponendis caſtris cacumen.* Fuiſſe Parapotamiorum terram inter Phocenſes & Thebanos litigioſam, ait Demoſthenis Scholiaſtes ad orationis de falſa legatione hæc verba: Καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀμφικτύοσι, ubi ſic ait, Φωκέων γὰρ καὶ Θηβαίων πολεμούντων πρὸς ἑαυτοὺς διὰ τὴν Παραποταμίων γῆν. Id eſt: *Phocenſibus enim & Thebanis bellum habentibus inter ipſos, ob Parapotamiorum terram.*

Poſt Parapotamios recenſet Herodotus Abas, urbs inter alias Phocidis urbes celebris Apollinis Abæi oraculo. Quem conſuluit etiam Cræſus teſte Herodoto lib. 1. ubi de eo negotio: Διαπέμψας ἄλλους ἄλλῃ, τοὺς μὲν ἐς Δελφοὺς ἰέναι, τοὺς δὲ ἐς Ἄβας τῶν Φωκέων, τοὺς δὲ ἐς Δωδώνην. Id eſt: *Cum alios alio dimiſiſſet; quoſdam Delphos, alios ad Phocenſium Abas, alios ad Dodonem.* Id etiam conſuluit Macedonius Perſa de belli ſucceſſu, per quemdam Mun Europæum, ut idem Herodotus ait lib. 8. ſect. 134. ſic: Οὗτος ὁ Μῦς .... καὶ ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων ἀπικόμενος ἐπὶ τὸ χρηστήριον. Id eſt: *Ille Mus .... & Abas venit ad oraculum.* Et in eo templo dedicabant ſpolia hoſtibus victis erepta, ut & in Delphorum templo, ut idem Herodotus narrat ejuſdem lib. 8. ſect. 27. ubi de victoria Phocenſium contra Theſſalos belligerantium ait: Οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν, καὶ ἀσπίδων Φωκέας, τῶν τὰς μὲν ἡμισέας ἐς Ἄβας.

Α῎βας ἀνέθεσαν, τὰς δὲ λοιπὰς ἐς Δελφούς. Id eſt: *Adeo ut Phocenſes 4000 cadaveribus & totidem clypeis potiti ſunt, quorum dimidiam partem Abis dedicarunt, cæteros Delphis.* Ideo multa donaria inibi poſita & dedicata rapuerunt Medi, quod ait Herodot. lib. 8. ſect. 33. ubi recenſet urbes à Perſis deletas & incenſas: Καὶ Α῎βας, ἔνθα ἦν ἱρὸν Α᾽πόλλωνος πλούσιον θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον· ἦν δέ τι καὶ τότε καὶ νῦν ἐστι χρηστήριον αὐτόθι· καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν συλήσαντες, ἐνέπρησαν. Id iſt: *Et Abas, ubi erat templum Apollini ſacrum, dives theſauris, & donariis multis exornatum: erat autem quoddam & tunc & nunc etiam oraculum ibi conſtitutum, & illud templum deprædantes incenderunt.* Quæ Herodoti verba citat etiam Plutarchus lib. de malignitate Herodoti. De eo oraculo etiam mentionem fecit Sophocles in Oedipo tyranno, ubi Chorus ſic ait: Οὐκέτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ᾽ ὀμφαλὸν σέβων· οὐδ᾽ ἐς τὸν Α῎βαισι ναόν. Id eſt: *Non amplius vado ad terræ umbilicum, intactum veneratus: neque ad templum, quod eſt in Abis.* Ubi Scholiaſtes peſſime interpretatur de Abis Lyciæ, quem ſecutus eſt etiam Triclinius, ſic enim ille: Α῎βαι, τόπος Λυκίας, ἔνθα ἱερόν ἐστιν Α᾽πόλλωνος. Id eſt: *Abæ, locus Lyciæ, ubi templum eſt Apollinis.* Sed Stephanus nullam in Lycia ejus nominis urbem novit, ſed in Caria, quam ſingulariter nominat Aba: Ε᾽στὶ δὲ ἄλλη Α῎βα, πόλις Καρίας. Id eſt: *Eſt autem alia Aba urbs Cariæ.* De Abis vero in Phocide, ſic ait: Α῎βαι, πόλις Φωκική, ἀπὸ Α᾽ργείας ἐποικῆς τῆς Α῎βη, κέκληται δὲ ἀπὸ ἥρωος Α῎βα: & iterum, αἱ δὲ Α῎βαι πόλις Φωκέων, ἔνθα ἱερὸν Α᾽πόλλωνος, ἦν δὲ τοῦτο μαντεῖον πρὸ τοῦ ἐν Δελφοῖς. Id eſt: *Aba urbs eſt in Phocide, ubi templum Apollinis, erat autem illud oraculum antequam Delphis.* Hic locus & de conditore & de antiquitate ejus oppidi nos docet. Itaque Abas illas Lyciæ ſomniarunt Scholiaſtes

liaſtes ille & Triclinius; nam *Lyciæ ſortes*, de quibus Virg. Æneid. 4. Pataris in Lycia celebres erant, & inde Patareus Apollo dictus: de Abis vero in Lycia nullus antiquorum meminit, de eo loco ſic Heſychius: Ἄβαι, περὶ τὴν Φωκίδα τόπος, οὗ μαντεῖον Ἀπόλλωνος Σαβαίου· Σοφοκλῆς. Id eſt: *Abæ, locus circa Phocidem, ubi oraculum Apollinis Abæi.* Sic verto, nam in Græco male repetitum eſt ultimum σ vocis Ἀπόλλωνος in ſequenti voce, & pro Σαβαίου legendum Ἀβαίου. Philoſtratus in vita Apollonii lib 4. cap. 8. ſic habet: Ἐπεφοίτησε δὲ καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς ἱεροῖς πᾶσι τῷ τε Δωδωναίῳ, καὶ τῷ Πυθικῷ, καὶ τῷ ἐν Ἄβαις. Id eſt: *Adiit etiam omnia loca ſacra in Græcia, Dodoneum, & Pythium, & illud quod extat Abis.* Ab ea urbe, qui Eubœam incoluere Abantes, profecti ſunt ut putat Euſtathius ad Iliad. β. verſ. 536. ad quem locum ſic commentatur: φασὶ δὲ καὶ ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς εἱλκύσθαι τὴν τῶν Ἀβάντων κλῆσιν. Id eſt: *Ajunt autem & ex Aba Phocica tractam eſſe Abantum appellationem.* Et ad verſum ejuſdem lib. 539. Οἱ δὲ λέγουσιν, ὅτι Θρᾶκες κατ' Ἀριστοτέλην ὁρμηθέντες ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς, ἐπῴκησαν τὴν νῆσον (Εὔβοιαν) καὶ ἐπωνομάσθησαν Ἄβαντες τοὺς ἐκεῖ· οἱ δὲ ἀπὸ Ἄβαντος ἥρωος κληθῆναι. Id eſt: *Alii dicunt, quod Thraces ſecundum Ariſtotelem ex Aba Phocica profecti, inſulam (Eubœam) incoluerunt & vocati ſunt Abantes, qui inibi erant: alii vero ajunt ab Abante heroë appellatos fuiſſe.* Eam urbem Lycophron in Alexandra verſ. 1069. vocavit: κλεινὰς Ἄβας. Id eſt: *Inclytas Abas.* Et notanda eſt etymologia ejus nominis, oppido ridicula, quam tradit Tzetzes: Ἄβας δὲ ἢ ὑπὸ Ἄβαντός τινος, ἢ διὰ τὸ μὴ βαίνειν ἐν αὐτῷ ξένον. Id eſt: *Abas vel à quodam Abante, vel eo quod nullus peregrinus in eo incedebat.* De ejus ſitu hæc ait Pauſanias: Ἐς Ἄβας δὲ ἀφικέσθαι καὶ ἐς Ὑάμπολιν ἔστι μὲν καὶ ἐξ Ἐλατείας ὀρεινὴν ὁδὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἐλατείων ἄστεως· ἡ δὲ ἐπὶ Ὀποῦντα λεωφό-

λεωφόρος ἡ ἐξ Ὀρχομενοῦ καὶ ἐς ταύτας φέρει τὰς πόλεις· ἰόντι οὖν ἐς Ὀποῦντα ἐξ Ὀρχομενοῦ, καὶ ἐκτραπέντι οὐ πολὺ ἐπ' ἀριστερὰν ὁδὸς ἡ ἐς Ἄβας· οἱ δὲ ἐν ταῖς Ἄβαις εἰς γῆν τὴν Φωκίδα ἀφικέσθαι λέγουσι ἐξ Ἄργους, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ οἰκιστοῦ λαβεῖν τὴν πόλιν, τὸν δὲ Λύγκεως καὶ Ὑπερμνήστρας τῆς Δαναοῦ παῖδα εἶναι. Ἀπόλλωνος δὲ ἱερὰς τὰς Ἄβας νενομίκασιν ἐκ παλαιοῦ, καὶ χρηστήριον αὐτόθι ἦν τοῦ Ἀπόλλωνος. Id eſt: *Ex Elatia via montana ducit Abas & Hyampolim à dextera Elatiæ urbis; ſed via publica, quæ Orchomeno Opuntem ducit, ad eaſdem etiam urbes ducit, igitur eum, qui Orchomeno Opuntem vadit, parum deflectentem ad ſiniſtram via ducit Abas: dicunt autem ejus incolæ ſe Argis profectos Phocidem adveniſſe, & nomen accepiſſe ab Abante Lycæi & Hypermneſtræ Danai filio nato: ſacras vero fuiſſe Abas Apollini ex antiquo exiſtimant, & ibi fuiſſe oraculum Apollinis.* Vaſtata fuit & incenſa ea urbs ab exercitu Perſarum, qui cum Xerxe totam fere Græciam deſolarunt, ut ſupra ex Herodoto narravimus, ſed & rurſus à vicinis Bœotis idem paſſa eſt, quod nos docet Diodorus lib. 16: Τῶν δὲ Φωκέων οἰκοδομούντων φρούριον περὶ τὰς ὀνομαζομένας Ἄβας, καθ' ἃς ἐστὶν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἱερὸν, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Βοιωτοὶ, εὐθὺς δὲ αὐτῶν οἱ μὲν εἰς τὰς ἔγγιστα πόλεις φυγόντες διεσπάρησαν, οἱ δὲ ἐς τὸν νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος καταφυγόντες ἐς πεντακοσίους ἀπώλοντο. Id eſt: *Cum autem Phocenſes munitionem quandam excitabant circa Abas, ubi eſt Apollinis ſacrum templum, exercitum contra eos duxerunt Bœotii, ſtatim autem eorum alii ad vicinas urbes fuga dilabentes diſſipati fuerunt, at 500, qui in templum Apollinis confugerant, perierunt.* Sed à communi Phocenſium calamitate loci relligio vel Macedonum ſuperſtitio Abas liberavit, ſic enim de eo negotio Pauſanias in Phocicis, poſtquam enumerationem urbium à Philippo Macedone poſt bellum ſacrum con-

fectum dirutarum fecit, ſic ait: Τότε δὲ κατεσκάφησαν αἱ καταλεγμέναι (πόλεις) καὶ ἐς κώμας πλὴν Ἄβας ᾠκίσθησαν αἱ ἄλλαι. Ἀβαίοις ἐκτὸς ἀσεβείας ὑπῆρχε καθεστηκέναι, καὶ οὔτε τοῦ ἱεροῦ καταλήψεως μήτε τοῦ πολέμου μετέσχησαν. Id eſt: *Tunc autem dirutæ fuerunt dinumeratæ (urbes,) & in pagos exceptis Abis reductæ & habitatæ fuerunt. Abæis vero evenit, ut ab impietate exemptæ fuerint, & neque templi expilationis neque belli participes fuerint.* Et hæc ſunt, quæ de Abis illis Phocicis apud antiquos inveniuntur. Sed notandum eſt, Strabonem lib. 9. ubi enumerationem facit Phocidis urbium & locorum, quæ ad ſinum Criſſæum ſitæ ſunt, ſic ſcribere: Ἀλλ' ἐπάνειμι ἐπὶ τοὺς Φωκέας· ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ μετὰ τὴν Ἀντίκιρραν πολίχνιον ἐστὶν ὁ Μαραθοῦς (ſic ſuo tempore Dominicus Niger legebat, quod melius) εἶτ' ἄκρα Φαρύγιον ἔχουσα ὕφορμον, εἶτ' ὁ λιμὴν ὕστατος ὁ προσαγορευθεὶς Μυχὸς ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὑπὸ τῷ Ἑλικῶνι καὶ τῇ Ἄσκρῃ κείμενος· οὐδ' αἱ Ἄβαι τὸ μαντεῖον ἀποθὲν τῶν τόπων τούτων ἐστὶ, οὐδ' ἡ Ἄμβρυσος. Id eſt: *Sed ad Phocenſes redeo: ſtatim in ora maritima poſt Anticirrham Marathus eſt oppidulum, deinde promontorium Pharygium, quod ſtationem habet navium, poſtea extremus portus Mychus, de quo jam diximus, nomen ab eventu habens ſub Helione & Aſcra ſitus, neque longe ab iis locis abſunt Abæ, ubi oraculum, neque Ambryſus.* Quod certe mirum videtur, Abas prope Elatiam & Hyampolim Locris Epicnemidiis vicinas non longe eſſe ab urbibus, quæ ad Criſſæum ſinum ſitæ erant, certe Strabo videtur ſupine & negligentius hoc ſcripſiſſe, quod patet ex eo, quod *non longe* nullo certo ſtadiorum numero dixit, quam difficultatem ut tolleret Velius, in ſua tabula ſatis exacte delineata audaci facinore duas Abas poſuit, unam, ubi ponenda erat prope Hyampolim verſus Epicnemidios & mare Euboïcum, alteram pone Ambryſum

bryſum ad Parnaſſi radices. Sed cum nullus antiquorum de pluribus Abis in Phocide meminerit, Velii commentum non admitto.

Cum Parapotamios prætergreſſi fuiſſent Xerxis milites, Panopeam perveniſſe dicuntur his verbis: Παραποταμίους δὲ παραμειβόμενοι οἱ βάρβαροι ἀφίκοντο ἐς Πανοπίας. Id eſt: *Ultra Parapotamios progreſſi barbari ad Panopeas venerunt.* Eam urbem poſuit Homerus in catalogo: Καὶ Δαύλιδα καὶ Πανοπῆας, ad quæ ſic Didymus: πόλις Φωκίδος ῥηθεῖσα ἀπὸ Πανοπέως τοῦ Φώκου. Id eſt: *Urbs Phocidis dicta à Panopeo Phoci filio.* Id oppidum idem Homerus honoravit epitheto, eam καλλίχορον vocans, ubi de Tityi pœna & de ejus cauſa ait:

Λητὼ γὰρ ἕλκυσε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν,
Πυθῶδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος. Id eſt:
Latonam enim traxerat Jovis celebratam concubinam,
Cum Pytho ibat per amænum Panopæum.

Et Iliad. P. κλειτὸν nominat, id eſt, *inclytum.* Heſiodus de ea meminerat in fragmentis. Scylax eam nominat inter Phocenſium oppida, ſed poſtea mutato nomine Φανοτεὺς dictum eſt id oppidum, quod Strabo teſtatur lib. 9. & de ſitu etiam nos docet, dum ait: Πανοπεὺς δὲ ὁ νῦν Φανοτεὺς ὅμορος τοῖς περὶ Λεβάδειαν τόποις, ἡ τοῦ Ἐπειοῦ πατρὶς, καὶ τὰ περὶ Τιτυὸν ἐνταῦθα μυθεύουσι. Id eſt: *Panopeus, qui nunc Phanoteus vocatur, vicinus eſt locis circa Lebadiam, patria Epei, & ibi etiam de Tityo fabula narratur.* Ea nominis mutatio jam obtinebat tempore Sophoclis. Nam in Electra ſic ait ad fratrem Electra ſoror:

Λόγῳ δὲ χρῶ τοιῷδε, ὅτι ξένος μὲν εἶ
Φωκεὺς παρ' ἀνδρὸς Φανοτέως ἥκων. Id eſt:
Utere autem tali ſermone, quod peregrinus eſt

Phocenſis veniens à viro Phanoteo miſſus.

Sic etiam Thucydides lib. 4: Ἔστι δὲ ἡ Χαιρώνεια ἔσχατον τῆς Βοιωτίας πρὸς τῇ Φανότιδι τῆς Φωκίδος. Id eſt: *Eſt autem Chæronia in extremis Bæotiæ verſus Phanotidem Phocidis.* Et rurſus eodem lib. Υ'πὸ Νικομάχου ἀνδρὸς Φωκέως ἐκ Φανοτέως. Id eſt: *A Nicomacho Phocenſi è Phanotia.* Et Polybius lib. 5. Ἐγένετο δὲ καὶ περὶ Φανοτέας παλιμπροδοσία. Id eſt: *Fuit autem & in Phanotia proditio ſimulata.* Sic & Strabo lib. 9. de Cephiſi fluxu: Δι' Ἐλατείας δὲ ῥυεὶς μεγίστης τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων, καὶ διὰ Παραποταμίων καὶ Φανοτέων ὁμοίως Φωκικῶν πολισμάτων. Id eſt: *Per Elatiam fluens maximam Phocenſium urbium & per Parapotamios & Phanoteas ſimiliter oppida Phocidis.* Strabonem paulo ſupra laudavimus id confirmantem: aliquando etiam Φανότη καὶ Φανότεια dicta eſt, ſi fides Stephano in Φάνωτ., ſed de Epiri urbe verba Stephani intelligenda ſunt, ut puto; Heſychius tamen hæc habet: Πανόπη πόλις Φωκίδος. Id eſt: *Panope Phocidis.* De ea Dominicus Niger lib. 11. ſic ait: *Inde ſupra oram Orchomeniam Panopeus cincta eſt, Phocenſibus imminens in vici formam redacta Phanotei nomine .... ad Lycoream amnem jacentis.* Ubinam Lycoreum amnem acceperit non poſſum divinare, pro monte fluvium credo poſuit, vel eum ſomniavit: tum ſi montem poſuiſſet, non melius feciſſet: nam Phanoteus in limite Orchomeniorum & Lebadiæ ſita longe eſt Lycorea Parnaſſi ſummitate. Multi tamen tempore ſupradictis poſteriores antiquum nomen ſecuti ſunt, & inter eos Pauſanias in Phocicis. nam dum recenſet urbes, quæ à Philippo Macedone dirutæ & ſolo æquatæ fuerunt, leguntur Πανοπεύς τε καὶ Δαῦλις. Id eſt: *Panopeus & Daulis.* Sic etiam Plutarchus in Lyſandro ait, in Panopeorum ſolo ſepultum fuiſſe Lyſandrum, & tanti viri monumentum celebriorem eam

urbem

urbem fecit, quæ jam celebris erat inter Græcos ob antiquiſſimum illum Tityum famigeratum, qui inde natus fuerat: ut ſupra jam ex Strabone didicimus, quod ex Nonno firmatur lib. 3. verſ. 331. & lib. 14. verſ. 128. De ſitu ultra ea, quæ ſuperius citata ſunt, Ovidius etiam Bœotiæ vicinam fuiſſe innuit metam. 3. verſ. 19. ubi de bove, quæ dux fuerat data Cadmo ex Apollinis oraculo, ſic canit:

Jam vada Cephiſi, Panopeſque evaſerat arva.
Bos ſtetit. - - - -

Calamitates plures habuit, nam & à Xerxe, & à Philippo Macedone incendium & ruinam paſſa eſt, & à Syllæ militibus ipſo Sylla inſcio expilata eſt, quod nos docet Plutarchus in Sylla ſic: Καὶ τὴν τε Πανοπέων πόλιν ἐκκόψαι λέγονται, καὶ τὴν Λεβαδείαν διαρπάσαι, καὶ συλῆσαι τὸ μαντεῖον. Id eſt: *Oppidum Panopeorum excidiſſe perhibentur, & Lebadiam expilaſſe, & oraculum violaſſe.* Et de ea urbecula nihil habemus amplius dicendum.

Idem Herodotus Æolidum facit mentionem lib. 8. ſect. 35. his verbis, ubi de exercitu barbarorum ſub Xerxe & vaſtationibus Græciæ loquitur: Ἄλλοι δὲ αὐτῶν ἡγεμόνας ἔχοντες ὡρμέατο ἐπὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησσὸν ἀπέργοντες, ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα ἐσιναμώρεον, καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολιδέων. Id eſt: *Alii vero eorum duces itineris habentes, Parnaſſum à dextra perſtringentes cum impetu ad templum, quod Delphis eſt, proceſſerunt, & quacunque per Phocidem procedebant, omnia vaſtaverunt, nam & Panopeorum urbem incenderunt, & Daulienſium, & Æolidum.* Mirum eſt nullum alium de hac Æolide mentionem feciſſe, nec de ejus ſitu aut conditu ſuppetit aliquid dicendum.

CAPUT XVI.

De cæteris Phocidis oppidis apud veteres occurrentibus.

Fuit etiam urbs Phocidis Μεδεὼν, de qua Homerus non meminit, ſed de Medeone Bœotiæ tantum in Catalogo, & ad eum locum Euſtathius, nec Herodotus de ea loquutus eſt, ideo ſuſpicor non tam antiquam fuiſſe, contra tamen Strabo lib. 9. putat Medeonem Phocicam nomen dediſſe Bœoticæ, & ſic antiquiorem fuiſſe cenſet, & ejus ſitum declarat his verbis: Μεδεὼν δὲ ὁ μὲν Φωκικὸς ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ διέχων Βοιωτίας σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα, ὁ δὲ Βοιωτικὸς ἀπ' ἐκείνου κέκληται. Id eſt: *Medeon autem Phocicus in Criſſæ ſinu diſtat à Bœotica ſtadios 160, Bœoticus autem ab eo nomen accepit.* De ea urbe etiam Pauſanias in Phocicis, ſed ſuo tempore non amplius ſtabat id oppidum, ſed ejus ruinæ tantum videbantur, ſic enim ait de Anticyra: Κεῖται μὲν δὴ ἡ πόλις κατὰ Μεδεῶνος τὰ ἐρείπια. Id eſt: *Sita autem eſt ea urbs prope ruinas Medeonis.* Ad ſolum enim æquata fuerat à Philippo, ut ait idem Pauſanias eodem lib. ubi ſic ait: αἱ δὲ ἄλλαι πόλεις γε δὴ Ἐλατίας τὰ πρότερα οὐκ ἐπιφανεῖς ἦσαν, Θραχὶς δὲ ἡ Φωκικὴ, καὶ Μεδεὼν, καὶ Φωκικὸς, καὶ Ἐχεδάμεια, καὶ Ἄμβρυσος, καὶ Λεδῶν, καὶ Φλυγόνιον, ἔτι δὲ Στεῤῥὶς, τότε δὲ κατεσκάφησαν αἱ κατειλεγμέναι, &c. Id eſt: *Aliæ autem excepta Elatia prius non erant celebres, Trachis ſcilicet & Phocica, & Medeon, & Phocicus, & Echedamia, & Ambryſus, & Ledon, & Phlygonium, & Sterrhis, tum autem dirutæ ſunt ſupra memoratæ urbes.* Sed in hoc Pauſaniæ loco pro Θραχὶς δὲ ἡ Φωκικὴ credo legendum eſſe Θραχὶς ἡ Φωκικὴ, ad differentiam ſcilicet urbis ejuſdem nominis, quæ ad Oetam montem in Melienſium ſolo ſita erat, nam

nam de ea Phocica tacent omnes antiqui. De ea loquitur Stephanus ſic: Μεδεὼν Βοιωτικὴ πόλις, καὶ Φωκικὴ ἑτέρα· Στράβων ἐννάτῃ, ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μεδεῶνος τοῦ Πυλάδου καὶ Ἠλέκτρας. Id eſt: *Medeon Bœoticorum oppidum, & aliud Phocicum, ut Strabo lib. 9. ſic dicta à Medeone Pyladi, & Electræ filio.* De ea urbe plura non inveni.

Fuit & Phocenſium oppidulum Τραχὶν, ut Strabo, vel ſecundum Pauſaniam Θρακὶς, de ea ſic Strabo lib. 9. Πλησίον δὲ Λεβαδίας καὶ ἡ Τραχὶν, ὁμώνυμος τῇ Οἰταίᾳ Φωκικὴ πολίχνη. Id eſt: *Prope Lebadiam eſt Trachin oppidulum Phocicum, ejuſdem nominis cum Oetæa.* Nec plura Strabo, Pauſanias vero in Phocicis inter urbes non ab antiquo celebres & à Philippo deletas eam ponit, locus Pauſaniæ jam ſupra citatus & emendatus iterum ponendus, & monendus lector de lectionis vitio, ſic igitur Pauſanias: Τὰ πρότερα οὐκ ἐπιφανεῖς ἦσαν, Θρακίς τε καὶ Φωκικὴ, καὶ Μεδεὼν, καὶ Φωκικός. Id eſt: *Prius non erant celebres Thracis, & Phocica, & Medeon, & Phocicus.* Ubi pro Θρακίς τε καὶ Φωκικὴ puto, imo contendo legendum Θρακίς τε ἡ Φωκική. Nulla enim fuit urbs nomine Phocica, & de ea ſilent omnes antiqui, ſed addidit ἡ Φωκικὴ ad differentiam Theſſalicæ ceu Melienſis, de qua Stephanus: Τραχὶς πόλις Θεσσαλίας ὑπὸ τὴν Οἴτην ὑπὸ Ἡρακλέους κτισθεῖσα, καὶ ὀνομασθεῖσα διὰ τὴν τραχύτητα. Id eſt: *Trachis urbs Theſſaliæ ſub Oeto à Hercule condita, & ſic vocata ob aſperitatem loci.* Plura de eo loco teſtimonia non ſuppetunt.

Plinius lib. 4. cap. 3. nobis obtrudit in Phocide Ναύλοχον & Trichonem, ſed ut puto Ναύλοχον male pro nomine proprio accepit, cum ea vox ſtationem navium ſignificet, & Trichonem pro Trichonio poſuit, quæ fuit urbs Ætoliæ non Phocidis, de qua ſupra in Ætolia.

Lariſſa

Lariſſa Phocidis ponitur à Dicæarcho in ἀναγραφῇ τῆς Ἑλλάδος verſ. 58.

> Ἐν τῇ μεσογείᾳ δ' ἐστὶ Κυπάρισσος πόλις
> Λάρισσά τε, μετ' αὐτὴν δ' Αὖλις. Id eſt:
> *In mediterraneo autem eſt Cypariſſus urbs*
> *Et Lariſſa, poſt ipſam vero Aulis.*

Sed de ea altum alibi ſilentium.

Inter Phocenſium oppida recenſetur à Pauſania Λέδων, & à Philippo eam everſam fuiſſe dicere videtur, ſed de ea fuſius pag. 350. ejuſdem libri hæc ait: Ἑτέρα δὲ ἐκ Τιθορέας ὁδὸς ἡ ἐπὶ Λέδοντα ἐστίν· πόλις δὲ καὶ αὐτὴ ἐνομίζετό ποτε, κατ' ἐμὲ ὑπὸ ἀσθενείας ἐξελίπησαν οἱ Λεδόντιοι τὴν πόλιν, καὶ ἄνθρωποι περὶ ἑβδομήκοντα οἱ οἰκοῦντες ἦσαν ἐπὶ τῷ Κηφισῷ· Λέδων δὲ οὖν ὄνομα τοῖς οἰκήσεσιν αὐτῶν ἐστὶν, καὶ ἐς τὸν Φωκέων σύλλογον κοινὸν τελεῖν ἠξίονται, καὶ οὗτοι .... τῶν δὲ ἀνθρώπων οἳ οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ Κηφισῷ τεσσαράκοντα ἐστὶν ἀνωτέρω σταδίους Λέδοντος τῆς ἀρχαίας τὰ ἐρείπια, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ ἀνδρὸς λαβεῖν τὴν πόλιν φασὶν αὐτόχθονος .... καὶ δὴ καὶ Λεδοντίοις Φιλόμηλος ἀσεβείας τῆς ἑαυτοῦ δημοσίᾳ παρέσχε ἀναμάξασθαι. Id eſt: *Altera à Tithorea via ad Ledontem ducit, urbs etiam illa olim exiſtimabatur, meo vero tempore propter virium defectionem Ledontii urbem dereliquerunt, & 70 circiter viri circa Cephiſum habitabant, & eorum habitatio etiam Ledon vocatur, & in conventum publicum Phocenſium recipi digni judicantur ...... iis vero viris, qui ad Cephiſum habitant, altius ſtadiis 40 ſunt antiquæ Ledontis ruinæ, nomen à quodam viro indigena accepiſſe dicunt. .... certe Philomelus ſuæ impietatis eos publice participes eſſe fecit.* Hunc locum ſatis prolixum deſcribere totum neceſſe eſſe judicavi, eo quod & conditorem, & ſitum, & ejus urbis fortunam complectitur, & deſunt aliorum autorum teſtimonia. Philomelus ille, de quo agit Pauſanias hoc loco, Ledontius fuit, ut teſtatur

ſtatur idem Pauſanias eodem lib. non procul ab initio.

Numeratur & inter locos Phocidis Φωκικὸς *Phocicus*, cujus ſolus Pauſanias mentionem fecit in loco jam ſupra citato, ubi inter urbes à Philippo deletas eas recenſet: Θρακὶς ἡ Φωκικὴ, καὶ Μεδεὼν, καὶ Φωκικός. Id eſt: *Thracis Phocica, & Medeon, & Phocicus.* Sed ex altero ejuſdem lib. loco paulo inferius videtur fuiſſe potius prætorium quoddam, ad conventus totius populi recipiendos ædificatum, ſic enim habet: Ἐς δὲ τὴν ἐπὶ Δελφῶν εὐθεῖαν ἀναστρέψαντι ἐκ Δαυλίδος, καὶ ἰόντι ἐπὶ τὸ πρόσω, ἐστὶν οἰκοδόμημα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ, καλούμενον Φωκικὸν, εἰς ὃ ἀπὸ ἑκάστης πόλεως συνίασιν οἱ Φωκεῖς, μεγέθει μὲν μέγα τὸ οἴκημα· ἐντὸς δὲ αὐτοῦ κίονες κατὰ μῆκος εἰσὶν ἑστηκότες· ἀναβασμοὶ δὲ ἀπὸ τῶν κιόνων ἀνήκουσιν ἐς ἑκάτερον τοῖχον, καὶ ἐπὶ τῶν ἀναβασμῶν τούτων οἱ συνιόντες τῶν Φωκέων καθέζονται· πρὸς δὲ τῷ πέρατι κίονες μὲν οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ ἀναβασμοί· Διὸς δὲ ἄγαλμα, καὶ Ἀθηνᾶς, καὶ Ἥρας .... Προϊὼν δὲ αὐτόθεν ἐπὶ ὁδὸν ἀφίξῃ καλουμένην Σχιστὴν, ἐπ᾽ αὐτῇ δὲ τῇ ὁδῷ τὰ ἐς τὸν φόνον τοῦ πατρὸς Οἰδίποδι εἰργάσθη. Id eſt: *Revertenti autem ex Daulide in rectam viam, quæ Delphos ducit, & in anteriora progreſſo ad lævam eſt ædes, quæ Phocicum vocatur, in quo ab unaquaque urbe conveniunt ſimul Phocenſes, & maxima quidem eſt ejus ædis ædificatio, intus autem columnæ per totam longitudinem erutæ ſunt, gradus autem à columnis in parietes ædis aſcendunt, & in illis gradibus qui conveniunt Phocenſes ſedent, in extremitate autem ædis non extant columnæ neque gradus, ſed Jovis ſtatua & Minervæ, & Junonis. .... Inde autem progrediens viam adibis vocatam Schiſten (id eſt diviſam ceu inciſam) & in hac via Ædipus cædem patris fecit.* Ex hoc loco non videtur is locus urbis habuiſſe ſpeciem, quando tamen Phocenſes ibi adunati erant de rebus publicis

tractaturi, neceſſe fuit ibi multa hoſpitia fuiſſe, quo ſe noctu reciperent, & corpora curarent Phocenſes, non enim in illis gradibus ſine cibo & potu pernoctare poterant. De eo loco alibi non fit mentio.

Echedamia etiam Pauſaniæ memoratur in eodem lib. ſic enim apud eum ſequitur catalogus urbium à Philippo dirutarum: Καὶ Φωκικὸς, καὶ Ἐχεδάμεια, καὶ Ἄμβρυσος, ſed cum de ea apud alios nihil inveniatur, & apud Pauſaniam nihil præter nudum nomen, de ea ſilebimus.

Phlygonium etiam memorat idem Pauſanias eodem loco, & nihil de eo loco addit. Sed Stephanus hæc habet: Φλυγόνιον, πόλις Φωκική. λέγεται καὶ θηλυκῶς Φλυγονία· ὁ πολίτης Φλυγόνιος, καὶ Φλυγονιεύς. Id eſt: *Phlygonium urbs Phocica. Dicitur & in fœminino genere Phlygonia. Civis dicitur Phlygonius, & Phlygonieus.*

Poſt Phlygonium apud eundem Pauſaniam Στίρρις memoratur, nec de ea aliud invenitur, ſed forte pro *Sterrhis* legendum eſt *Stiris.*

Fuit in Phocide etiam Φαρύγαι, vicus de quo Plutarchus in Phocione: Ἅμα δὲ καὶ συνέμιξαν ἀμφότεροι τῷ Πολυσπέρχοντι μετὰ τοῦ βασιλέως προσιόντι περὶ κώμην τινὰ τῆς Φωκίδος Φαρύγας, κειμένην περὶ τὸ Ἀκρούριον ὄρος, ὃ νῦν Γαλάτην καλοῦσιν. Id eſt: *Utrique ſimul adierunt Polyſperchontem, iter facientem cum rege circa vicum quemdam Phocidis Pharygas, juxta montem Acrurium (quem nunc Galatam vocant) ſitum.* Sed quoniam ſolus Plutarchus de eo fecerit mentionem, non auſim affirmare aliud quid eſſe à Pharygis Locrorum Epicnemidiorum, quæ tamen urbs fuit non vicus, de ea ſuper tractavimus.

Supereſt ut de Lilæa urbe dicamus, inter Phocidis urbes celebri, præcipue, quoniam ad Cephiſi ſcaturiginem ſita fuit, eam Homerus nominat in Catalog. verſ. 523.

Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἔπι Κηφισοῖο. Id eſt:

Et qui Lilæam habebant ad fontem Cephiſi.

Ad quæ verba Didymus: πόλις Φωκίδος, παρακειμένη τῇ τοῦ Κηφισοῦ πηγαῖς. Id eſt: *Urbs Phocidis ſita ad fontes Cephiſi.* Quem Homeri locum pluries citat Strabo lib. 9. ubi ſic ait: Ὧν ὁ Κηφισὸς ἐκ Λιλαίας Φωκικῆς πόλεως τὴν ἀρχὴν λαμβάνει. Id eſt: *Quorum Cephiſus ex Lilæa Phocica urbe originem accipit.* Lilæum vocavit T. Livius lib. 36. ſed ut puto typographico errore, nam Plinius lib. 4. cap 3. Lilæam vocat, ſic etiam Statius Thebaïd. 2.

--- *Propellentemque Lilæam*

Cephiſi glaciale caput.

De ea Lycophron verſ. 1073.

Πάτραν Λίλαιαν, κ' Ἀνεμωρείας πέδον

Ποθοῦντες. Id eſt:

Patriam Lilæam & Anemoriæ ſolum

Deſiderantès.

Strabo in Bœoticis: Ἐς δὲ τὴν λίμνην ὅ τε ποταμὸς ὁ Κηφισὸς ἐκδίδωσιν, ἀρχόμενος ἐκ Λιλαίας τῆς Φωκέων. Id eſt: *Fluvius Cephiſus in lacum influit Copaidem, principium habens ex Lilæa Phocenſium urbe.* Pauſanias in Catalog. urbium à Philippo deletarum primam omnium Lilæam ponit, & de ejus ſitu etiam aliquid docet, non tam longe à fine: Λίλαια δὲ ἡμέρας μὲν ὁδὸν, καὶ ὥρᾳ χειμῶνος, ἀπέχει Δελφῶν καλοῦσι διὰ τοῦ Παρνασοῦ, στάδια δὲ τεκμαιρόμεθα εἶναι ὀγδοήκοντα τῆς ὁδοῦ καὶ ἑκατόν. Id eſt: *Lilæa autem diurno itinere etiam hyemali diſtat à Delphis per Parnaſſum deſcendentibus, conjicimus vero ad 180 ſtadia id iter extendi poſſe.* Poſt ejus inſtaurationem ejus cives rurſus calamitas inceſſit à Macedonibus, quod narrat idem Pauſanias eod. lib. dum ſic narrat: Τοὺς δὲ ἐνταῦθα ἀνθρώπους, καὶ ἐπειδὴ ἀνῳκίσθη αὖθις ἡ πόλις, ἀτύχημα ἐκ Μακεδονίας δεύτερον σφᾶς ἔμελλεν ἐπιλήψεσθαι· πολιορκηθέντες ὑπὸ

τοῦ Δημητρίου παρέστησαν κατὰ συνθήκας, καὶ ἐσήχθη φρουρὰ σφίσιν ἐς τὴν πόλιν, ἕως οὗ ἀνὴρ ἐπιχώριος (ὄνομα δὲ οἱ ἦν Πάτρων) τούς τε ἐν ἡλικίᾳ τῶν πολιτῶν συνέστηκεν ἐπὶ τὴν φρουρὰν, καὶ κρατήσας τοὺς Μακεδόνας μάχῃ ἠνάγκασεν ἀπελθεῖν σφᾶς ὑποσπόνδους. Id eſt: *Ejus incolas, poſtquam illis rurſus inſtaurata eſt urbs, infortunium per Macedones ſecundum inceſſit, a Demetrio obſidione preſſi & coacti per fœdus præſidium Macedonum admittere in earum civitatem, & eam pati, eo uſque vir ejuſdem loci, cujus nomen fuit Patron, cives militaris ætatis contra præſidium armavit, & pugna factus ſuperior Macedones coegit diſcedere pacto fœdere.* Idem paulo poſt de ejus origine & conditore hæc ait: Λίλαιαν δὲ τῶν καλουμένων Ναΐδων, καὶ θυγατέρα εἶναι τοῦ Κηφισοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς νύμφης τὸ ὄνομα τεθῆναι τῇ πόλει φασί. καὶ ὁ ποταμὸς ἐνταῦθα ἔχει τὰς πηγάς. ἄνεισι δὲ ἐκ τῆς γῆς οὐ τὰ πάντα μεθ' ἡσυχίας, ἀλλ', ὥστε πλεῖω συμβαίνει, μεσούσης μάλιστα τῆς ἡμέρας παρέχεται φωνὴν ἀνερχόμενος· εἰκάσαις δ' ἂν μυκωμένῳ ταύρῳ τὸν ἦχον τοῦ ὕδατος. Id eſt: *Lilæam autem Naïdum unam & filiam fuiſſe Cephiſi, & ab ea nympha impoſitum fuiſſe oppido nomen. Et fluvius ibi fontes ſuos habet, erumpit è terra non ſemper quietus, ſed, ut plurimum accidit, circa meridiem ſtrepitum facit exoriens, diceres autem ſonitum aquæ ſimilem eſſe tauro mugienti.* Hæc ſunt, quæ de ea urbe inveniuntur.

CAPUT XVII.

De Cephiſſo fluvio.

Fluviorum in Phocide maximus & celeberrimus fuit Cephiſus ille, de quo nuper, dum de Lilæa dicebamus, tractavimus; quæ hic iteranda eſſe non puto. Homerus certe Hymno in Apollin. verſ. 240. Κηφισὸν καλλι-

καλλιρέεθρον. Id eſt: *Cephiſum pulchra fluenta habentem* vocat. Herodotum ſupra in Phocicis citavimus, qui plures urbes nominat, ad eum fluvium ſitas lib. 8. ſect. 33. Ex Xenophonte Hellenic. 4. colligimus, eum, dum per Bœotiam fluit, per campum Coroneum fluere, & non longe ab Helicone, nam in pugna, quæ facta eſt in campo illo inter Lacedæmonios duce Ageſilao rege Spartæ & Thebanos, ait Argivos Thebanorum ſocios fugam feciſſe, & ad Heliconem receſſiſſe, hæc ſunt Xenophontis verba: Συνῄεσαν μὲν γὰρ ἐς τὸ κατὰ Κορώνειαν πεδίον, οἱ μὲν σὺν Ἀγησιλάῳ ἀπὸ τοῦ Κηφισοῦ, οἱ δὲ σὺν Θηβαίοις ἀπὸ τοῦ Ἑλικῶνος......... Ἀργεῖοι μέν τοι οὐκ ἐδέξαντο τοὺς περὶ Ἀγησίλαον, ἀλλ' ἔφυγον ἐπὶ τὸν Ἑλικῶνα. Id eſt: *Congreſſi ſunt itaque in campo prope Coroneam, qui cum Ageſilao à Cephiſo, qui vero cum Thebanis ab Helicone .... Argivi certe non exceperunt eos, qui cum Ageſilao, ſed ad Heliconem fugam fecerunt.* Ex hoc loco colligitur Heliconis pedes uſque ad Coroneæ planitiem ſeſe extendere, & Cephiſum ab iis non longe abeſſe. Eum fluvium oriri è Lilæa plures antiqui teſtantur, Strab. lib. 9. p. 424. de quibuſdam Phocidis locis: Διαῤῥεῖν δὲ τὸν Κηφισσὸν, στενὴν ἑκατέρωθεν δεδόντα πάροδον· τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ Λιλαίας ἔχοντα Φωκικῆς πόλεως, καθάπερ καὶ Ὅμηρος. Id eſt: *Dividere* (ea loca) *autem Cephiſum, anguſtum ab utraque parte præbentem tranſitum, ortus è Lilæa Phocidis urbe, quod & Homerus dixit.* Citat deinde Homeri verſum ex Catalog. Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἔπι Κηφισοῖο. Id eſt: *Et qui Lilæam habebant ad fontem Cephiſi.* Per Orchomeniorum fines fluebat, teſtis Pindarus Olymp. 14.

Κηφισίων ὑδάτων λαχοῖσαι

.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.:.

χάριτες Ὀρχομενοῦ. Id eſt:

Gratiæ Orchomeni
Qui Cephiſias aquas poſſidetis.

Ad quæ ſic Scholiaſtes: διὰ τῆς Ὀρχομενοῦ ὁ Κηφισσὸς ῥεῖ. Et idem Pythior. 4. ait Europam Tityi filiam ex Neptuno genuiſſe Euphemum ad ripas Cephiſi, & ex mea conjectura addo in urbe Panopea; Nam Tityus pater Europæ ibi regnabat, ut ſupra ex Homero notavimus. Eum fluvium Ariſtoteles in peplo ὠκυῤῥέοντα vocat verſ. 1. ubi de Penelei ſepulchro ait:

Τὸν δ' ἐπὶ Κηφισσῷ ποταμῷ θέσαν ὠκυῤῥέοντι
Παῖδες Βοιωτῶν σώφρονα Πηνέλεον. Id eſt:

Peneleum caſtum filii Bœotorum
Poſuerant ad fluvium Cephiſum rapide fluentem.

Celebratus eſt à Theophraſto ob calamum ibi provenientem ad muſicam aptum, locus eſt prolixior; ſed id ſolum notandum eſt, fuiſſe in fluvio ad ejus os flexum quemdam, vocatum ὀξεῖα κάμπη. Id eſt: *Citus flexus*, Verba Theophraſti lib. 4. de hiſt. plant. Κάλλιστος δὲ δοκεῖ φύεσθαι πάντων περὶ τὴν ὀξεῖαν καλουμένην κάμπην. Id eſt: *Optimo vero* (arundo) *videtur naſci circa flexum citum vocatum.* Et addit: ὁ δὲ τόπος οὗτος ἐστὶν ἐμβολὴ τοῦ Κηφισσοῦ. Id eſt: *Locus ille Cephiſi eſt oſtium.* Quod intelligo de loco, ubi in Copaidem lacum ſe exonerat.

F I N I S.

INDEX
RERUM ET VERBORUM
MEMORABILIUM.

A.

Abantes Thronium urbem condiderunt, à quibus Abantis, & quænam terra ita dicta. 150. 171. *pulſi à Locris & Apolloniatibus.* 152. 172.

Abantes, unde dicti. 670.

Abæ urbs, de ejus templo &c. 668 *ad* 673.

Acarnania, ejus limites. 447. 366. 367. *ejus varia nomina.* 367. 368. *eam habitarunt Leleges, ejus etymon, pars ejus maritima* Ἀκτὴ *vocata.* 369. 371. 429. *Ætoliæ attributa, de ejus nomine &c.* 372.

Achaïa nomen apud Homerum non extat. 20. *per Achaïa nomen quædam Græciæ partes intelliguntur.* 20. *pro tota fere Græcia ſumitur.* 21. 22. *pro Græcia ſeptentrionali, & ejus vocis ſignificatio ſecundum tempora diverſa variata eſt.* 23. 24.

Achæi & Argivi & Danai pro iiſdem habentur. 25. 26. *&c.*

Achelous fluv. 423.

Acheruſius lacus. 281. 282.

Achivi & Danai & Argivi pro iiſdem ſumuntur. 26. 25. *&c.*

Achrido in Daſſaretiis ſita, Bulgariæ metropolis, olim Lychnidus vocata. 198. 199. *&c. quod nomen primæ Juſtinianæ impoſitum à Bulgaris victoribus, quorum fuit regia, unde nomen derivetur.* 200. 201. 202. *à Bulgaris recuperata eſt, ubi ſita ſit. poſtea Ocrida, Alchria, Guiſtandir dicta.* 203. 204. 205.

Ἄκραι, Ἀκραίγυνες, *urbes.* 467. 468.

Ἀκροκεραύνια, *promontorium.* 94. *&c.* 242.

Acroliſſus. 107.

Acronneſium inſula Auloni vicina. 179. 180.

Acta, Actium. 371. 373. *&c.*

Actium, de Apollinis templo. 373. 374. *&c.*

Adania deinde Moloſſia dicta. 323.

Ad Novas, ad Clodianas ſc. tabernas. 139. 140.

Adrianopolis ubi, quæ & Juſtinianopolis. 257. 258.

Ἀδρίας vel Ἀδριατικὸν πέλαγος. 102. *&c.*

Æas vid. Aous.

Ægialenſes Pelaſgi erant περὶ αἰγιαλὸν *habitantes, non nominati à fabuloſo illo Ægialeo.* 45.

Ægitium, ubi, & ejus etymon. 465.

Ænia, duæ fuere. 397.

Æolis pars Ætolici littoris &c. 439.

Æolus

Æoles Curetas pepulerunt &c. 438.
Æolus Hellenis dictus, non pater. 8.
Æſchylus putavit omnem locum Ionium vocari, ubi Io errabunda venit. 99.
Ætolia intra quos terminos ſita. 423. *&c. prius dicta Curetis & Hyanthis, quando & unde nomen.* 425. 426. *&c.*
Ætolia dividitur in Antiquam & Epictetum. 545.
Ætolia habitatores. 429. *in duas partes diviſa, ejus populi.* 430. 431.
Ætolia loca incerta poſitionis. 464. *&c.*
Ætolides. 675.
Agrinium. 463. *&c.*
Agraï Ætolia accenſentur. 431.
Αἰγιρόεις, Αἴγιλιψ. 517. *&c.*
Αἰδώνεα *Mythologi vocant, qui Romanis Pluto dictus eſt.* 261.
Αἱμονία, *Theſſalia univerſa.* 247.
Albania montes. 109.
Albani, quinam? unde nomen Albania, &c. 85. 86. 87. *&c. ſine urbibus & caſtellis erant, &* νομάδες *appellantur.* 89. *quomodo ſe, qui ignobiles erant, nobilitarunt, & Peloponneſum invaſerunt, & poſtea victi à Peloponneſum habentibus.* 90. 91. *&c.*
Albani olim ſub Parthinorum nomine comprehenſi. 213.
Ἀλβανὸν *ſæpe pro Albanopoli, ſæpe etiam pro tota fere regione.* 215.
Albanopolis. 85. 90. 213. 214. *&c.*
Alcbria vid. Acbrido.
Ἄλγος. *fluv.* 121.
Alyſia, ubi ſita. 378.
Alyzia, urbs, ejus etymon &c. 415. 416.
Almines, gens. 261.
Alope, urbs. 584.
Alpenus vel Alpenum, urbs vel pagus. 560.
Alponus. 561.
Alto, fluv. 121.
Amantia Illyriorum pars ab Abantibus condita. 169. 170. *unde dicta.* 171. *Amantini liberi dicuntur, celebres fuerunt.* 172. *ejus nominis duo oppida fuerunt.* ibid. *quamdiu ejus nomen duraverit.* 173.
Ambracia urbs Epiri, *unde & regio ita dicta, ubi ſita.* 309. 299. 300. *Corinthiorum colonia, unde nominata, &c.* 301. 302. 303. 304. *&c.*
Ambracia portum & ſinum habuit. 315. 316. *&c.*
Ambracia ubi ſita. 307. 308. *ſub regibus fuit & ſine iis, Pyrrhi Epirotæ regia, plures & variæ ejus calamitates.* 309. 310. 311. 312.
Ambracicus ſinus. 305. 307. 315. 316. 317. *eum influebant duo fluvii.* 318.
Ambracus oppidulum vel caſtellum. 313. 314.
Ἀμφικαία, *vel* Ἀμφίκλεια. 651.

Amphi-

Amphilochi, gens Ætolica, ſed barbari. 440. *&c.*
Ἀμφίπαγγος ἄκρα. 361.
Amphiſſa, urbs, ubi. 546. *&c. unde nomen* 548. *&c. ad* 551.
Amphryſus, urbs, ubi, &c. 642. *& ſeq.*
Anactorium, de ejus ſitu, dominos ſæpe mutavit. &c. 377. 378. *&c.*
Anapus fluv. Acarnaniæ &c. 421. 385.
Anaſtaſius Diconis, ex Epidamno. 127.
Anemorea, de ea multa. 658. *ad* 661.
Anguillariæ oppidum, Anguillara. 206. 207.
Anticlides νόστους *ſcripſit.* 150.
Anticirrha civitas, aliis Anticyra. 604. *&c.*
Antigonia urbs in Ceraunoriorum anguſtiis, in Atintanum finibus, ad ripam fluvii ſita. 249. 250. 251.
Antipatria, urbs. 189. *deleta.* 209. 210.
Antirrhium, plurima de eo. à 486. *ad* 492.
Aornus. 241.
Aous, fluv. ex Pindo defluit. 141. 144. *per Chaoniam fluit, Apolloniam præterfluit.* 144. 153. *Æas & Aous pro iiſdem habentur.* 145. 146. *quot & quibus nominibus inveniatur.* 148.
Aperantia Ætoliæ regiuncula. &c. ejus etymon. 432. *&c.*
Aphas fluvius Moloßidis. 334.
Apodoti, gens Ætolica &c. 437.
Ἀποικία. *quid.* 267.
Apollonia, vid. Dyrrhachium. 505.
Apollonia περὶ τὸ Ἰόνιον. 98.
Apollonia, de ejus ſitu optimo, &c. 149. *ad.* 159.
Apſus fluv. 134. 135.
Arabes nomadice vivunt, ſedes mutantes. 60.
Arachthus vid. Arathus.
Arachthus fluv. influit Ambracicum ſinum, & plura de eo. 318. 319.
Aracynthus, mons. 422. 446. *&c.*
Arathus fluvius Epiri, & Arachthus, Arethon. 13. *& Inachus.* 148. 305. 306. *unde oriatur. &c.* 335. 336.
Arcadia olim Pelaſgia. 47. 54. *Oppida Arcadiæ & pagi à Lycaonis filiis condita & nominata.*Ibid. *de Arcadum lingua.* 55.
Arcades, qui ſe προσελήνους *gloriabantur, ex Pelaſgis fuerunt.* 47. 58. *paſtores & muſicæ periti.* 61.
Argos ubique fere apud Homerum Peloponneſum ſignificat. 16.
Argos Amphilochicum, ubi ſitum, à quo conditum, unde nomen habeat. 381. 382. *&c.* 441.
Argyro urbs ſeu pagus, ubi, 258.
Ἄραθον *aliis* Δρύμων *fluv.* 206.
Arniſſa urbs. 128. 129.
Arta urbs, unde Ætoli Artini dicti, 430.

Artatus fluv. 218.
Aryca urbs. 571.
Arzenta. 133. 134.
Aſparagium, ubi. 77. 138. 139.
Aſtacus, urbs. Aſtacenus ſinus. 417. 418. 419.
Athamanes ubi habitarint &c. 208.
Atintanes. 247. *regionem habitabant frigidam, aſperam, videntur* κωμηδὸν *habitaſſe.* 248. 249.
Augea, urbs. 582.
Aulon, urbs ubi ſita. 163. *&c. navale.* 174. 175. 176.
Auoſtoma vel Auoſtena, unde nominetur. 136. 222. *ubi jaceat.* 252.

B.

Balagrita, utrum urbs an regio, & ubi ſita. 88.
Βαλαγράδα, *olim Pulcheriopolis.* 219. *&c.*
Bederina urbs, deinde Juſtiniana dicta. 202.
Βελεγράδα *olim Pulcheriopolis.* 219. 220. *&c.*
Belgradum, olim Pulcheriopolis. &c. 219. 220. *&c. Alba Græca dicta.* 221. 222.
Bertiſcus, mons. 105. 106.
Beſſa oppidum. 581.
Beue, urbs Macedoniæ, Beuus fl. 194.
Βίνα *ſeu* Βατίαι *urbs Caſſopæorum.* 290.
Boagrius fluvius. 568.
Βύτειμα, Βυτειμών. 343. 344. 345.
Βωμιεῖς, *in Ætolia.* 502.
Βυχαίτιον *vel* Βυχέτιον *oppidum, ubi, ejus etymon.* 287. 288.
Briges. 110.
Bulgari nova nomina Thraciæ & Græciæ locis impoſuerunt. 224.
Bulini, gens circa Illyriam. 166. *Vid. Byll.*
Buthrotus, urbs, Buthroticus ſinus diverſus à Pelodes ſinu, unde nomen habeat. 271. 268. 269. *in edito ſita eſt.* 270.
Byllis urbs Illyridis à Myrmidonibus condita. Byllinus ager, Byllidenſis colonia. 166. *fertilis fuit, celebris & munita, ubi ſita.* 167.

C.

Calauria. 622.
Calidnus fluv. vid. Celydnus.
Calydon primaria Ætoliæ urbs, ubi ſita. 468. *&c. ſub Achæis fuit, ei varia adjectiva nomina adjecta.* 473. *&c.*
Calliarus oppidum. 580.
Callienſes, Callias ubi. 502. *&c.*
Cambunii montes. 107.
Candavia ſylvarum & montium tranſitus ab Illyride in Macedoniam. 77. *jugum Illyricorum montium.* 106. 107. 185.
Capo de Lenquela. 164.
Cares vagi, iidem cum Lelegibus & diverſi. 71. 66. *quanam loca occupa-*

cuparunt, exercuerunt mercenariam militiam. 72.
Κασσιόπη civitas cum portu prope Corcyram. 360.
Caſſopia, natio, Caſſope urbs, quæ & Caſſiope, quod nomen vid. 263. 264. 287.
Caſſiope urbs. 264. unde ejus nomen, ubi ſita. 265. fuit & altera Caſſiope. 266. ubi ſita. Theſprotiæ pars Caſſopia vel Caſſiopæa nuncupata eſt. 267. quatuor urbes habet. 287.
Caſſiope urbs & promontorium. 353. ejus etymon. Ibid.
Caſtalia, fons. 634.
Cauconis, urbs. 69.
Caucon, eo nomine plures fuerunt. 70.
Caucones Peloponneſo oriundi, duplices fuerunt, & vagi. 69. 70. &c.
Celtarum nomine à Græcis appellati Galli & Germani. 4. 86.
Celydnus fluv. 164. 250.
Cenæum. 578.
Cephallenia inſula, alia ejus nomina, à quo condita. ubi ſita. 519. ad 524. ejus magnitudo. Duæ planities inter montes. 524. ad 527. habuit quatuor urbes. 528. &c.
Cephiſus, fluvius. 683.
Κίρκυρος ubi fuerit ſita. &c. 354. ad 360.
Κίρκυρα olim Σχέρια, dicta & Δρεπάνη. 346. 347. unde ejus nomen. 349. ejus varia nomina 350. 351. dicata fuit Cereri, fuit ibi templum Junonis, ejus magnitudo. &c. 351. 352.
Ceraunii montes & cur ſic vocati. 74. plura de iis. 94. &c.
Cereris templum ſine nymphis non colitur, & cur? 56.
Ceſtrine Epiri regio, ejus etymon, olim Cammania dicta, deinde Ceſtrinia, pars Theſprotiæ, Chaoniæ. Ceſtrini & Perrhabi vicini &c. 273. 274. 275.
Chalcis prope Eueni os, fuit & alia ſupra Molycriam. &c. 476. &c. alia. 483.
Chalæon, portus, ubi. 543. vel urbs. 551. &c.
Chaonia poſtea Theſprotia dicta. 241.
Chaones orti à Pelaſgis, duplices fuerunt, unde nomen. 229. 230. barbari fuerunt. 232. glandibus, ſalibus abundabant. Erant pars Epiri, vicatim habitavere, & quo uſque fines ſuos extenderunt. 233. 234.
Chaones & Theſproti pro eadem gente habentur licet olim diſtincta fuerint 145.
Charadra, urbs. 649.
Charadra, ejus nominis plura loca fuerunt. 297. 298. 299.
Charſanes fluv. 133.
Chimerium promontorium Theſprotiæ, ubi ſitum, ejus etymon. 279. 280. 281. 282.

Chimera oppidum in ipſis Ceraunius, cujus navale videtur Panormus fuiſſe. 243. 244.
Cichyrus urbs, olim Ephyra dicta. 281. 284. 285. *ab Hercule capta &c.* 286.
Cinita, ubi. 278.
Chryſondio. 209.
Cirphis, mons 606.
Cirrha urbs, de ea plurima. 595. *ad* 603.
Citella. 279.
Cittim, Italia. 36.
Cleoſthenes, Olympionices ex Epidamno. 127.
Κλεισοῦρα *ubique fere eſt oppidum in anguſtiis montium ſitum, per quas tranſeundum eſt.* 250. 251.
Cleones, vicus. 665.
Clodiana ſc. villa. 140. 186.
Cnemis vel Cnemides mons. 567.
Codrio. 209.
Comarus portus. 291. 292.
Conopa, ubi ſita. 456. 457.
Corax mons Ætolicus &c. 503. *&c.* 551.
Coronta, urbs in mediterraneo Acarnaniæ. 419.
Corcyra vid. Κέρκυρα.
Corfu olim Corcyra &c. 351.
Κορυφὼ. 350. 351.
Crania vicus in Ambraciæ ſolo. 313.
Cranii. 530.
Criſſæus ſinus. 608.
Criſſa urbs. 603. *&c. vid. & Cirrha.*
Crithote, promontorium. 417.
Crocylium. 466. *ubi, ejus etymon.* 506. 517.
Croja. 112. *à quo condita. Et ubi ſita.* 184. 215. *&c.*
Curetis poſtea Ætolia &c. ejus etymon. 525. *&c.* 446.
Curius mons. 446. 479.
Cyllene mons ab uxore Pelaſgi nomen habet. 53.
Cynûs navale Opuntiorum. 577. *&c.*
Cypariſſus, urbs vel pagus, unde dictus. 629.

D.

Danai, Achai, Argivi pro iiſdem habentur. 25. 26. *&c.*
Daphnûs oppidum. 569.
Dardanelli. 297. 492.
Daſſaretus lacus. 200. Λυχνίς.
Daſſaretii populi, ſub cujus ditione. 188. *&c.*
Daſſaretii ſupra Parthinos. 77.
Daudracum caſtellum. 217.
Daulis oppidum, ejus etymon, & ſitus. 638. *& ſeq.*
Debra, urbs, unde Derra. 211.
Deborus, urbs. 211.
Delphi, urbs, Lycorenſes dicti. 615. *&c. unde vocati.* 617. *&c. umbilicus terræ putatur.* 620. *de ſitu ejus urbis.* 623. *de ejus calamitatibus.* 625. *& ſeq.*
Δελφοὶ. *urbs.* 210.
Dibra duæ. 211. 212.
Doberus urbs. 211.
Dodone, locus Jovi ſacer, unde nomen

men habeat &c. 324. 325. *ubi ſita fuerit, de oraculo quod Dodonæ erat, ejus etymon &c.* 326. 327. 328. *fuit in monte Tomaro vel Tmaro.* 329.
Dores, ſive Doricum nomen quando celebre evaſit. 30. 31. *quâ origine Pelaſgi fuerunt.* 58.
Drilon fluv. 206.
Drymon fluvius. 201. 206.
Drymus, vel Drymæa, oppidulum. 648.
Drinus fluv. 198. 199. 206.
Dryopis, tota circa Ambraciam regio. 313.
Dyrrachium vid. Epidamnus.
Dyrrhachium & Apollonia erant in Illyride Romanis ſubjecta. 76. *Epiri novæ civitates.* 82.

E.

Echedamia, urbs. 680.
Ε'γχελᾶνες *id eſt Anguillariæ, ab abundantia anguillarum ſic dictum eſt oppidum.* 206. 207.
Egnatia via. 82. 106. 185.
Elæus, locus munitus, ubi. 475.
Elæus urbs, ubi, ejus etymon. 225.
Ε'λαίας λιμήν. 291.
Elatia ceu Elatria urbs Caſſopæorum ubi ſita. 289.
Elatia urbs &c. 653. ad 657.
Ε'λλὰς *unde denominatur.* 7. 8. *&c. fuit & urbs.* 8. *ſumitur & adjective.* Ibid. *& collective pro tota Græcia.* 10. *ſub* Ε'λλάδος *nomine comprehenditur Peloponneſus, Theſprotia.* 11. *Macedonia excluditur à nomine* Ε'λλάδος. 12. 13. *&c. quo ſe extendat.* 12. 13. *anguſte pro Theſſaliæ parte.* 14. *pro tota Theſſalia.* 15. *& ſimiliter anguſte.* 16. *&c. raro Aſia dicta eſt* Ε'λλὰς, *niſi ab Ariſtotele & Ariſtide rhetore. Hellas univerſa Argos vocata eſt.* 10.
Ε'λλήνων *nomine contineri Theſſalia & Peloponneſus.* 12.
Elymæi & Elymiotæ, quinam, ubi ſiti. 165. 168.
Emathia, ubi, & unde dicta. 112.
Eordeti in ditione Parrhinorum, diverſi ab Eordis Macedoniæ. 185.
Η'πειρος *vocata eſt à Siculis & inſularibus ea pars Italiæ, quæ olim Magna Græcia.* 230.
Ephyra poſtea Cichyrus dicta. vid. Cich. Ephyræ plures fuerunt. 284. 432.
Epicnemidii, Locri &c. 553.
Epidamnus, quæ & Dyrrhachium dicta fuit limes occidentalis Græciæ noſtræ. 73. 84. *nova Epiri metropolis.* 74.
Epidamnus ſive Dyrrachium, urbs, ubi ſita, condita à Corcyræis. 118. *unde ejus nomen, capta fere ab Illyris.* 13. 14. 15. 16. *cur ejus nomen mutatum.* 117. 119. 120. *&c. an habuerit navale aliud, quam ſuum portum.* 119. 120. 121.

Epidamni ſitus aliquantum mutatus. 122. *fuit urbs dignitate præcipua, & præfectura.* 123. *munita & juris Italici fuit.* 125. *ejus civium mores.* 125. 126. *ſtatum ſæpe mutavit, duces habuit, quibus paruit, tandem à Turcis capta, ut adhuc eſt.* 126. 127.
Ἐπίνειον, *quid.* 115.
Epirus nova. 81. 82. *&c.*
Epirus à quibus nomen accepit, ejus limites. 225. 226. *olim Æſa dicta fuit.* 225. *ſub nomine Albaniæ comprehenſa, differentia inter veterem & novam.* 227. *celebrata fuit ob boves, equos, & quercus elegantes.* 228. *diverſæ nationes eam habitavere, & quænam.* 229.
Epirus pro continente tantum, & ſub nomine Epiri nova cenſetur Illyris. 172.
Eribæa, urbs. 183. 184.
Erochus, oppidulum. 649.
Erythra. 467. 501.
Evia urbs Daſſaretiorum. 212.
Eupalium. 545.
Eupolia vel Eupolium, urbs. 540.
Euripus os ſinus Ambracici. 317.
Eurytanes gens Ætolica, &c. 436.
Eurotas fluvius, à quo factus & dictus. 67.

F.

Francos Ægyptii & Syri appellabant occidentales populos. 4.

G.

Gentius Illyriorum rep. 75. 76.
Genuſus fluv. 137.
Geographi procedunt ab occidente in orientem. 73.
Georgius Caſtriota Epirotarum rex vulgo nuncupatur, ſed male. 93.
Gerranium. 209.
Gerun vel Gertun. 209. 210. *Gerumum unde habet nomen.* 210.
Gittanes oppidum ſatis amplum. 240.
Glabinitza urbs firma. 222. 223. *&c.*
Glaucias Taulantiorum rex, & nomen illud Illyricis regibus familiare. 111.
Γλυκὺς λιμήν. 281. 282. 283.
Golfo de las jegas. 103.
Golfo de Lodrin. 108.
Golpho de Parta olim ſinus Ambracicus. 318.
Græcia bifariam divididitur in Helladem & Argos. 16.
Græciæ univerſæ diviſio. 32. *Græciæ antiquæ diviſio & ejus ſubdiviſio.* 34.
Græcorum gens quam longe lateque ſe diffuderit olim. 1. *& intra quos limites ab auctore noſtro deſcribatur.* 2.
Græcorum nomen quomodo in Italia manſerit. 5.
Graii pro Græcis cur? 6.
Græcus, rex. 6.
Γραικοὶ *olim Græci dicti ſunt.* γραῖκες *Græcorum matres.* 3. 4. *&c.*

Guiſtan-

Guiſtandir antea Juſtiniana, quam vide.

Gylax dux, unde Gylacia Apollonia dicta. 151.

H.

H*amonia nunc Theſſalia dicta.* 59. 247.

Hecatompedum, oppidulum. 253.

Hellanicus κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων *ſcripſit.* 150.

Hellopia regiuncula. 331.

Hermas Athenienſes à Pelaſgis docti fecerunt. 57.

Heſtiotis quarta pars Theſſaliæ. 247.

Hiberniæ inſignia cur cithara ſive harpe ſit. 61.

Hyæi. 544.

Hyampia vertex montis Parnaſſi, ubi. 633.

Hyampolis, urbs &c. 657. *ad* 665.

Hyanthis poſtea Ætolia. 426.

Hyphantius, mons. 640.

I.

I*άονες vel Iones appellantur à barbaris univerſi Græci.* 29. *ab Homero ſolum Athenienſes.* 30. *unde illud nomen derivari dicitur.* 35.

Japygiæ promontorium nautis formidabile. 96.

Ignis immortalis. 160. 161. 162.

Iliſſum antiquitus Bulgariæ metropolis. 199. 198.

Illyricarum gentium enumeratio. 75.

Illyrici montes. 105. *poſtea* Πυελναῖα, Πηελναῖα *vel* Πεφλωναῖα *dicta.* 108.

Illyridem initio incoluere barbaræ gentes, & quænam. 110.

Illyridis limites. 104. 105. *&c. toto capite.*

Illyris Macedonia appellata eſt, & ſub Macedonum regnum redacti exceptis, qui ſupra Ionium mare habitabant. 76. 77.

Illyris Romanis ſubjecta. 75. 76.

Illyris quando acceſſio Macedoniæ facta eſt. 78.

Illyris Illyria, Illyrias & Illyricum dicta fuit, quibus regionibus adjacet. 74. *Illyricum.* 84. 85.

Illyris noſtra aliquando vocata προσγέλιος, *Epirus nova, nunc Albania dicitur, quæ ſaltem Illyridis pars eſt.* 81. 85.

Inachus vid. Arachthus.

Inachus influit Ambracicum ſinum, &c. de ejus nomine. 320. 321.

Ionia olim habitata à Caribus & Lelegibus. 64.

Ionium mare, unde id nomen habet. 102. 103. 104.

Ionium mare modo latius, modo anguſtius ſumitur. 98. 99. *Ionius & Adrias ſinus idem eſt.* 99. *Ionium mare dividitur in Siculum & Creticum.* 100. 101. *ejus ſinus diverſa nomina, ſed nomen* Ἀδρίας *vel* Ἀδριατικὸς πέλαγος *prævaluit.* 101. 102.

Ἴς, *ejus vocis ſignificatio.* 321.

Iſſa poſtea Pelaſgia. 60.
Iſtone, mons in inſula Corcyra. 362. *&c.*
Ithaca. 507. *dicitur* κραναὴ εὐδείελος. 508. *unde habeat nomen, ubi, ejus magnitudo.* 509. 510. *fuit in ea urbs.* 511. *&c. quadrifariam inſula dividitur, cujus partes explicantur.* 512. *& ſeq.*
Ithoria, urbs. 456.
Juſtinianus unde ortus, Lychnidum inſtauravit, Juſtinianam primam vocavit, &c. 196. 197.
Juſtiniana Prima olim Lychnidus urbs à Juſtiniano inſtaurata. 196. 197. *&c. Bulgariæ metropolis, & Achridos vocata.* 200. 201. 202. *vid. Achrido.*

K.

Κήτιος, *Myſus.* 36.
Kittieim, Græcia.
Κίτιοι, *Cittiæi, Romani.* 36. 37.

L.

Labeatum gens. 107. 108. 109.
Lachi olim Petra. 129. 130.
Lacmon Pindi cacumen quoddam. 146.
Lariſſa, urbs. 678.
Larymna, duæ fuere. 583.
Ledon, urbs. 678.
Leges ſe accepiſſe à Diis quinam finxerunt. 56.
Leleges, de iis multa & diverſa. 64. 65. *&c. dicti à Lelege.* 67. *&c. quænam loca tenuerunt, & quinam olim etiam Leleges dicti ſunt.* 67. 68. 554. *&c.*
Lenguela prom: 180.
Le trou d'Antioche. 265.
Leucas, ubi &c. 405. *uſque ad* 409. *fuit peninſula, poſtea inſula facta eſt. portus fuit. ejus etymon. fuit ibi Apollinis templum, &c.* 409. 410. 411. *&c. à Corinthiis condita.* 410. 412. *quomodo hodie nominetur.* 414.
Leucimna promontorium Corcyræ, ejus etymon. 352. 353. 361. 277.
Libiſda quid, & ubi locorum fuerit. 88.
Lilæa, urbs. 681.
Limnæa, pagus, &c. ubi ſitus. 393. *uſque ad* 396.
Lingua, promontorium. 180.
Lingus pro Lychnidus, & Lyncus. 194.
Livius perpetuus Polybii exſcriptor. 108.
Liſſus, urbs. 107. 108. 109.
Litteras habuere Pelaſgi ante Cadmum, & plura de iis. 49. 50. 51. 52.
Locri quomodo dividuntur. 532. *&c.* 556. *&c.* 537. *&c. olim Leleges dicti.* 554. *unde dicti.* 555. *&c. uſque ad* 585.
Lychnis, Lichnidus Daſſaretiorum urbs. 192. *Uſcana urbi vicina.* 193. *Cadmus eam condidit, abundat fontibus, terra motu periit.* 207. 195. 196. *Juſtinianus*

eam

eam inſtauravit, metropolim Illyrici fecit, Primam Juſtinianam vocavit, multis rebus ornavit. 196. 197. 198. Achrido vocata eſt. 198. 199. &c. vid. Achrido.
Λυχνὶς, Λυχνιδία. lacus. 205. &c.
Lycirua, pagus. 476. 480.
Lycoria, pagus vel oppidum, ejus etymon &c. 631. &c.
Lycorenſes poſtea Delphi dicti. 615. &c. 632.
Lyſimachia. 458.

M.

Macedonia prima & ſecunda. 80. 81. littoralis. 81. ſalutaris. 82. 84. in ſeptem partes diviſa. 84.
Macedonia ἡ ἄνω ſive ſuperior, & ἡ κάτω ſive inferior. 79. 80. &c. quando demum hæc diviſio uſurpata eſt. Ibid.
Macedonia quo ſe extendat, cum late ſumitur, & cum proprie dicitur. 77. 104.
Macedones à Pelaſgis oriundi. 59.
Macynia Ætoliæ urbs. &c. 482.
Mala coſta. 133.
Medeon, urbs, 676.
Meliſſa invenit apum favos, & edit. &c. 56.
Meliſſæ dictæ ſunt nymphæ circa ſacra verſantes. 56.
Μέλισσαι, apes, unde nominatæ. 56.
Meneon, urbs, ejus nominis plures fuere. 393.
Meneptolemus ex Apollonia. 158.
Metapa, ubi. 460.
Metropolis, ubi. 397.
Moloſſia antea Adania dicta, deinde Pyrrhiada, nunc Pandoſia. 322. 323.
Moloſſia celebris ob templum Dodonæi Jovis. 324.
Moloſſi à quo nominati. 322. 323.
Molycria urbs, Corinthiorum colonia. &c. 484. &c.
Morea dicitur Peloponneſus ab Achaja diſtincta. 25.
Muſachia. 93.
Mychus, portus. 614.
Μύλαι caſtellum. 186. 187.
Myonenſes ubi. 542.
Myrtuntium, lacus. 404.

N.

Naupactus urbs variis attribuitur, ejus etymon. &c. 493. ad 496. ubi. 497. 498. 533. ad eam fuit portus celebris. 499. ſub quibus. 499. &c.
Naxus. 420.
Nejum, pars Ithacæ. 507. mons. &c. 414. &c.
Neon, urbs. 635. &c. 652.
Neritus, mons. 513. 516.
Nericus, urbs, ejus etymon. 412. 413.
Νῆσος Græcis ſæpe dicitur pro peninſula. 269.

Nicæa, urbs. 561. *&c.*
Nicopolis ab Auguſto condita ex variis civitatibus, ubi ſita. civitas libera vocatur, Amphyctionum conſeſſus particeps. celebris ob ludos quinquennales. inſtaurata à Juliano. piſcium abundans, epiſcopatus dignitate inſignita, in ea SS. ſcripturarum editio reperta. 293. 294. 295. 296. 297.
Nymphæum locus in Apolloniatum finibus, ubi eſt ignis non manifeſtus &c. 160. 161. 345. *unde nominatum.* 162.

O.

Oeanthia urbs, varie ſcribitur. 538. *ubi.* 539. *&c.*
Oenæum Peneſtarum oppidum munitum. 217.
Ocrida vid. Achrido.
Oechalia. 503.
Oeneon. 544.
Oeniadæ urbs, de ejus ſitu &c. ejus etymon. 398. *uſque ad* 404.
Oenotria. 5.
Ὄγκα à Græcis dicta Minerva. 246.
Olenus urbs Ætoliæ, diruta ab Æolibus &c. 443. *&c.*
Olpæ, oppidum. 384. *Olpæi* 544.
Olybus mons. 136.
Omphalium. 255.
Onciſmus portus, ubi, & unde dicta. 245. 246.
Onthis lacus. 498.
Ophieuſes ſive Ophionenſes gens Ætolica. 434. *&c.*
Ophitia, unde. 651.
Opus urbs, unde Opuntii, de quibus. 553. 572. *ad* 577.
Oricus, portus Theſproticus. 145. 147. *in Amantinorum terra. Oricii ab eo dicti.* 170.
Oricus urbs, à quo condita, portum habuit, initium veræ Græciæ putabatur. 235. 236. *&c. de ejus portu, in plano ſita, à Colchis condita, buxo abundabat.* 237. 238. 239.
Ozolæ, Locri. 532. *&c. unde ſic dicti &c.* 534. *&c. ubi.* 536. *&c. eorum urbes.* 538. *&c.*
Ὄζοι id eſt palmites ſeu nodi arborum. 535.

P.

Pæanium, urbs in ripa Acheloi. 455.
Pæones inter Græcos non ſunt cenſendi. 72.
Pagus, locus in Epiri littore. 239. 240.
Palæa, vel Παλαιὰ, vel Παλαιεῖς, urbs Cephalleniæ. 528. *&c.*
Palærus, urbs Acarnaniæ. 414. 415.
Palæſte locus in littore, ejus etymon, ibi fuit oraculum mortuorum. 240. 241.
Palamnus, fluv. 113. 121.
Παλαμναῖ ubi, & quid ſignificat. 97.

Παλιρεῖς. 415.
Palodes vid. Pelodes.
Pamphium, ubi. 461.
Pandoſia olim Moloßia dicta. 323.
Pandoſia urbs Caſſopaeorum. 290. 288. 289.
Panopeus poſtea Phanoteus dictus. 673. & ſeq.
Panormus portus, ubi, videtur fuiſſe navale Chimaræ. 242. 243.
Panyaſus fluv. ubi ſitus. 130. 131. 132.
Parapotamii populus & urbs. 665. &c.
Paravæi, unde dicti. 334. 335.
Parthini vicini & ſucceſſores Taulantiorum, nomen habent ab urbe Partho ubi ſiti. 181. 182. 183.
Parthus urbs, poſtea Præſa. 183. 184.
Paſſaron locus in Moloßide. &c. 332.
Πάξοι duæ inſulæ. 365.
Πεδίαις, urbs. 652.
Pelaſga gens vaga fuit, & cur. 57. 58. &c.
Pelaſgia olim Græcia. 38. 44. Arcadia quoque. 47. 54.
Pelaſgi Thyrreni. 46.
Pelaſgi unde originem habeant. montes potius quam litora inhabitaverunt ob diluvii timorem, deinde in plana deſcenderunt, de eorum lingua. 53. 54. 55.
Pelaſgi primi docuerunt Deorum cultum in invocatione & ſacrificiis. 47. 56. &c. divinitatem invocabant, nondum enim in Græcia fabuloſa nomina Deorum colebantur. oraculum Dodonæ inſtituerunt. 48.
Pelaſgi plures fuere. 42. 43.
Pelaſgi quanam loca incoluere. 41. iis nomen dedit Pelaſgus αὐτόχθων vel potius παλαίχθων. Ibid. 43.
Pelaſgi uſum literarum habuerunt ante Cadmum, cur Pelaſgi ab Homero δῖοι appellati. 49. 51.
Pelaſgi quinam oriundi. 44. 45.
Pelaſgus invenit tuguria, tunicas ex corio ſuillo, victum ex quercuum & fagorum fructibus. 44.
Pelaſgorum nomen inter Græcos Antiquiſſimum. 24. 44. quæ voce Homerus non utitur collective pro univerſis Græcis. 25. eorum nomine nullum inter Græcos univerſalius. 38. 39.
Pelium Daſſaretiorum. 212.
Pelodes portus, unde nomen habeat, diverſus à Buthroto. 270. 271.
Peloponneſi incolæ, qui poſtea Pelaſgi dicti, ſine veſtibus olim vivebant, & humanis carnibus veſcebantur, ſed Pelaſgus hæc mutavit. 55. 56. &c.
Peloponneſus à quo nomen habeat. 62. olim à barbaris habitata, ut & tota fere Græcia. Ibid.
Peneſtæ, Peneſtiana terra. 217. &c.
Perrhæbi, eorum duplex nomen. 325. poſtea Theſproti dicti. Ibid.

Petitarus fluv. 421.
Petra locus editus, cum portu. 129. 130.
Phabatides urbes, in cujus ditione fuerunt. 189. 190. Phabatis regiuncula. 209.
Phanice, oppidum ubi ſitum, ad fluvium, in plano. 253. 254. 255.
Phalarius mons. 363. 364.
Phanote, oppidum ubi ſitum. 255. 256. 257.
Phanoteus. 673. & ſeq.
Pharygium promontorium. 613.
Pharyga, vicus. 680.
Philo, qui Byblius dictus, ſcripſit de urbibus. 118.
Phlygonium, urbs. 680.
Phocis, regio &c. 586. ad 594. de ejus urbibus. 594. 647. 676.
Phocicum. 642. 679. vid. & Phocis.
Phocenſes, de iis multa. 586. ad 594.
Phœteum. ubi. 459.
Φοιτεῖαι. 392. eſt & aliud quid Φοιτίον. Ibid.
Photice fuit in humili loco, epiſcopali ſede ornata. 258.
Phytia urbs inter Stratum & Meneonem. &c. 391. 392.
Piergum. 147. 158.
Πίνδος τὸ, mons. 226. 261. 337.
Pindus dicebatur olim totus ille montium tractus, qui Epirum à Theſſalia & Macedonia dividebat. 330.
Pindi montis diverſa juga. 105.
Pindus mons, ejus terminus, &c. 337. 338. 339. &c. ejus montis partes. 341. &c.
Pithenius ex Apollonia, & quid ei accidit. 158.
Pleuron antiqua. 478. &c.
Pleuron, duæ eodem nomine fuere urbes. 445. 472. &c
Pleuronia dicta Helena. cur? 452.
Pliſtus fluvius. 606.
Pogoniana, quid & ubi locorum fuerit. 88.
Πωλῆτης, quiſnam ita dictus? 125.
Πορθμὸς quid? 487.
Poline. 147. 158. 159.
Polyanus, mons in Moloßide. 336.
Porto Baguſeo. 176.
Portus Apollinis Phaſtii, ubi. 540.
Poſidium, promontorium, ubi. 268.
Potidania, urbs. 466. 504.
Praſa antea Parthus, urbs. 183. 184.
Prilapi oppidi ſitus. 214. 215.
Proſcium. 453. &c.
Προσέλῃνοι vid. Arcades.
Ptychia, inſula. 362.
Pulcheriopolis urbs, unde dicta, ubi ſita, à Bulgaris Belgradum dicta, à Græcis Βελεγράδα Βαλαχῖνα. 218. 219.
Pylene. 453. &c.
Πυλαῖα. 106. 107. 212. 213.
Pyrgo, caſtellum vel oppidulum. 133.
Pyrrheum in urbe Ambracia fuit. 308.

Πυρλώναία, Πηελναῖα, Πυελναῖα, *montes Illyrici.* 106. 204. *unde ita nominati.* 107. 227.
Πυθὼ, *unde Apollo Pythius dicitur, ejus vocis derivatio.* 48. 49. *urbs &c.* 615. *&c.*

R.

Rhium, *Achaeorum promontorium, templum Neptuni habens, ubi ſitum, &c. duo fuerunt, plerique Rhium de Achaïco, Antirrhium de Ætolico intelligunt, quomodo hodie nominetur, &c. à* 486. *ad* 492.

S.

Salnich, *Salnis, olim Celydnum fl. vocatum dicunt.* 164.
Saine, Samus, pro urbe & inſula ſumuntur. 519. 520. 530. *&c.*
Samothraces ὄργια *acceperunt à Pelaſgis.* 57.
Saſon ubi ſita. 177. *fuit vadoſo littore.* 178. *unde nomen acceperit.* 179.
Saſon, nunc Saſena. 163. *inſula Auloni oppoſita.* 176.
Satio oppidulum, ubi. 208.
Scarphia urbs, ubi, navale habuit, &c. 557. *ad* 560.
Σχίερια *inſula, poſtea* Κέρκυρα *dicta, ejus etymon.* 346. 347. *&c.*
Scodra urbs. 99.
Scylacis nomine quæ in hominum manibus verſantur, non eſſe Scylacis illius antiqui. 566.
Selli gens Epirotica, unde Selleis fl. 285. *ejus populi etymon.* 331.
Siculum mare Ionium vocavit Plinius. 100.
Siderocaſtrum ubi. 215.
Sixopolis vel Siſſopolis, olim Apollonia. 159.
Σκαμπεῖς, *Scampa, Scampis, urbes.* 185. 187. *&c.*
Σκιρτῶνες, *populi.* 109. *Scirtari.* Ibid.
Σκόρδον ὄρος. 105.
Σλινά. 107.
Stiris urbs, vel pagus. 646.
Stratorum avaritia coërcita. 82.
Stratus urbs Acarnaniæ celeberrima, ejus ſitus, &c. 385. *uſque ad* 391.
Στύμφη, Στυμφαίη, Στυμφαλία. 341. *uſque ad* 346.
Superior & inferior quomodo ſumuntur à Geographis. 76. 79.
Σύβοτα *τὰ portus eſt, & inſulæ ſic vocantur à portu illo diſtinctæ, eorum etymon, de utriſque tractatur.* 276. 277. 278. 279.
Syri litterarum inventores. 52.

T.

Tabulæ *Peutingerianæ itineris terreſtris tantum rationem habent.* 178.
Tamoriſa regio, unde nominata. 93. 221.
Tartari & Arabes nomadice vivunt, incerta ſede. 60.
Tarphe, ejus etymon. 582.

Taulantii Illyridis incolæ, de iis multa. 110. 111. 112.
Teleboas. 65.
Terminatio in ευς *ſemper abundantiam quandam ſignificat.* 208. 630.
Thermum locus Ætoliæ celebris. 461. &c.
Theſprotia pars quædam Caſſopia vel Caßiopæa dicta. 267. 268.
Theſproti & Moloßi vocabantur inter Græcos antiquißimi. 47.
Theſprotia unde nomen acceperit. 259. 260. *ejus limites, Chaonia ſub hoc nomine comprehenditur,* &c. 261. 262.
Theſprotus, à quo Theſprotia, quando vixerit. 260.
Theſprotos & Chaonas pro eadem gente multi ſumunt, licet fuerint olim diſtincta. 145. 241. 246.
Theſtienſes. 464.
Thronium urbs à quibus condita. 172. 563. &c.
Thyamis, promontorium. 272. *Thyamis fluv. ubi.* 272. 273.
Thyamus, mons. 422.
Tichium. 467.
Tithorea Parnaßi vertex, urbs, &c. 634. &c
Tithronium. 650.
Tmarus vid. Tomarus.
Tolophonii, ubi. 543.
Tomarus eſt mons in quo fuit oraculum Dodonæum, &c. 329. 330.
Tophiaſſus, mons. 481.
Torone, ubi. 566.
Τορωνη, *aliter* Τορώνη, *civitas ſeu portus.* 275. 276.
Trachis, urbs. 677.
Τράμπυα, *urbs.* 343. 344. 345.
Tres tabernæ in Candavia ſylva. 185.
Trichonium, urbs Ætoliæ, &c. 458. &c.
Τελόπιον ἄκρα *ubi, & unde id nomen.* 265.
Triteas, oppidum. 653.
Tronis. 642.
Τύμφη, Τυμφαίη *vid.* Στύμφ.
Tyranna, planicies. 183. 184.
Tyrrheum urbs in mediterraneo Acarnaniæ. 420.

V.

Valona nunc, olim Aulon. 163.
Vaniſſa, olim Aous. 148.
Velichi. 283.
Veneris templum, ubi. 412.
Vetones. 109.
Ureus fluv. olim Apſus dictus. 136.
Uſcana Peneſtarum urbs. 193. 217. &c.

FINIS.

CATALOGUS LIBRORUM
Officinæ
DANIELIS à GAESBEECK.

Qui ejus typis & impenſis prodierunt, præter alios variarum Facultatum libros, qui in ipſius Officina civili pretio reperiuntur & hoc Catalogo non deſignantur.

ANTONINI LIBERALIS *Metamorphoſeôn Congeries, Græce & Latine, cum* ABRAHAMI BERKELII *Emendationibus. Editio ſecunda multo auctior. In 12.*

BARBETTE (PAULI) *Praxis Medica, cum Notis & Obſervationibus* FREDERICI DECKERS, *Medicinæ Doctoris. Cum capitum ut & rerum verborumque indice locupletiſſimo. In 12.*

BISTERFELDII (JOH. HENRICI) *in Illuſtri Scholâ Albenſi, Theol. & Philoſ. Profeſſoris, Philoſophiæ primæ Seminarium ita traditum, ut omnium diſciplinarum fontes aperiat, earumque clavem porrigat: editum, ab* ADRIANO HEEREBOORD, *Philoſ. Profeſſore in Acad. Lugdenſi Ordinario, qui Diſſertationem præmiſit, de Philoſophiæ primæ Exiſtentiâ & Uſu. In 12.*

BOTALLI ASTENSIS (LEONARDI) *Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, Chriſtianiſſimi Regis* CAROLI IX. *Sereniſſimæ Reginæ, & Invictiſſimi Ducis Brabantiæ, Andium &c. Comitis Flandriæ, &c. Conſiliarii & Medici Opera omnia Medica & Chirurgica. 1. Tractatus de Medici & Ægri munere. 2. Obſervatio Anatomica de monſtroſo Rene. 3. Obſervatio alia de oſſibus inventis inter utrumque cerebri ventriculum. 4. Alia obſervatio de vena arteriarum nutrice. 5. Admonitio de Fungo ſtrangulatorio. 6. Ratio incidendæ venæ; cutis ſcarificandæ & hirudinum applicandarum modus. 7. De Curatione per ſanguinis miſſionem Liber. 8. De Catarrho, ejuſque cauſis, ſymptomatibus, ſignis & Curatione, Commentarius. 9. De Lue Venerea, ejuſque curandæ Ratione liber. 10. De Curandis Vulneribus Sclopetorum libellus cui inſertus eſt Commentarius auctoris in cap. ult. libri Sexti Meth. Medendi Galeni, in quo agitur de Vulnerum capitis Curatione. Hac poſtrema editione à mendis repurgata, methodicè diſpoſita, paragraphis diſtincta, notis marginalibus, & Auctorum teſtimoniis aucta, hinc inde annotationibus illuſtrata, prodeunt è muſæo* JOANNIS van HORNE, *Med. Doct. Anat. & Chir. Prof. Ordinarii. In Acad. Lugduno-Bat. In 8.*

BRUKSULBERGII (GEORG.) *Memoriale Juridicum; id eſt, ſeries nexuſque Librorum & Titulorum Legumque ſelectarum, Ern. Cothmanno & Præſide Nicolao Everhardo collectoribus. Quibus poſtremo accedit Index Rubricarum ſeu Titulorum Juris univerſi. In 12.*

BUSII (PAULI) *Commentarius in Univerſas Juſtiniani Pandectas. In Quarto.*

CICERONIS (M. T.) *Oratio pro A. Licinio Archia.* JACOBUS TOLLIUS *in uſum ſtudioſæ juventutis emendavit, notuliſque, & expoſitione Rhetorica illuſtravit. In 12.*

DECKERS (FREDERICI) *Medicinæ Doctoris, Exercitationes Medicæ Practicæ circa Medendi Methodum, Obſervationibus illuſtratæ: cum Capitum, rerum, verborum ac Medicamentorum indice locupletiſſimo. In 8.*

DES-CARTES (RENATI) *Tractatus de Formatione Fœtus. Gallicè primum editus, nunc autem Latinitate fruens. In Quarto.*

Magni DES. ERASMI *Roterodami Vita. In Duodecimo.*

- - - - *Ejuſdem de Civilitate Morum Puerilium Libellus. In Duodecimo.*

DRELINCURTII (CAROLI) *Medici Regii in Galliis, nec non Leidenſis Profeſſoris Practici & Anatomici, Præludium Anatomicum, quod Lugdunenſium in Amphitheatro ad primam Anatomes ſuæ ἐγχείρησιν adhibuit. In Duodecimo.*

EPICTETI *Enchiridium, & Cebetis Tabula, Græce & Latine. In 24.*

EPICTETI *Enchiridium, una cum Cebetis Thebani Tabula Græce & Latine: ex recenſione* ABRAHAMI BERKELII, *cum ejuſdem animadverſionibus & notis: quibus accedunt integræ notæ* WOLFII, CASAUBONI, CASELII, *& Aliorum, cum Græca Paraphraſi. In Octavo.*

ERPENII (THOMÆ) *Breviæ Præcepta a Lingua Græcorum communi, nunc primum dita Opera ac cura* WILHELMI HOLTHENI. *In Octavo.*

EUCLIDIS *Elementorum Libri ſex Priores, recogniti Opera* CHRISTIANI MELDER, *Matheſeos Prof. In 12.*

FOQUELINUS (ANTON.) *Prælectiones Amelianæ ad Titulos de Vulgari & Pu-*

pillari Subſtitutione, Lib. 2. Inſt. In *Duodecimo.*

GRONOVII (J. FREDERICI) *in Varios Auctores Obſervationum Libri.* In *Octavo.*

---- *Ejuſdem de Centeſimis Uſuris & Fœnore Unciario* Ἀντεξήγησις *adverſus Theologiſtoricophiloſophologum. Acceßit Mantiſſa Pecuniæ Veteris.* In *Octavo.*

---- *Ejuſdem de Centeſimis Uſuris & Fœnore Unciario* Ἀντεξήγησις *ſecunda.* In 12.

---- *Ejuſdem Laudatio Funebris recitata in Exſequiis Clariſſimi Viri* JACOBI GOLII *Arabicæ Linguæ & Mathematices Profeſſoris.* In *Quarto.*

---- (JACOBI) J. F. F. *Supplementa Lacunarum in Æ nea Tactico, Dione Caßio, & Arriano de expeditione Alexandri.* In *Octavo.*

HIPPOCRATIS *Coi Opera omnia. Græce & Latine edita, & ad omnes alias Editiones accommodata. Induſtria & diligentia* JOAN. ANTONIDÆ VANDER LINDEN, *Doct. & Profeſſoris Medicinæ Practicæ primarii in Academia Lugduno-Batava.* In *Octavo.*

---- *Ejuſdem Aphoriſmi Græce & Latine, accurante* LUCA VERHOOFD, *M. D. Accedunt huic editioni loca Parallela ex ipſo Hippocrate, & Index luculentus.* In 24.

Hannonis Carthaginenſium regis periplus Græce & Lat. In *Octavo.*

HYGINI (C. JULII) *Auguſti Liberti Fabularum Liber, ad omnium poëtarum lectionem mirè neceſſarius.* In 12.

JACOBI PALMERII *à Grentemeſnil Exercitationes in optimos fere Auctores Græcos, velut Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Diodorum Siculum, Appianum, Memnonis fragmentum, Plutarchum, Arrianum, &c. ut & in antiquos Poëtas, Ariſtophanem, Theocritum, Moſchi Idyllia. Cum gemino indice, Græc. & Lat.* In *Quarto.*

D. JUSTINIANI, *Sacratiſſimi Principis, Inſtitutionum Libri quatuor. Una cum ſummariis, & ad marginem ſingulorum paragraphorum poſitis Erotematibus. Additi ſunt tituli Digeſtor. De verborum ſignificatione & regulis juris. Nec non alia Juris præcepta ac leges duodecim Tabularum.* In 12.

---- *Ejuſdem Inſtitutionum Libri quatuor. Additi ſunt tituli Digeſtor. De Verborum Significatione & Regulis Iuris.* In 24.

---- *Ejuſdem Juſtiniani Inſtitutiones. Characteribus minutiſſimis.*

KALENDARIUM ROMANUM.

LEYDECKER (M LCHIOR) *Fax Veritatis, ſeu Exercitationes ad nonnullas Controverſias quæ hodie in Belgio potiſſimum moventur, multa ex parte Theologico-Philoſophicæ, præfixa eſt præfatio de ſtatu Belgicæ Eccleſiæ, & ſuffixa diſſertatio de Providentia Dei.* In *Quarto.*

Vander LINDEN (JOHANNIS ANTONIDÆ) *Meletemata Medicinæ Hippocraticæ.* In *Quarto.*

LUCIANUS *Samoſatenſis de Calumnia, cum notis* JACOBI TOLLII, *M. D.* In *Duodecimo.*

MATTHÆI (ANTONII) *Obſervationes Rerum Judicatarum, & Tractatus Singulares De Communione Bonorum, De Officio judicis, De Poteſtate Mariti in Uxorem, De Familia Erciſcunda.* In 12.

MEDICUS ROMANUS SERVUS *Sexaginta ſolidis æſtimatus.* In *Duodecimo.*

PECHLINI (JOHANNIS NICOLAI) M. D. *de Purgantium Medicamentorum Facultatibus Exercitatio Nova.* In *Octavo.*

PHÆDRI AUGUSTI LIBERTI *Fab. Æſopiar. Libri* v. In *Duodecimo.*

PTOLOMÆI ELERGETÆ III. *Ægypt. Regis Monumentum Adulitanum Leo Allatius Latine vertit.* In *Octavo.*

RUSII (ALBERTI) *Oratio de jejuna quorundam & Barbara juris Compendiaria Lugd. Bat. in frequentiſſimo Auditorio Majori recitata, cum ibi juris Profeßionem auſpicaretur.* In *Quarto.*

RYCQUII (JUSTI) *de Capitolio Romano Commentarius.* In *Duodecimo.*

SPANHEMII *Fil.* (FRED.) *Epiſtolæ reſponſoriæ Duæ ad Literas R. V. Melch. Leideckeri, de Fabula Acceptilationis.* In *Duodecimo.*

STEPHANI BYZANTINI *Fragmenta Græce & Latine, cum Verſione & Notis* ABRAHAMI BERKELII. In *Octavo.*

TERENTII *Comœdiæ. Cum Indice* JACOBI KOCKERTII. *Sub prælo.* In *Duodecimo.*

STEPHANUS BYZANTINUS *de Urbibus & Populis cum* ABRAHAMI BERKELII *Interpretatione Latina & Notis. Sub prelo in Folio.*

TOLLII (JACOBI) *Animadverſionum Criticarum ad Longinum Guſtus.* In *Duodecimo.*

FINIS.

3

Digitized by